

FLAGELLUM DÆMONUM,

EXORCISMOS TERRIBILES,
potentissimos, & efficaces,
complectens.

AUCTORE R. P. F. HIERONYMO
*Mengo Vitellaniensi, Ordinis Minorum
Regularis Observantia.*

ILLUSTRISSIMO,
AC REVERENDISSIMO DO-
MINO D. GABRIELI PALÆOTO: TITU-
li Sancti Laurentii in Lucina, S. R. E. Presby-
tero, Cardinali Amplissimo, Archiepi-
scopo Bononiensi, & Princi-
pi Optimo,

Frater HIERONYMUS MENGUS Vitellianen-
sis Ord. Min. Reg. Obser. S. D.



ILLUD planè constat (Reveren-
dissime Presul) quòd es sapiētissimo-
rum Virorum sententia, & multis
rationibus probari potest, permul-
ta Dei Opt. Max. munera fuisse ho-
minibus tributa, quibus unusquisq; non sibi solùm,
sed etiam aliis quàm plurimùm prodesse possit. Qua
de re factum est, ut qui de sua solùm, & non aliorum
salute fuere solliciti, ab omnibus semper reprehensi,
& digni

et digni habiti sint, qui ab humana consuetudine
 jure optimo exigerentur. Contra verò, qui de aliis
 bene mereri studiosè elaborarunt, eos docta illa an-
 tiquitas omni laude dignos esse censuit: qui verò et
 in Deorū numero collocavit. Et sanè quis non libè-
 ter dilaudet, atq; admiretur id genus hominū, qui
 omnes ingenii vires eò contenderunt, ut non modo
 doctrina presentib. hominibus, verum etiā libris
 accuratè scriptis posteritati consulerent? Quorū in
 numero sine ulla controversia in primis ponēdi sūt
 summi illi Theologi, qui tot, tantaq; nō min⁹ doctē,
 quā diligenter conscripserūt, ut homines et ad De-
 um p̄ e excolendū, et proximū unicè diligendū ex-
 citarent. Ab horū præclaro instituto, cū ego quoq;
 nollem discedere, et si non erā nescius, q̄ exiguae sint
 mei ingenii vires, quæ, ut non doceā, sed ut docear,
 magis postulant: decrevi tamē d. vino fretus numi-
 ne aliqd aggredi: in quo omnes facile intelligāt et
 probent meam si minus facultatem, at certè in aliis
 adjuvandis voluntatem, et quanquam mihi hoc
 ipsum sepè, ac diū cogitanti multa in mentē veni-
 rent, sum tamē magnopere commotus, q̄ videā nos
 in hac mala tēpora incidisse, in quib. passim vaga-
 tur, et maxime viget quædā egritudo quæ q̄ non
 corporib. modo, verum etiā animis plerunq; pericu-
 lū, et mortē intentat, omni alio morborū genere p̄-
 niciosā magis est, atq; exercenda. Hæc illa est, quæ
 nunc permulti variis in locis à demonib. et à Ma-
 leficis, atq; diu, atq; acriter dirēxātur. Quorū vi-
 ces eò magis sūt dolendæ, quò rarius his nostris tē-
 porib. extant, qui illis præsidū aliquod efficax af-

ferre aut norint, aut velint. Neg³. n. desunt, qui si quid Dei benignitate adinvenerint, q³ ad hoc malū propulsandū sit optimū, illud calant: & ne aliis impertiantur, in proprio sinu recondūt: idq³ ducti solo (nequid gravius dicā) aura popularis, atq³ inanis gloriæ studio. Nec decessent, qui misericordia p³ moti, hoc tā pium, ac necessariū opus libenter susciperēt, nisi illos deterreret aut mei³ quidā (qui tamē Sacerdoti non convenit) aut artis exorcistica ignorantio: posteaquā libri ad eam artē spectantes, cum tēporis vetustate, tum verò hominū incuria jā nostris temporib. fermè interciderunt. Quid? q³ alii, dum hanc artē profitentur, ut soli sapere, ac majori admiratione digni videantur, post habitis hujusce artis canonib. a majorib. nostris recta cū ratione institutis, ad suas quasdā ineptias, & superstitiones penè aniles temerè confugiūt: obliti hujusmodi negotiū nulla unq³ alia ratione, q³ Dei nomine posse rectè confici: qua ex re fit, ut tandē in extremū salutis discrimē uspontè corruāt, dū non quas debēt Dei, sed quas cæci non animadvertūt, demonū vias aq³ indoctè, atq³ impiè consecantur. Ne igitur Exorcismorū copia ab his ampli³ desideretur, qui illorū cognitionē ad tā miserā, atq³ atrocem aegritudinē depellendā: & ad contundendam, conterendamq³ demonum audaciā exoptant, constitui, quos multos Exorcismos variis in locis diffusos, & dissipatos reperiri, in unum cogere atq³ edere: ut inde queant Exorciste arma, cum libuerit, depromere, quibus audacter cum demonib. in posterū manus conferant, atq³ illos ex corporib. que iniquissimè obsidēt, Deo adjuvan-

adjuvante ejiciant. Cur verò id (quicquid est
 mei operis) amplissimo nomine tuo insignitū pro-
 dire cupierim (Illustrissime Cardinalis) referrem
 ego, quidem libentissime : nisi compertum mihi sa-
 tis esset, quantum à tuarum laudum (quae quidem
 eximiae sunt, & prope innumerae) vel auditione,
 vel lectione, & oculi tibi, & aures abhorreant. Tibi
 enim (ut cetera taceam) tuae scilicet solitudini,
 tuaeque curae, quicquid commodi habet, totum debet
 Bononiae Christiana Respublica. Quapropter, si
 quid etiam ex hoc meo labore utilitatis sumpserit,
 tibi jure referendum esse videbatur. Quid volue-
 rim, ego mihi conscius sum. Quid praestiterim alii
 viderint, apud quos tamen illud unum testatum
 esse velim, me hunc laborem nulla alia de causa
 sumpsisse, quàm quod sperem hoc opus meum non
 inutile fore his, qui nostris temporibus tam miserè,
 atque perniciosè Daemonum, & Maleficorum opera
 conflitantur. Vale Princeps Amplissime, digneque
 foelix vive. Datum Bononiae Kal. Decembris
 M. D. LXXVI.

JOANNIS ANNIBALIS BELLULLI J. C. Vitellianensis. Ad
Exorcistas.

EDocuit Menghus mira vos arte flagellum,
Quo cæsus dæmon cedat, & ima petat,
Nunc sacra pandens scripturæ arcana, dolavit
Fustem, quo Satanas territus arma dabit,
Quare hostem contra Menghi pugnare Flagello,
Sistat; cogetur Fuste referre pedem.

IN AUCTORIS LAUDEM.

Andrææ Pepuli Caballensis Epigrama.

Humano stygias orbi dum corpore pestes
Pellere das facilem, Maxime Menghe, viam.
Posthac tela, doli, insidiæ, fera pharmaca, virtus
Nec quicquam poterunt dæmonis arte tua,
Namque sacro Satanae pulsas ira terga flagello,
Quod penitus vires arripis ipse suas,
Unde tuum merito decorabit nomen honore
Mundus, & eximius laudibus usque feret.

EJUSDEM DIALOGUS.

Liber, & Alecto.

Quid furis Alecto? cur sic fera Regia Diris
Intonat implacidi? quod furibunda fugis?
Quid Soror incompertos scindit sibi perfida crines?
Et volvit tantos sæva Megara focos?
Quo Satanae scelerata cohors? quid fulmina tanta?
Quid sibi tot flammæ? tot tonitrusque volunt?
Pernicies, simulas, solus qui nostra fuisti,
Qui solus nobis dira flagella paras?
Heu mœror! quàm crescit edax, quis porriget, unde
Quò in nostrum cesset tanta ruina caput?

T AUCTO.

AUCTORES, EX QUIBUS HÆC
opera edita sunt, ab Auctore citati.

- | | |
|------------------------------------|--|
| A lexander Papa
Sanctus. | Hugo de sancto Victore
Joachin Abbas. |
| Alexander de Ales do-
ctor. | Joannes Chrysostomus S. |
| Alphonsus Castrensis. | Joānes Cassianus Abbas. |
| Ambrosius doctor S. | Joannes Damascenus S. |
| Athanasius doctor S. | Joannes Gerson doctor. |
| Augustinus doctor S. | Joannes Scotus doctor. |
| August. de Ancona. | Josephus de bello Ju-
daico. |
| Bartholomeus Sibilla. | Isidorus doctor sanctus. |
| Beda Venerabilis. | Leo Papa doctor sanct. |
| Bernardus Abbas S. | Ludovicus Blodius |
| Bernardinus de Bustis. | Magister sententiarum. |
| Boetius Severinus. | Magister Historiarum. |
| Bonaventura doctor S. | Mallens Maleficiarii. |
| Concilia diversa. | Michael Psellus. |
| Dionysius Cartusianus. | Nicolaus de Lira doct. |
| Fulgentius doctor S. | Paulus Ghirlandus. |
| Glosa ordinaria. | Petrus Galatinus. |
| Gregorius Papa doctor
sanctus. | Ricardus Mediarvilla
doctor. |
| Haymo Episcopus. | Rupertus Abbas. |
| Henricus Arphius. | Sylvester Prierius. |
| Hieronymus doctor S. | Thomas Aquinas doctor
sanctus. |
| Hilarinus doctor sanctus | |

INDEX OMNIUM CAPITULORUM

quæ continentur in hoc Flagello

lo dæmonum.



De fide, & preparatione, quã Exorcista habere debet, anteq̃ demones adjurare incipiat. Cap. I. f. 293

De puritate consciẽtia, quã obsessus habere debet: & de cognitione ab

Exorcistis habenda. Cap. II. f. 294

An res sensibiles possint agere in spiritũ: ubi peroptime hæc materia tractatur. Cap. III. f. 295

De interrogationibus, & præceptis demonibus ab Exorcistis sciendis. Cap. IV. f. 300

De quibusdam ab Exorcistis præcavendis in conjuratione: & tam publica, quam secreta. Cap. V. f. 301

De perseverantia, & patientia ab Exorcistis habenda: & de causis, quare demones quandoq̃ non recedunt. Cap. VI. f. 302

De Eucharistia præbenda Energumenis, contra communem opinionem vulgi. Cap. VII. f. 303

De Expositione quorundam nominum Hebraicorum, atq̃ Græcorum Dei, quæ passim in Exorcismis ponuntur. Cap. VIII. f. 304

De expositione quorundam nominum Latinorum Dei, quæ ab auctore in Exorcismis ponũtur. Cap. IX. f. 306

De expositione quorundam nominum beate virginis Mariæ, quæ in Exorcismis sparsim posita sunt. Cap. X. f. 309

- An Exorcista possint uti schedulis : & de regulis, quibus hoc licitè fieri possit. Cap. XI. f. 311*
- De astutiis demonum præcognoscendis, remediisque apponendis. Cap. XII. f. 314*
- De quibusdam aliis deceptionibus, quibus demones utuntur ad decipiendum Exorcistam, quæ necessario ab Exorcistis sciri debent. Cap. XIII. fol. 317*
- De his, quæ ab Exorcista faciendæ sunt : ut maleficiatos, & Energumenos curare possit. Cap. XIV. fol. 318*
- De loco, & tempore, quibus Energumeni Exorcizandi sunt. Cap. XV. f. 319*
- Hominem à spiritibus immundis posse vexari, demonstratur : ubi ostenditur, quid sit Arreptitius. Cap. XVI. f. 320*
- Quòd aliqui obsessi inveniuntur, qui nunquam liberantur, & ac causis, quibus hoc contingit. Cap. XVII. f. 321*
- Demoniaci an sint publicè, vel privatè exorcizandi : & de bonis, quæ fidelibus ex conjuratione proveniunt, Cap. XVIII. f. 322*

FLAGELLUM DÆMONUM,

IN MALIGNOS SPIRITUS

effugandos de oppressis corporibus;

Doctrinam pulcherrimam, & valdè necessa-
riam Exorcistis continens.

*Auctore R. P. F. HIERONYMO MENGIO
Vitellianensi, Ordinis Minorum
Regularis Observantia.*

*De fide, & preparatione, quam Exorcista ha-
bere debent, antequam demones ad-
jurare incipiant.*

CAP. PRIMUM.



UICUNQUE desiderat rectè, facilitè,
& sine periculo suæ, & aliorum salutis
calcare super serpentes infernales, &
cavere ab omnibus operibus vanis, illi-
citis, & superstitiosis; atq; exercere of-
ficiam adjurandi dæmones in corpori-

bus humanis existentes, sine peccato; (ut favente Deo)
hac charitate exorcizandi, quæ inter omnia opera mi-
sericordiæ est laboriosissima; mereatur pervenire ad-
gloriã sempiternam, ante omnia debet habere indubi-
ratam fidem de mysteriis Jesu Christi, & fide Ca-

tholica; cum operatio miraculorum (cujusmodi est
ista) ascribatur fidei, & illi conveniat. Cui etiam ad-
denda est puritas conscientia, mediante dolorosa cõtri-
tione suorum peccatorum, & pura confessione sacramentali;
quia & si Sacerdos, potestate Sacerdotali, oret in persona
ecclesie, tamen ejus oratio est efficacior, quãdo ex parte
ejus est munda, quia habet efficaciam ex parte Ecclesie;

*Fides est
necessaria
Exorcistis.*

*Sacerdotis
oratio quã-
do sit effi-
cacior.*

*Peccata
per pœni-
tentiam
dimissa,
retracta sunt
diabolo.*

*Astutia
dæmonum
contra Ex-
orcistas.*

*Humilis
debet esse
Exorcista.*

*Humilitas
Exorcista
quantum
a demoni-
bus timea-
tur.*

& etiam illius Sacerdotis, qui tanquam amicus Dei, ab ipso meretur exaudiri; & etiã quia peccata, quæ per veram pœnitentiã fuerunt à Deo dimissa, retracta sunt diabolo, nec illa potest objicere animæ (experientia teste) contra Ætus divina potentia, & maxime quando Sacerdos imperat illi silentiũ, Ubi autẽ non est dimissum à Deo peccatum, dæmones qui (ut diximus in nostro vulgari Cõpendio, quod edidimus de operationib. dæmonũ, & Maleficorum, c. vij. primi libri) dẽptis cogitationib. cordium oĩa cognoscunt, ut possint cõpescere Sacerdotes ab adjuratione, cõfusione, & pudore, illis tã vera, q̃ falsa crimina objiciunt. Ne ergo Exorcista desinant hac de causã ab hac operatione, Deus non sinit hanc auctoritatẽ dæmonib. Debet etiã Exorcista habere humilitatẽ p̃sumptissimam reputando se in hoc opere, ut instrumentum Dei, & per consequens se nihil hoc posse agerẽ absq̃ ejus auxilio; ne sc̃. quærat laudari pro hujusmodi ab hominibus, sed solũ modo ad honorem omnipotentis Dei, & animarum salutẽ gaudeat, & lætetur in hoc opere, ne petat meritum, & incurrat peccatum. Tum quia facilius dæmones fugantur, odorem humilitatis sufferre nõ valentes: tum etiam quia Deus humilib. dona sua largit, & gratiam qui eis benẽ, & ordinatẽ utuntur. His omnibus Exorcista munitus, cum tanta securitate diabolũ aggrediatur, ac si aliquod opus delectabile vellet perficere, quia videbit, quid faciet Deus benedictus.

*De puritate conscientie, quam obsessus habere
debet, & de cognitione ab Exorcistis
habenda. Cap. II.*

*Obsessus
expurgare
debet con-
scientiam
proptiam.*

EXorcista debet hortari obsessum, ut cum maxima diligentia expurgat conscientiam suam; tum quia oratio ejus, & etiam pro eo orantium facilius audietur à Deo; tum etiam quia hæc vexatio frequenter consuevit fieri pro peccatis (ut diximus in nostro Cõpendio lib. ij. c. xj. & lib. iij. c. vj.) Et debet ipsũ instruere, ut sub-

ut subiciat se humiliter Deo, & quod ipsum deprecetur, ut, si expedit, liberetur à spiritibus immundis. Deinde conetur cognoscere, si talis persona sit verè obfessa à diabolo, vel non, ne cum dispendio honoris divini, & Sacerdotalis dignitatis inaniter fatigari contingat. Cognosceret autem ibi certitudinaliter adesse spiritum, quando percipiet obfessum loqui, aut cognoscere; quæ alias loqui, aut scire nequivisset; puta aliqua distantia vel occultata. Cognosceret verò probabiliter, quando videbit eum sub manu sua tremere ad sacra verba, aut torsiones, vel dolores, aut motus, vel furores insolitos, & repentinos facere, aut horrere, & detestari divina, puta sacramenta, maxime confessionis, & Eucharistiæ, nomina Sanctorum, & orationes divinas. Et idè à principio debet Exorcista, quantum potest, cogere diabolum ad ista ostendenda, alligando latentè aliquod sacram super obfessum, puta reliquias Sanctorum, vel schedulam continentem verba Dei, ad cujus præsentiam, si obfessus hujus rei inscius ostenderit novitatem, erit signum diabolice præsentia. Sed advertete propter detractores hujus artis, quod dæmones obsidentes corpora humana, rarissime loquuntur Latine, hac de causa, ne scilicet credantur ibi adesse, & etiam quia utuntur instrumentis naturalibus illorum, qui ab ipsis opprimuntur, & idè diabolus obsidens idiotam, non facile respondet Latine, nec obsidens Italum, facile responder Gallicè, quia lingua ad unum modum loquendi habituata, est illi obedientior, & ad motus illi placentes dispositior. De hac autem materia vide Compendium nostrum lib. ij. c. xj. per totum.

*Cognitio
certa præ-
sentia dæ-
monis quo-
modo ha-
beatur.*

*Qua ponè-
da sunt su-
per obfes-
sum contra
dæmones.*

*Latine
quare non
loquantur
dæmones.*

*Gallicè
quare non
respondens
dæmones.*

*An res sensibiles possint agere in spiritum, ubi per-
optimè hac materia tractatur. Cap. III.*

EXorcista poterit aggredi diabolum obsidentem corpus humanum, rebus exterioribus, ut aqua benedicta, incenso, sulphure, ruta, & medicinis, ac aliis potationibus, quæ oia debet esse exorcizata, & benedicta.

*Rebus ex-
terioribus
aggredien-
dus est dia-
bolus.*

Res sensibiles mitigare possunt demonum vexationē, & quomodo agant in spiritum.

Agens limitata virtutis est diabolus.

Sensibilia immutant dispositionem corporis.

Boetii sententia circa res sensibiles.

Vexatio parva an rebus corporalibus auferri possit.

Sed quia huic capitulo multi adversantur, diversis rationibus, idē sciendū est secundū Ricardū de Media villa, quolibet. 3. q. 8 q. & si herbæ armoniæ & res corporales nō possint tua naturali virtute totaliter excludere vexationē, qua diabolus hominē vexat, quando sibi permittitur à Deo, vel ab Angelis bonis, possunt tamen illam vexationē mitigare, & ita parva poterit esse vexatio illa, quod istæ res exteriores poterunt eam penitus excludere; sed hoc facient, nō agendo in ipsū dæmonē, cum sit spiritus separatus, in quē non potest naturaliter agere quodcūq; corpus, sed agēdo in ipsum vexatum à dæmone. Omnis. n. causa limitatæ virtutis, producere potest effectum intensiōrē in materiam magis dispositam, quā non dispositā; cum secundum Philosophū secundo de anima, actus activorū sint in patiente bene disposito. Diabolus autē est agens limitatæ virtutis, ergo vexationē intensiōrē potest facere in homine disposito ad illam, vexationem, quam intendit adducere, quā in homine dispositionis contrariæ. Puta, diabolus potest intensius vexare passionē melancholica hominē dispositū ad illam quā hominē dispositionis contrariæ. Certū est autē, q. herbæ, armoniæ, & multa alia sensibilia multum possunt immutare dispositionem corporis, & ex consequenti motū sensualitatis; hoc patet de herbis, quarundam inclinēt ad lætitiā, quarundam verò ad tristitiā; hoc etiā dico de armoniis, ut patet per Philosophū viij. Poli. ubi vult, quod diversæ armoniæ habeant provocare diversas passiones in homine. Hoc idē refert Boetius in sua musica; & Auctor de ortu scientiarū; ubi loquens de utilitate musices dicit, q. valeat ad curandū diversas infirmitates. Potest. n. contingere aliquando q. diabolo non permittatur hominē vexare, nisi vexatione ita parva, q. per aliquam fortem dispositionem ad contrarium tolleretur totaliter; & tunc aliqua herbæ, vel armoniæ possunt corpus hominis ita ad contrarium disponere (ut supra diximus) quod illa vexatio totaliter removeretur verbi gratia, diabolus quandoq; possit hominē vexare vexatione tristitiæ ita debilitat, q. per aliquas herbas, vel armonias

armonias, quæ possunt efficere dilatationem, & diffusi-
onem spirituum, qui sunt motus contrarii, tristitiæ, tota-
liter amovere illa tristitia. Non autem video, quomodo
herbæ, & cætera sensibilia possint in homine aliquam dis-
positionem efficere, qua mediante homo nullo modo
possit à dæmone vexari, quando vexatio est maxima:
quia herbæ, & armoniæ (ut supra diximus) sua natura-
li virtute hanc dispositionem causare nequeunt. Hoc po-
stremum diximus propter aliquos, qui nituntur defende-
re, quod aliqui possent effectus maleficiales producere
per quasdam herbæ, & occultas causas, absque auxilio dæ-
monum, tantummodo ex influentia corporum cœlestium, quæ
potest imprimere in huiusmodi res corporales ad ef-
fectus corporales, quæ ipsi dæmones ad producendum huius-
modi effectus maleficiales. Hoc etiam probatur auctori-
tate sacræ scripturæ. Nam primi Regum xvj. dicitur de
Saul, quod cum vexaretur à spiritu immundo, David
percutiens cytharâ coram eo, alleviatur, & spiritus nequus
recedebat ab eo: quod exponens Liranus dicit. Videtur ra-
tionabiliter concedendum quod per melodiâ, seu per ali-
qua alia sensibilia possint afflicti à dæmonibus afflictio-
nem levius ferre: quia per aliquam rem sensibilem potest causari
dispositio in corpore humano, per quam minus subjiciantur
actioni dæmonum, & sic afflictio ab eis causata diminuitur
& alleviatur. Et Tobia vij. Angelus raphael excurbavit
dæmonem à Sara, & Tobia per intestina piscis, dicens, quod
si super carbones ponatur jecur illius piscis, fumus ejus
extricat omne genus dæmoniorum tam à viro quam à mu-
liere. Sed hoc factum fuit, adjuvante oratione, & corin-
thia tridua, cum alligatione dæmonis per Angelum. Quid
plura? sanctus Alexander Papa, huius nominis primus,
in sua prima epistola præcipit omnibus Sacerdotibus, exem-
plo sui, benedicere istas res populis dicens: Aquam enim sa-
lem conspersam benedicimus, ut ea cuncti aspersi, sanctificen-
tur, ac purificentur, quod & omnibus Sacerdotibus facien-
dum esse mandamus. Nam & si sale asperso per Helixum pro-
phetam, sterilitas aquæ sancta est: quantum magis divinis
precibus sacratus, sterilitatem rerum aufert humanarum

*Rebus sen-
sibilibus à
quibus possit
à dæmone
liberari.*

*Effectus
maleficia-
les non pos-
sunt pro-
duci sine
auxilio
dæmonum.*

*David
percutien-
te cytharâ,
Saul alle-
viabatur.*

*Melodiâ,
& sensibi-
libus Ener-
gumemi al-
leviatur.*

*Tobia per
intestina
piscis à dæ-
mone libe-
ratur.*

*Alexandri
Papa opi-
nio circa
res sensibi-
les.*

*Aquæ be-
nedicta ab
Ecclesia
virtutes.*

*Præceptum
S. Alexad.
Pape ad
sacerdotes.*

*Guidonis
opinio cir-
ca melo-
diam.*

*Censura
sacrosissima
inquisitio-
nis.*

*Virtus in-
ta reb. cre-
atis contra
demonos.*

*Operatio-
nibus rerū
sensibilium
subiiciun-
tur damo-
nes.*

*Spiritus
damnati
ab igne
corporeo
cruciātur.*

& coinquinatos sanctificat, atque mundat, & expurgat, & cætera bona multiplicat, insidiasque diaboli avertit. & à fantasmatibus versutiis hominem defendit? & intra. His ergo, & aliis instructis documentis, vota singulorū, domini Sacerdotes respicite, & in virtute Spiritus sancti divinis præcibus per ministeriū vobis divinitus collatū perficere curate. Elementa quoque tam ea, quæ prædiximus, quàm cætera divinis apta usibus, & humanis necessaria infirmitatibus sacrare, infirmos curate: & cætera, quæ ad vos pertinent diligenter perficite. Hæc ille. Dicitur etiā in musica Guidonis, quod sunt quidā dæmones, qui non valent melodiā sustinere. Refert etiā Joseph, libro viij. Antiquitatum, quod in exercitu Tici erat quidā, qui per lapidē annuli dæmones expellebat à corporibus obsessis. Dicit etiā quod quidā Exorcista, utens adjurationibus Salomonis, se præsentē eiecit dæmonē, cujusdā herbæ radice supposita naribus obsessi. Ista oīa sunt sensibilia, & ut visum est, possunt repri- mere vexationē dæmonū vexantiū corpora humana. Et alii quàm plures excellentissimi doctores hanc conclu- sionē tutati sunt, quorū testimoniū nullus facile absq; nota proterviæ spernere potest. Sed hic adverte, quod & si isti doctores multa dicant, quæ favent nostro proposito, tamen si intelligerent, hæc posse absq; Exorcismi sā- ctæ Ecclesiæ, omnino errarent. Declaratur etiā hoc no- strū propositū hac ratione, quæ elicitor ex supra citata auctoritate Tobie: ubi clare videtur, quod in quibusdā reb? à Deo creatis infusa est quædā virtus, & potētia ju- vādi Energumenos, & cōstringendi dæmones, atq; ipsos ejiciendi è corporibus ab ipsis obsessis: & ratio est ista. Deus omnipotēs, cum sit omnium malorū ultor, ad hoc, ut puniat spiritus damnatos secundum exigentiā culpæ eorū, operationib. quarundā rerū sensibilium ipsos sub- jugavit, cum hoc nō repugnet potentie divinæ: immo hæc est veritas infallibilis, ab ore Salvatoris nostri Jesu Christi prolata, ut patet de punitione dānatorū in infer- no. Matt. 25. ubi animæ dānatæ, & dæmones ab igne cor- poreo cruciātur, ut probavimus in nostro Cōpēdio, lib. primo

primo, c. 17. & hoc, ut severitas divinæ justitiæ habeat
 subiectū, in quo actū suū secundūm exigentiā delictorū
 exercere possit. Et ratio est, quia, qui contra Deū pec-
 cat, infinite delinquit, & per consequens æternaliter pu-
 niri debet, & hoc maximè quando à statu merendi, quis
 impœnitens, & in peccato obstinatus decedit. Et est cre-
 dibile, q̄ à spiritibus damnatis (dēpta privatione divinæ
 visionis) nulla major pœna infligi possit, quàm illos acti-
 onibus virtutū rerū sensibiliū subjugari. Ex quibus om-
 nibus concludendū est cū angelo Raphaelē, q̄ quædā res
 sensibiles inveniuntur, quæ (ut instrumenta divinæ ju-
 stitiæ) habent virtutē juvandi obsessū à dæmone, atq; i-
 psū à maleficiis liberandi, ut patet per Auctores Mallei
 Maleficarū, parte ij. q. ij. c. v. & per magistrū in historia
 Ecclesiastica, exponentē supradictā auctoritatē Tobix,
 c. unico, atq; in hæc verba loquentē. Nec super hoc mi-
 rari debemus, cū fumus eus, usq; ad arboris adustā eandem
 vim habere perhibeat. Et prædicti Auctores in eodē lo-
 co, loquentes de quadā herba, quæ vocatur ypericō, &
 ab ipsis Fuga dæmonū, maximā virtutē contra dæmo-
 nes habere asserunt. Hoc etiā est clarū de Ruta, quæ ap-
 plicata Energumenis, sustineri nō potest ab ipsis spiritib.
 immundis obsidentibus, ut quotidie experimur. Et ratio
 horū (ultra hoc, quòd interdū sunt signa & afflictivorū
 ingerunt memoriā) esse potest, q̄ ipsi dæmones in cer-
 tis reb. delectantur, in quib. etiā libenter operantur: in
 quibusdā verò contristantur, in quib. ēt operari abhorret:
 ut sunt res Joviales, & Solares, quæ gaudiū, & lætitiā in
 homine causare videntur, quib. ipsi dæmones adversan-
 tur & hinc est, quòd illa abhorret atq; refugiunt, delectā-
 tur autē dæmones in his, quæ sunt melācholica, & do-
 minantur sup loca horribilia, solitaria, & obscura, atq; sub-
 terranea, & ut amatores tenebrarū, mæstitiæ, & melan-
 choliæ, in illis libetē permanēt, atq; operantur. Et hinc
 evenit, ut oēs qui terroribus à spiritibus immundis oppri-
 muntur, ut plurimum hoc fit in locis opacis, & sine lu-
 ce. Hinc etiā oritur, quòd cum contrariæ conditionibus
 dæmonum obsidentium, Energumeno, seu maleficiato
 appli-

*Infinite**peccat, qui**contra Deū**delinquit.**Major pœ-**na dam-**natorum**qualis.**Magistri**historia**Ecclesiasti-**ca opinio**circa rei**sensibiles.**Ypericon**herba, e-**iusque vir-**tus.**Dæmones**delectan-**tur in qui-**busdam**rebus.**Horribilia**locasinha-**bitant dæ-**mones.**Refugiunt**dæmones à**rebus sibi**contrariis.*

*Exorcista
applicare
possunt se-
sibilia E-
nergume-
nis.*

*Quæ sunt
circa obses-
sa corpora,
diabolus
recipit in
sui dede-
cus.*

*Irritare
debet Ex-
orcista da-
mones, &
quare.*

*Inferre in-
iuriam di-
abolo, an
Exorcista
debeat.*

applicantur, quæ mēsticiam ejiciunt, & melancholiam
& hominem hilarem, atque jucundum reddunt, ipsi
dæmones ab corporibus obsessis fugiunt, Ex quibus o-
mnibus apparet liquidè, quod Sacerdotes & Exorcistæ
possunt applicare aliqua sensibilia ipsis energumenis ad
alleviandam vexationem ipsis illatam à spiritibus im-
mundis, dummodo illa sunt benedicta in nomine San-
ctissimæ Trinitatis; Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Et
etiam quia, quæ sunt circa corpora obsessa, diabolus
illa recipit in sui dedecus, & opprobrium: & præcipue
quando sunt irrisiva, vel afflictiva, ut sunt fatidaya ama-
ra, vel hujusmodi: quia interdum illa sunt signa, & affli-
ctivorum ingerunt memoriam: & idè Exorcista debet
ista applicare infirmo, & irritare dæmonē opprobriis, &
injuriis, ac omnibus modis quibus honestè potest: quæ
omnia ille iniquo animo perfert, tanq̄ in sui dedecus &
contemptum exercita. Et ratio horum est, ne obsessus
à dæmone privetur sensu, quod crebrò ille facit, ne ob-
sessus verba Dei percipiat attentè, quibus compunga-
tur, & ad orationem silenter excitetur: & etiam quia
his verbis, & injuriis provocatur superbus dæmon, ut
ab eo loco discedat, ubi percutitur à Deo exorcismis, &
irridetur ab hominibus injuriis, & verbis irrisivis. Nec
obstat, quod non debeam⁹ alicui creaturæ inferre inju-
riam, nec maledicere: quia in hoc Exorcista non maledi-
cit diabolum, ut creaturam Dei, & ex odio, sed ex amo-
re Dei, cui rebellat, & ex charitate proximi, quia dæ-
mones incursum hujus vitæ constituti, sunt nobis adversa-
rii: & idè licet nobis illi inferre verba contumeliæ, ut
à proximo, quem indebitè vexant, repellantur.

*De interrogationibus, & præceptis demonibus ab
Exorcista sciendis. Cap. IIII.*

*Caveat E-
xorcista à
curiosis in-
terrogati-
onibus.*

Poterit etiam licitè interrogare dæmones obsiden-
tes corpus humanum ad instar Christi, qui interro-
gavit dæmonē, dicens. Quod est nomen tibi? ut har-
betur Matthæi 9. Sed cavere debet, ne sit levis, & curio-
sus

sus investigator quia non licet nobis ipsum interrogare,
 nisi de his, quæ faciunt ad expulsionem eorum, & ad
 repellendum nocumentum tam à nobis, quàm à pro-
 ximis nostris: & idè Exorcista sit cautus in interroga-
 tionibus, ne decipiat à diabolo. Poterit ergo ex parte
 Christi interrogare dæmonem, ipsum arctando, ut dicat,
 utrum sint multi, vel pauci, quod sit nomen ejus, & soci-
 orum: qua de casu sint ingressi: qua hora, per quam
 personam sint expellendi: per quem Sanctum; qui sunt
 sui inimici in coelo, & qui in inferno: quibus verbis magis
 cruciantur: si sint aliquo pacto, vel maleficio ibi ligati:
 quomodo illud maleficium possit destrui: quis sit eorū
 princeps in illo corpore: si talis persona sit verè vexata,
 & similia: cum ista non solum non pertineant ad amici-
 tiā, sed ad eorū expulsionē. Deinde in virtute Dei præ-
 cipere poterit Lucifero, & omnib. potestatib. infernali-
 bus, ut dæmones contumaces, & nobis inobedientes ex-
 erucient in inferno, & spiritui principali in corpore ob-
 sesso, q̄ secum educat totam societate suā, quia & si in
 nocendo hominibus omnes sint concordēs, tamen inter
 se habent inimicitias, & pugnas: propter quod unus in-
 terdum ad imperium nostrum alium libenter casti-
 gat.

Quæ ab Exorcistis interroganda sint.

Precipienda dæmonibus obsidentibus.

Elabent dæmones inter se inimicitias.

De quibusdam ab Exorcistis in conjuratione tam publica, quàm secreta præcavendis.

Cap. V.

Cogere debet Exorcista dæmones Exorcismis, vel præceptis, ut ad honorem Dei, & proximorum ædificationem confiteantur aliquam fidei veritatem, & quod in virtute illius veritatis Deo omnipotenti exhibeant reverentiam: puta flectendo genua, & cū inclinatione capitis ter percutiant terrā, & adorādo sanctissimā Trinitatē, Patrē, Filiū, & Spiritū sanctū. Advertat etiā Exorcista, ne deserat aliquod præceptū à se factum diabolo, etiā si viderit ipsū lōgo tempore contēnere, & irridere: sed conetur per illud à dæmone obedientiā extorquerè

Cogendi sunt dæmones ad faciendā aliquā fidei veritatem.

Præcepta dæmonibus facta non sunt deserenda.

torquerè

Modus applicandi res sensibiles.

torquere: quia si illud derelinquat, diabolus reputat se victoriā obtinuisse cōtra ministrū, & cū maxima difficultate postea cogit ad obediētiā. Sic etiā caut^o in applicādo res sēnsibiles dæmoniaco, ut sunt reliquię sanctorū, lignum Crucis, & similia, nō solum propter se, sed etiā propter assistentes, solum præbendo illis tantā fidē, quā tā sibi covenit: quia dæmones, cum sint astutissimi, aliquando fingunt se timere talia, quę in veritate aliquādo nō sunt veræ reliquię, ut postea iminuāt fidē sacramentorum Sanctæ Romanæ Ecclesię: circa quod expertus sum miranda.

De perseverentia, & patientia ab Exorcistis habenda, & causa, quare dæmones quandoque non recedunt. Cap. VI.

Maximam patientiam debet habere Exorcista.

Plerunque dæmones in sua obstinatione Deus finit. Stimuli quibus dæmones cruciantur.

DEbet Exorcista habere maximam patientiam, & perseverentiam in ipsa conjuratione, ne scilicet desperetur de victoria si viderit dæmones diu permanere in sua obstinatione. Pro cuius declaratione sciendū est, quod præcepta Sacerdotis ad diabolum ut discedat, sunt præcepta Dei: quia ex Dei persona sunt prolata, quibus diabolus statim, ac iubitō cederet, si uti vellet Deus sua omnipotēti virtute, quod non semper facit, sed plerumque finit illum in sua voluntate, an obedire velit, necne: sicut & homines, quibus Deus aliqua præcepit: quia Deus regulariter omnia movet secundum modum suum, rationalia scilicet, cum libertate. Sed tamē sicut hominibus adhibet stimulos, ut velint obedire, per prædicatores, adversitates, & huiusmodi: ita etiam malignis spiritibus adhibet stimulos urgentes ad suam obediētiā, quod sunt Exorcismi, quibus dæmones ita spiritualiter cruciantur, sicut homines verberibus corporalibus. Et similiter cōferunt verba irrisiva ad liberationē obsessi, ut dixim^o supra capitulo tertio. Unde ad expellendum quidam sunt quibusdam duriores: quia sunt ad sustinēda opprobria, & verba divina contemnēda fortiores. Si tamē finaliter nō cedunt, vim coacti-

coactivam Deus adhibet, quando judicat opportunum. Immo ipse Deus noster, qui Sacerdotibus, & fidelibus potestatem dedit demones adjurandi, interdū eos à nostra emittit obediētia, ex occulta causa: sicut aliquando nō vult q̄ adjurati nomen suum manifestent: propterea quod non benè sonet, vel quod respondeant ad interrogata, quia non expedit,

*De Eucharistia præbenda Energumenis, contra
communem opinionem vulgi. Cap. VII.*

Debet Exorcista hortari obsessum, ut sæpè accipiat sacramentissimam comunē Eucharistiæ, contra communē sententiam, & opinionē vulgi asserentis vexatos à demonibus, & maleficiatōs non posse liberari, si comunicentur existente super eos demone. Quæ opinio quantum distet à veritate, patet per Cassianū, collatione septima, cap. xxx. qui favens huic nostro proposito dicit, Comunione sacrosanctā nequitia spiritib. traditā à senioribus nostris nunq̄ memini⁹ interdētam, quinimo etiam si possibile esset, eis, quotidie impartiri eā debere censebant, quæ ad purgationē, tutelamq̄ corporis, & animæ pervenire eredenda est: & quæ ab hominē percepta, eum qui in membris ejus insidet spiritum, seu in ipsis latitare conatur, quodam exurēs fugat incendio. Hoc nanque modo curatum Abbatē Andronicum nup̄ aspexim⁹, insultabit offēso, cum eum à caelesti medicina viderit segregatum, tantò .n. durius, & frequentius attentabit affligere, quātò eum à spirituali remedio serierit longi⁹ abdicarum. Et si objiciatur, q̄ ille qui vult accipere comunione sacri corporis, & sanguinis domini nostri Jesu Christi, debet seipsum probare, ut dignè ex illo pane, & calice manducet, & bibat, quod non possunt facere obsessi, cum careant usu rationis. Huic objectioni respondet divus Thomas iij. parte, quæstione lxxx, dicēs. Aliqui dicuntur non habere usum rationis

*Eucharistia tradenda est Energumenis.
Testimonium Cassiani circa communem opinionem.*

Abbas Andronicus à demonio liberatus.

Habere usum rōnis qualem obsessi debent.

*Devotio
Euchari-
stie qualis
in obsessis
requira-
tur.*

*Communio
non est de-
neganda
Energum-
enitis.*

*Benedicen-
do sunt res
applican-
de Energum-
enitis.*

*Quarenda
sunt instru-
menta ma-
leficialia.*

*Carvendū
est à nomi-
nibus igno-
ris.*

dupliciter. Uno modo, quia debilem habent usum rationis: sicut dicitur non videns, qui malè videt. Tales enim, quia possunt aliquam devotionē concipere hujus sacramenti, non est eis hoc sacramentum denegandum. Alio modo dicuntur aliqui nō habere usū rationis, quia sic à nativitate permanserunt: & sic talibus non est hoc sacramentū tribuendū: cum in eis nullo modo præcesserit hujus sacramenti devotio. Aut nō semp̄ caruerūt usu rationis; & tunc si prius, quādo erāt suæ mentis cōpotes, apparuit in eis hujus sacramenti devotio, debet eis hoc sacramentū dari, nisi timeatur periculū vomitū. Quod & si ibi loquatur de infirmis, tamen in suo iiii. dist. ix. dicit communionē non esse denegandā dæmoniacis, nisi certū sit pro aliquo crimine à diabolo torqueri, quibus patet, quòd si qui possidentur à dæmone propter sua crimina, dummodo habeant lucida intervalla, & usū rationis, & postea conterantur de peccatis suis, & debite confiteantur, tales cum sint absoluti coram Deo nullatenus sunt à cōmunionē divinissimi sacramenti Eucharistiæ sequestrandi, Debet etiā Exorcista exorcizare, & benedicere oīa illa, quæ ad usum maleficiati, vel dæmoniaci applicāda sunt: cujusmodi sūt cibaria, potagia, unctiones, & similia: & etiā illa, quæ conferunt ad conjurationē dæmonū existentū in corpore humano. Deinde faciat diligentē inquisitionē per singulos angulos, & in lectis ternis, culcitris, sub limine ostii, & per oīa loca domus, si forte instrumenta maleficii, possent inveniri, & inventa statim ad ignē projicienda sunt. Expedire etiam cuncta renovari in lectisterniis, & indumentis: habitationem quoque, & domum mutare, quia sæpè hoc confert ad liberationem obsessi.

De expositione quorundam nominum Hebraicorum, & Græcorum Dei, quæ sparsim in Exorcismis ponuntur. Cap. VIII.

Carvendum est, ne exorcista utatur aliquibus nominibus ignotis: cum secundum D. Chrysofomum illa semper sint metuenda, Et quia

quia in hac nostra Exorcismorum collectione multa sũc nomina, quæ pusillis ignota sunt, & tamen sunt nomina Dei sanctissima: ideo ne eorum animus relinquatur perplexus, decrevi hic inferere declarationem illorum, ut unusquisque Exorcista secure, & sine dubio, cum sibi placuerit, possit uri istis conjurationibus. Sciendum est ergo (secundum D. Hieronymum in epistola ad Marcel- lam tomo 3. Epistolarum) quod primum nomen Dei est El, quod septuaginta interpretantur Deum fortem. Secundum, & terrium est Eloym, & Eloa, quod & ipsũ Deus dicitur. Quartum est Sabaorh, quod septuaginta virtutum, Aquila exercituum transfulerunt. Quintum est Eljon, quod nos excelsum dicimus. Sextum est Eser- cheje, quod in Exodo legitur, qui est, misit me, Septi- mum est Adonay, quod nos dominum generaliter ap- pellamus. Octavum est Ya, quod in Deo tantum poni- tur, & in alleluia extrema quoque syllaba sonat. Nonum est Tetragramaton, quod Hebræi Jehova, id est ineffa- bilem putaverunt. Decimum est Saday, quod apud He- bræos pro Deo cœli est positum secundum translatio- nem Aquilæ: nos autem robustum, & sufficientem ad omnia perpetranda possumus accipere. Hæc Divus Hieronymus, ubi supra, Sunt præter hæc, & alia quàm- plura nomina Dei ignota ibi posita, quæ ab aliquibus re- jiciuntur tanquàm superstitionosa, & damnanda, quæ ta- men si benè ponderarentur ab illis, non ignorarentur esse nomina sancta, cujusmodi sunt ista, Aglos, Otheos, Ischiros, Arhanatos, de quibus dicit Paulus Ghirlandus, tractatu de Sortilegiis, quod sæpius illa abstulit è mani- bus Maleficorum: & dicit illa tantum significare, quan- tũ De^o Acharon, De^o imortalis: & clarũ est (inqt ipse) quod hoc nomen Acharon est nomen Sathanæ, Sive Beelze- bub. Quæ expositio quantum distet à veritate, patere potest per hoc, quod Ecclesia sancta Catholica, & Ro- mana in parasceve, sive in die Veneris Sancti utitur illis ad impetrandum apud Deum veniam pro peccatis toti- us mundi, quæ si essent verba vana, & superstitionosa, non solum non uteretur illis: sed etiam ab illa damnarentur.

*Nomina
Sancta à
Dico Hie-
ronyme ex-
posita.*

*Nomina
Dei, quæ
gratis re-
prehendi-
tur.*

*Error Pan-
li Ghirlan-
di circa no-
mina Dei.*

*Sothor. &
Jehova de-
clarantur.*

*Aglas e-
ius exposi-
tio.*

*Homoufion
exponitur.*

Miror ergo tam probum, & prudentem, ac doctum vi-
rum hanc rem minimè animadvertisse, cum ista pareant
oculis omnium, & maximè fidelium. Sunt deinde ibi
aliqua alia nomina non omnibus nota, sparsim posita,
ut Sother, quod est nomen Græcum, & tantum sonat,
quantum apud nos Saluator: & apud Hebræos, Jehova,
quod est nomen apud eos ineffabile. Jehova, est nomen
magnū Dei, cujus interpretationem poteris videre in o-
pere Galatini adversus Hebræos. Et in libro vulgari R.
P. F. Archangeli Putei, quem edidit de nomine Jesu. A-
gla, est nomē Hebraicū, & ponit inter nomina magna Dei,
& tantum sonat apud Hebræos, quantum apud nos, ru-
es Deus potens in æternum, secundum ipsummet Galati-
num libro secundo, quem edidit de divinis nominibus
adversus Hebræos. Homoufion est nomen Græcum, &
tantum sonat, quantum consubstantialis, quod attri-
buitur Christo, qui est consubstantialis Patri, & Spiri-
tui Sancto. Eheye est nomen Hebraicum, & significat
simplicissimam essentiam divinitatis Dei, secundum i-
psummet R. P. F. Archangelum Puteum.

*De expositione quorundam nominum Latinorum
Dei, quæ ab auctore sparsim in Exorcis-
mis ponuntur. Cap. IX.*

*Satisfacit
Auctor
desiderio
quorundā.*

Quia in Exorcismis Flagelli sunt quædam nomi-
na Dei, diversis in locis sparsim posita, extracta
ex sacra Scriptura, vel ex Sanctis Doctoribus,
quorum loca ab aliquibus assignari affectabantur, ideo
ut unusquisque Exorcista per se ipsum de illis ratio-
nem reddere possit: unicuique nomini proprium locum
assignari, ut etiā illiscum sibi libuerit uti securè possit.
Alpha, Omega. Primus. Novissimus. Principium. Fi-
nis. Habentur in Apoc. cap. primo. Ego sum Alpha, &
Omega, Primus & Novissimus, Principium & Finis.
Messias. Christus. Jo. 4. Scio quia Messias venit, qui di-
citur Christus. Jesus. Lu. 2. Vocatum est nomen ejus Je-
sus. Rex. Jo. 18. Tu dicis quia Rex sum ego. Et Ecclesia
sapissi-

sapissimè hoc nomine Rex utitur, ut Rex Christe cle-
 mentissimè. Rex atque factor temporum. Rex sempi-
 terne domine. Cum Rex ille fortissimus. Æternæ Rex
 altissime. Rex effudit gentium Rex gloriose martyru.
 Emanuel. Legifer. Isa. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet
 fil. & vocabitur nomen ejus Emanuel : & Ecclesia in se-
 prima majori Antiphona. O Emanuel Rex, & Legifer
 noster de Christo canit. Lux. Joã. 8. Ego sum lux mundi.
 Pater. Mat. 6. Cũ oraveritis dicite. Pater noster Magister.
 Dñs Jo 13. Vos vocatis me Magister, & Dñe, & bene di-
 citis, sum etenim, Principiũ. Jo. 8. Principiũ q̄ & loquor
 vobis. Imago. Paul⁹ ad Col 1. Qui est imago Dei invis-
 bilis. Ostiũ Jo. 10. Ego sum Ostium, Via. Veritas. Vita.
 Jo 14. Ego sum via, veritas, & vita. Propheta. Luc. 7. Pro-
 pheta magn⁹ surrexit in nobis. Petra. 1. Cor. 10. Petra au-
 tem erat Christus. Vitis. Jo 15. Ego sum vitis vera. Clavis
 Esaiæ 22. Apoc. 3. & Ecclesia in quarta majori Antiphona
 sic Christũ vocat. Virtus. Luc. 1. Virtus altissimi obum-
 brabit tibi. Primogenitus. Luc. 2. Peperit filium suum
 primogenitum. Agnus. Esa 26. Emitte agnum domine,
 dominatorẽ terræ. Idem 53. Quasi agnus coram tonden-
 te. Hierem. 11. & 51. Quasi agnus mansuetus ad victimã.
 Ovis. Esa. 53. Sicut ovis ad occasionem ducet. Sponsus.
 Psal. 18. Tanquã sponsus procedens de thalamo suo. Cre-
 ator. Gen. 1. In principio creavit Deus cælum, & terram.
 Ecclesia Creator omnium Deus. Veni creator spiritus.
 Rerum creator optime, Lucis creator optime. Redem-
 tor. Ecclesia pluries. Christe Redẽptor omniũ, canit. Pa-
 stor. Jo. 12. Ego sum pastor bon⁹. Præceptor. Luc. 5. Præ-
 ceptor per totam noctem laborantes, nihil cæpim⁹. Splẽ-
 dor. Substantia, Hebr. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, &
 figura substantia ejus. Ecclesia. Tu lumen, tu splendor
 patris. Tibi Christe splẽdor patris. Judex. 2. Tim 4. Red-
 det mihi dominus in illa die justus judex Sapiẽtia. Pro-
 verb. 9. Sapiẽtia ædificavit sibi domum. 1. Cor. 1. Qui fa-
 ctus est nobis sapiẽtia : & Ecclesia in prima majori An-
 tiphona, O sapiẽtia, quæ ex ore altissimi produisti, de
 Christo canit. Sol, Malachia, 4. Timentibus nomẽ me-

*Rex: ab Ec-
clesia sepe
utitur.*

*Dominus:
& Magi-
str adno-
tantur in
Scripturis.*

*Agnus: &
ovis expri-
muntur.*

*Splendor
declara-
tur.*

*Sol: unde
vocetur
Christus.*

*Paraclitus
utitur Ec-
clesia.*

*Sanctus in
scripturis
invenitur.*

*Summum
bonum: di-
stinetur Deus.*

um ortus est Sol justitiæ. Et Ecclesia ad beatam virginem Mariam loquens dicit. Ex te enim ortus est sol justitiæ, Stella matutina, Apocal. 22. Ego sum radix David, & Stella splendida, & matutina, Flos. Esa. 11. Et flos de radice ejus ascendet, Sacerdos, Eccles. Sacerdos in æternum Christus dominus. Pontifex appellatus à Deo juxta ordinem Melchisedech. Charitas, 1 Jo. 4. Deus charitas est. Eccles. Fons vivus, ignis, Charitas. Unigenitus. 1. Joan. 1. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Paraclitus Joann. 15. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater. Eccles. Qui Paraclitus diceris, Mediator. 1. Timoth. 2. Unus mediator hominum, homo Christus Jesus. Deus. Æternus. Omnipotens. Ecclesia sæpissimè his nominibus utitur. Virtus. 1. Cor. 1. Nos autem prædicamus Christum Dei virtutem; & ibidem. His autem qui salvi fiunt. 1. nobis Dei virtus est, Panis. Joan. 6. Ego sum panis vivus, Salus. Ecclesia. Mundi salus adveneris. Leo. Apo. 5 vicit Leo de tribu Juda, Lumen. Luc. 2. ad revelationem gentium. Os. Esa. 25. Os enim domini locutum est, Verbum, Joan. 1. In principio erat verbum. Et verbum caro factum est. Sanctus, Esaia. 6. Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus exercituum, Omnipotens. Apoc. 4. Sanctus Dominus Deus omnipotens. Misericors. Exo. 34. Dominator domine Deus misericors. Esa. 58. Quia misericors sum Dominus Deus tuus. Jonæ 4. Quia tu Deus clemens, & misericors es. Jacobi 5. Finem domini vidistis, quod misericors dominus est. Immortalis. 1. Timoth. 1. Regi seculorum immortalis. Ecclesia. Sanctus fortis, & immortalis, Rex pacificus. Ecclesia. Rex pacificus magnificatus est, Oriens. Ecclesia. In quinta Antiphona majori sic vocat Christum dicens. O Oriens splendor lucis æternæ, & Sol justitiæ, Bonitas. Ecclesia, Christe lux vera, bonitas, & vita. Summum bonum. Magister Sententiarum libro 2. distinctione prima Fecit Deus rationalem creaturam, ut summum bonum intelligeret, & intelligendo amaret, & amando possideret, & possidendo frueretur. Job.

Job, 5. Quamobrem deprecabor dominum, & infra, & Honor: ab
 erit ego spes. Psal, 13 Quoniam dominus spes ejus est, Ecclesia
 Et Pl, 90, & 141. Tu domine spes mea es. Honor. Eccle-
 sia in officio Trinitatis. Spes nostra, honor noster, o bea-
 tra Trinitas. Spiritus. Joan, 4 Deus spiritus est, Dux, Ec-
 clesia, in secunda Antiphona majori canit de Christo. O
 Adonay, & dux domus Israel. Gloria. Exod, 16. Ecce
 gloria domini apparuit in nube, & Psal, 3. Tu autem do-
 mine susceptor meus, & gloria mea. Mons, Ecclesia. Ad
 montem, qui Christus est pervenire valeamus.

*De expositione quorundam nominum beate vir-
 ginis Mariæ, que in Exorcismis Flagelli
 sparsim posita sunt. Cap. X.*

Quia multis desiderabatur, ut cuicumque nomi-
 ni beate virginis Mariæ assignaretur locus Scri-
 pturæ, vel Sanctorum, ubi infra scripta nomina ex-
 cerpta fuere, ideo prædicta loca hic inferere decrevi, ut
 Exorcistæ cautiores reddantur; primum ergo nomen
 hic positum est. Virgo. Esaïz 7. Ecce virgo concipiet.
 Ecclesia. Maria virgo assumpta est, & o clemens, o pia,
 o dulcis virgo. Maria. Luc. 1. Ave Maria gratia plena.
 Mat. 1. Cum esset desponsata mater Jesu Maria Joseph.
 Luc. 2. Maria conservabat omnia verba hæc; & sæpissi-
 mè in quatuor Evangeliiis sic appellatur Mater domini
 nostri Jesu Christi Regina. Ecclesia, Regina cæli latere.
 Ave regina cœlorum. Gloriosa. Domina. Ecclesia. O
 gloriosa dña. Aurora. Cânt. 6. Que est ista, quæ ascendit
 sicut aurora consurgens, Ancilla. Luc. 1. Ecce ancilla dñi.
 Ortus. Fons. Cânt. 4. Ortus conclusus, fons signatus.
 Puteus. Ibidè. Puteus aquarum viventiu. Luna. Sol.
 Cânt. 6. Pulchra ut Luna, electa ut Sol. Porta. Ezechiaz.
 44. Porta hæc clausa erit peccato. Ecclesia. Fœlix cœli
 porta. Luc. 1. Et beata, q̄ credidisti. Ecclesia. Bea-
 ta es virgo Maria, quæ dominu portasti Creatorè mudi. *Janua: es*
 Pia, Ecclesia. O clemès, o pia, o dulcis, virgo Maria. Rub⁹ *Stella: Ma-*
 Ecclesia. Rubu què viderat Moyses incõbustū. Janua Ec- *riæ disci-*
 clesia. Tu regis alti janua, & porta lucis fulgida. *tur.*
 Ecclesia.

*Virgo: Ma-
 ria sæpe no-
 minatur.*

*Aurora:
 Maria in
 Scripturis
 nomina-
 tur.*

*Janua: es
 Stella: Ma-
 riæ disci-
 tur.*

Ecclesia. Ave maris stella, Turris. Cant. 7. Collum tuum sicut turris eburnea, Pulchra. Cant. 6. Pulchra es amica mea, Ecclesia. Pulchra es, & decora. Amica. Formosa. Cant. 6. Veni, propterea amica mea, formosa mea. Speciosa. Ecclesia. Speciosa facta es, & suaviter. Vellus. Divus Bernardus Sermone. 8. Assumptionis beatæ virginis Mariæ. Maria (inquit) nō est vellus est mediū inter Christum, & ecclesiam. Mater. Ecclesia. Beata mater, & intacta virgo gloriosa: & Maria mater gratiæ Alma, Ecclesia. Alma redemptoris mater Flos, Cant. 2. Ego flos campi. Theotocos. Sic à Divo Damasceno lib. 3. c. 12. Orthodoxa fidei, appellatur beata virgo Maria. contra temeritatē impii Nestorii, qui ausus fuit negare, illā fuisse matrē Dei, Tabernaculum. Sic Joannes Gerson tractatu 8. Super Canticum Mariæ ipsam appellat, eo quod Christus in eā habitavit. Archa. Ita beata virgo Maria à Divo Joanne Damasceno appellatur, Sermone primo infra octavam Assumptionis ejusdem beatæ virginis Mariæ Idem dicit in Sermone quartæ diei, Thalamus Ecclesia in festo Purificationis Mariæ. Adorna thalamum tuum, de ipsa canit. Aula. Beatus Fulgentius sic appellat beatæ virginis Mariæ uterum, in Sermone S. Stephani prothomartyris. Nubes. Esaiæ 45. Rorate cœli de super, & nubes pluat justum: & Ezechielis 32. Solem nube tegam, Sic enim appellatur beata virgo Maria à Bernardino de Buis in suo Mariali parte ix. principali, Sermone 3 parte 5. ejusdem Sermonis sub litera D. Margarita, à suprascripto Doctore sic interpretatur mater Christi Maria lib. prædicto, parte 3. principali Serm. 1. parte 1. ejusdem sermonis sub litera B, Scala. Ita à Divo Damasceno appellatur beata virgo Maria in quodam Sermone super illud Gen. 28. Vidit Jacob scalam. his verbis, Intellectualis scala est virgo Maria. Et D. Bernhardus idem his verbis asserit, Facta est (inquit) Mariæ humilitas scala cœlestis, per quam Deus ad terram descendit: & alibi. O virgo scala sublimis, quam in sublime verticem sanctum erigis, usque ad sedentem in throno, usque ad dominum majestatis: cui profectò scalæ dominus innixus est. Hæc ex Busto

*Vellus: Con-
catur bea-
ta virgo
Maria.*

*Taberna-
culum:
quare vo-
cetur beata
Maria.*

*Aula dici-
tur Maria
domina
nostra.*

*Scala: est
appellata
Sancta
Maria.*

Busto libro supradicto, parte ix. principali Sermone 2. parte 2. ejusdem Sermonis, sub litera D. Domus Appellatur sic beata virgo Maria à S. Ecclesia in officio Conceptionis ejus, in cuius edificatione, ad instar edificationis templi nullum ferreū peccati instrumentum auditū fuit, cum ab omni peccati labe immunis extiterit. Imperatrix. Sic enim S. Ecclesia in Officio Conceptionis ejusdē in persona beatæ Virginis Mariæ loquens eā appellare videt, dū canit. Girū coeli circuivi, & profundum penetravi, in omni populo, & in omni gente primatum tenui: superborū & sublimium colla calcavi. De cuius dominio vide prædictū Bustum in Mariali, parte 3. principali, Sermone 2. parte 3. ejusdem Sermonis, de hac excellentia beatæ Virginis Mariæ perpulchrè tractantem.

*Domus:
quare ap-
pellatur
Genetrix
Dei.*

An Exorcista uti possint schedulis: et de regulis, quibus hoc licitè fieri possit.

Cap. XI.

Poterit Exorcista uti aliquibus schedulis continen-
tibus aliqua nomina & verba sancta. & illa applica-
re Energumenis ad tollendam vexationem. Pro
cujus declaratione est notandum, quod quinq; dantur
regulæ ad cognoscendum si brevia sint licita, vel super-
stitiosa. Prima regula est, quod gloria Dei sit finis prin-
cipalis, quem in omnib. quærere debemus, ut scilicet at-
tendatur an opus sit ad gloriam Dei, & homo in illo o-
perere Deo det principaliter gloriā: per ipsumq; op^o mēs
hominis Deo subiciat, secundū illud primæ Cor. x. sive
māducaris, sive bibitis, vel aliqd aliud faciatis, oīa ad Dei
gloriā facite. Secunda est, ut videat^r an opus q^o sit, quod
scilicet pertinet ad aliquam abstinentiam corporalem,
vel ad corporis exercitium, utrum sit refrenativū con-
cupiscentiæ modo virtute debito, secundum ritū Eccle-
siæ, vel secundum moralē doctrinā, secundum Apostolū
ad Romanos xij. rōnabile sis obsequium vestrum. Tertia,
ut videat^r, an op^o sit secundū statū universalis Ecclesiæ,
vel secundum scripturæ sacræ testimonium, vel saltem

*Schedulis
uti possunt
Exorcista.
Gloria Dei
finis operis
nostrarum
esse debet.
Ecclesia
ritus ser-
vandi in
operibus
humanis.
Opera no-
stra sint
conformia
consuetu-
dini Eccle-
siarum.*

Consuetudines Ecclesie servari debent.

Naturalis proprietas necessaria in operibus bonis.

Scandalum evitandum est in bonis operibus nostris.

Ceremonialia in novo testamento sunt prohibita.

Caracteres & anag. obervationes fugienda.

secundum particularis Ecclesie ritum, aut de consuetudine generali, quae secundum Augustinum pro lege habenda est. De qua scribit B. Gregorius, Augustino Anglorum Episcopo dicens. Sunt diversae Ecclesie consuetudines in Missarum celebratione, mihi (inquit) placet, ut sive in Romana, sive in Galliarum, sive in quacunque Ecclesia aliquid invenisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere, solcite eligas. Et D. Thomas dicit. Ecclesie consuetudines in cultu divino, in nullo veritati divinae repugnant. Quarta, ut inspicatur an opus adhibitum, vel exercitum ad effectum, qui expectatur, habeat naturalem proprietatem, vel non, de quo Physici, Medici, & Astrologi, in quantum tales multa judicare possunt, & etiam Theologi. Quinta est, ut consideretur si opus est meritorium, vel non: si res quae fit praebet occasionem alicujus scandali, vel an sit causa ruinae proximi, quia tunc licet non esset superstitiosum, tamen propter scandalum esset dimittendum, vel differendum, vel occulte & sine scandalo faciendum. Quicquid ergo uni ex praemissis est contrarium, timendum est, ut superstitiosum, vel peccatum. Propter primam regulam illicitum est in novo testamento exercere ceremonialia, vel judicialia Veteris testamenti, nisi de novo instituta essent ab Ecclesia Catholica, & Romana. Propter idem, & propter regulam secundam, factum faciunt voventes non peccinare caput Sabbato: vel jejunare die Dominico, tanquam meliori die, & similia: nisi ex aliqua devotione (puta ad honorem beatissimae Virg. Mariae) voverent jejunare die Sabbati. Propter tertiam, superstitiosè agunt, qui in tribus alicujus ecclesie particularis, ut in processibus, & hujusmodi non conformant communitati, nisi aliunde excusentur. Propter quartum, superstitiosè agunt, qui utuntur caracteribus, vel nominibus ignotis, vel suspectis, vel alligationum modis, nihil cooperantibus naturaliter effectui, qui expectatur: quia praefata de se naturaliter nullius activitatis sunt, cum sint artificialia solum. Idem dicendum est de imaginibus per astronomos factis, & annulis, ac lapidibus

lapidibus suis artificialibus. Similiter qui credunt, quod cœli, vel stellarum influentiæ aliquem necessitent ad aliquod vitium. Propter quintam, si res scādaloſa eſſet notabiliter, etiam benedictiones aliquæ, quæ à ſecularibus per verba devota fiunt ſine malis ritibus ſuper infirmos, non eſſent publicè faciendæ, ne detur occasio ſcandalii. Qui ergo infirmos exorcizare licitè cupit, ultra ſupradictas regulas, ſeptem alias cōditiones obſervare debet, poſitas à D. Thoma ſecunda ſecundæ, quæſt. xvj. quib. extrantibus, benedictio licita erit: quæ ſi modo adjuratorio fiat per virtutē divini nominis, aut ſanguinis Chriſti, aut alterius rei ſacræ, dicentur ejuſmodi verba, liciti Exorcismi: & qui iſta exercēt, Exorcistiæ dici poſſunt liciti. Prima ergo cōditio eſt, ut videat, ne verba aliquid contineant, quod pertineat ad invocatiōnē dæmonū expreſſam, vel tacitam. Secunda verò conditio eſt: nē Exorcismi ignota nomina complectant: talia n. ſecundum Chryſoſtomū metuenda ſunt, ne ibi aliquid ſuperſtitioſiſ lateat. Tertia, ne materia verborum quicquam falſitatis contineat: ſic n. effectus expectari à Deo negret, cū ipſe non poſſit eſſe teſtis alicujus falſitatis: in quo delinquūt ſæpe quædā vetulæ ſuis carminib. fatua, nedū falſa cōplectentes. Quarta, ne ibi adducant vana, & characteres inſcripti p̄ter ſignum Crucis. Quinta, ne ſpes in modo ſcribendi, vel quavis ejuſmodi vanitate ponatur, aliàs rem, aut divinam reverentiam faciente ponatur, aliàs omnino totum ſuperſtitioſum judicatur. Sexta, ut in citatione, & prolatione divinorum verborū, aut ſcripturæ ſacræ, reſpectus ſolum habeatur ad ipſa ſacræ verba, & eorum intellectum: habeat & reverentia ad Dei virtutem, à qua quis effectum præſtolatur, vel ad ſanctorum reliquias, à quibus ſecundariò aliquid expectatur, licet à Deo principaliter. Septima, ut effectus expectatus divinæ voluntati, ac beneplacito relinquatur: qui ſcit, quid plus, & quid minus poſtulanti concedendum ſit. His iſtitur conditionibus obſervatis, licitum eſt exorcizare infirmos Energumenos, & appendere brevia ad collum eorum, vel illa ſecum deferre.

Quaedam benedictiones propter ſcandalum evitanda.

Benedictio licita qualis eſſe debet.

Nomina ignota ſunt metuenda.

Intentio qualis habenda ſit in operibus humanis.

Opera noſtrorum effectus relinquendus eſt divinæ voluntati.

De astutiis demonum præcognoscendis, remediisq; apponendis. Cap. XII.

*Latere
querunt
demonēs
in corpori-
bus obsef-
sis.*

*Mentē ob-
seffi demo-
nes adverte-
re querūt.*

*Astutia
demonum
ab Exorcis-
tis carven-
da.*

*Fantasma-
ta voluptu-
osa immit-
tunt da-
mones.*

*Cautus sit
Exorcista
in versu-
tis diabo-
li.*

EXorcista debet insistere circa astutias demonum existentium in corporibus obsessis cognoscendas, & præcavēdas: quæ & si sint quasi infinitæ, tamē aliquas hic enarrabo. Advertendum est ergo, quod communiter ut in pluribus, quantū potest diabolus, quærit latere & se à loquendo, vel tremendo continere. ne scilicet deprehendatur ibi adesse, vel ut videatur fortis, & impavidus stare ante Sacerdotem, & consequenter Sacerdos minus speret victoriā contra illum. Si verò cogitur virtute divinorum verborū tremere, cavet, ne loquatur interius ad mentē obsessi. Quod si interius loqui cogitur, cavet, ne ipse per eos loquatur obsessi. Et ideò Sacerdos obsessum moneat, ut sibi dicat quicquid interius dixerit hostis; hostē verò frequenter adjuret, ut ad interrogata respōdeat. Ubi verò & exterius fuerit loqui coactus, quærit, quantū potest evertē mentem obsessi à verbis quæ leguntur, & similiter mentem suā: quærit quoque attentionē, & devotionē Sacerdotis perturbare, vel per verba levia, vel per gemitus, vel per clamores, vel incitando astantes ad nugas, & similia. Et ideò Sacerdos, cognita malitiā, conetur ad oppositū, & semper imperet hosti in virtute Dei, ut desistat ab hoc, vel ab illo, &c. Nonnūquam etiā, cum mulier, quæ exorcizatur, fuerit maximē juvenula, fingit se ægrē ferre, quæ Sacerdos tangat vultū ejus, ad hoc, ut vehemētius tangat, & inde mulieri ingerat voluptuosā fantasmata, & eadē ratione fingit se ægrē ferre, quæ Sacerdos loquēdo, nimis approximet, ut vultū vultui magis approximet, Et ideò sit Sacerdos & oculis, & manibus, & omnib. motib. pudicus, & cautus, non solū propter se, verū etiā & propter obsessi, & magis, quantò minus cognoscit ejus cogitatus. Nonnūquam etiā requisitus de noīe principalis, dicit nomen suū, noīa verò aliorū sociorū dicit se dicere non posse, quia Deus non vult, quia sunt nomina turpia; quod licet interdū sit verū, frequēter tamē est falsū. Et ideò conet Sacer-

Sacerdos habere veritatē per præceptum. Quod si nequit, jubeat principalem dare locum, & ad loquendum vocet alium, jubens, ut suum nomen pandat; & ne hoc facere timeat superioris timore, præcipiat superiori, ne in hoc eum prohibeat. Quod si nec sic potest habere veritatē, tunc ipse Sacerdos imponat aliis spiritibus nomina irrisiva, puta dicendo; primus post principalem vocetur fachinus; secundus pistor; tertius cocus Acherontis, & hujusmodi. Solent etiā quando jam in Sacerdotē prævalere nequeunt, advocare in auxilium cōplices suos, sive quia ad eorū præsentiam vigorantur, sicut homo ad præsentiam amici: sive quia alio modo occulto adjuvantur. Contra hoc autē Sacerdos curet scire, quos in cœlo, vel in ferno habet magis inimicos, & sanctos quidem invocare sæpius, dæmones autē inimicos conjurare contra eū, amicos verò præcepto prohibere, ne succurrant. Solent etiā libenter subtrahere se ab ore obsessi, in quo loquebantur, & abscondere in corde, vel aliis partib, sub collo; sed Sacerdos quantum potest, curet spiritū superi⁹ retinere; ad quod faciendum maximè valent ista verba. Ecce Crucē Domini, fugite partes adversæ, cū signo crucis super frontē, vel caput obsessi; Et ille Psalmus, Usquequo Doīe oblivisceris me in finē. & similiter præceptū factum, ut sup aliquo respōdeat; unde p̄ ista etiā intermissō Exorcismo, est revocand⁹ ad superiora. Diversi tamen dæmones diversis verbis sacris magis affliguntur; & redduntur promptiores ad obediendum. Solent etiam exituri, aliq̄ eorum remanere, ut quasi tenētes possessionē, iterum reintroducāt expulsos; sed Sacerdos sit cautus, præcipiēdo eis, ut secum ducāt totā societātē suā damnatā. Postq̄ verò exiverint (secundum q̄ Salvator dicit) q̄runt denuō intrare, & mirabiliter tentāt liberatum, etiā de minimis, maximè circa honestatē: quia interdum etiā pro venialib, reingrediuntur. Et ideo persona liberata vigilet in silentio, & orationibus per multos mēses; & frequentissimè cōmunicet, saltem omni festo; & si est persona in matrimonio, inducat socium ad continentiam, quantum potest, per aliquod tempus; quod si non potest, saltem

*Doct.
notatus
pro Exor-
cistis.*

*Irrisiva
nomina
dæmonibus
imponēda
sunt ab E-
xorcistis*

*Diligentia
observanda
contra dæ-
mones.*

*Libenter
dæmones
quarunt
latere.*

*Diversis
verbis sa-
cris affli-
guntur dæ-
mones.*

*Provenia-
libus dæ-
mones re-
ingrediun-
tur corpora
humana.*

Ingratitudinē quærunt dæmones immittere.

Dæmones signare linquunt sua præsentia.

Diligentia in consuetudine ratione apponenda.

Inquisitio fienda in interrogationibus.

Gravissimum est dæmonibus comburi eorum nomina.

Levis, & curiosus investigator non fit Exorcista in interrogationibus.

saltem ipsa non fit in causa libidinis, alioquin suum liberatorem denuò faciet fatigari. Solent etiã, postquam sunt egressi, persuadere quantum possunt, quod persona liberata nunquã fuerit obsessa, ut scilicet sit Deo ingrata, ut reingrediantur. Solent etiã egressis quantum possunt, persuadere, ne credantur egressi, eadẽ ratione qua prius; & hoc per aliquos effectus, quos relinquunt, aut faciunt in corpore. Sed contra hoc Sacerdos lectus? Exorcismos, præcipiat eis in virtute Dei, ne ostendant se esse obsessores, si non sunt; & liberatũ moneat, quantum potest, ad credendum se liberatũ, & Deo gratias reddẽdas. In conjuratione autem, ubi senserit serpentẽ sub manu sacra contremiscere, mandet obsesso, ut quæcumq; spiritus sibi dixerit, innotescat. Et ubi spiritus cœperit loqui in obsesso, incipiat illum interdum adjurare, de supradictis interrogando, ut videbitur ei, quærendo de nomine, & sociis, & multo magis ubi loqui cœperit per os obsessi, etiã interdũ intermissa lectione. Statim enim, ut se spiritus aliquis manifestaverit, debet illũ adjurando inquirere quis sit, & de sociis ejus, & de causa ingressus, ac tẽpore, & quis eum debet expellere, & qui sunt sui inimici in cœlo, & qui in abyssis; & nomina ejus, & sociorum, quæ habere poterit, scribere debet in schedulis, ut cũ in obediendo fuerint pertinaces, illa comburat igne benedicto. Nam dæmoni sunt ista gravissima, quia sunt ei in dedecus, & in recordationem gehennæ. Ubi verò dæmon fuerit ista confessus, cũ sibi videbitur, faciat illum ratificare confessã. Caveat autem Sacerdos, ne sit levis, & curiosus, aut superfluous interrogator, ne sit subtrahat illi obedientiam dæmonis. Postquam autem à diabolo habuerit omnem confessionem experitam, semper adjuret illum, ut exeat, post singulas conjurationes semper interrogando, an velit exire. Cũ vero dæmon se velle exire profitebitur, caveat Sacerdos, ne illum licentiet ad exitum, nisi factõ præcepto, quòd nullum ex sociis relinquat in obsesso, & quòd de cætero non regrediatur ad illum, & super hoc exigat ab illo promissum. Nec tamen cum hoc, vel aliud præceperit, Sacerdos

Sacerdos statim cedat, si diabolus obedire recusaverit: sed verbis, præceptis, & adjurationibus iteratis, & stimulis, & importunitate, ab eo exigat obedientiam. Super omnia verò semper conetur, ut diabolus non habeat requiem, semper eum urgendo, vel lectione, vel præceptis; nunquam verò secum veniat ad colloquium curiosum, quia interim Sacerdos perdit spiritum, & diabolus reassumit vires.

Exorcista non cedat ad promissum diaboli.

De quibusdam aliis deceptionibus, quibus demones utuntur ad decipiendū Exorcistam, quæ necessariò ab omnibus Exorcistis sciri debent. Cap. XIII.

Sunt quidam demones, qui tantum odio habent verba sancta, quod antequàm conjurentur, è corporibus obsessis discedunt. Quidam verò conjurationem expectant, quam postea sustinere nequeunt. Nonnulli autem adeò maligni sunt, quòd Exorcistam per magnum temporis spacium fatigari faciunt frustra, ut appareat infirmo, quòd non sit dæmoniacus: & ut Exorcista præ labore, & lassitudine exorcizare desinat, & inde recedat; quod si fecerit, ipsi reputant se victoriam obtinuisse, & maximè quando propter lassitudinem exorcizare dimittit. Contra hoc Exorcista sit constans, nec à fide deficiat, & sit assiduus in conjuratione, nec cessare debet, donec viderit signa liberationis. Aliqui demones, postquàm sunt detecti, abscondunt se, & corpus ab omni infestatione liberum relinquunt, ita ut infirmus putet se omnino liberum esse. Contra hoc Exorcista cautus esse debet, perseverando in conjuratione tribus, quatuor, vel sex horis continuè, & plus, donec victoriam obtinuerit: quia & si demones plus in prima, quàm in secunda vice timere videntur, tamen quotidie debilitantur; ideò si in prima Energumenus non fuerit liberatus, prosequatur secundo, & tertio, quousque ex toto liberetur. Aliqui demones ponunt omnia impedimenta, quæ possuat, infirmo, ne se exorcizare faciat

Malignitas, vitia que quorundam demonum. Notabilis astutia demonum.

Caveat hic Exorcista, ne decipiatur.

Dæmones pudent ad primum intuitum Exorcista.

*Dormire
faciunt E-
nergume-
nos damo-
nes. Et
quare.
Alia ver-
jutta da-
monum
contra
Exorcistã.*

*Damones
quare non
timeant
susceptionẽ
Euchari-
stie.*

re faciat. Quidam verò persuadere conantur quod sine infirmitates naturales, & q̄ res ista sit inventio trufatica. Alii in medio conjurationis infirmum dormire faciunt, ostendendo illi aliquam visionem, puta Crucifixi, seu aliorum Sanctorum, & hoc faciunt, ut mentem infirmi à lectione distrahant, ac seipsos à conjuratione subtrahant: & ut in illo corpore latere possint infirmum esse liberum, ostendunt. Contra hoc Exorcista conetur ipsos disturbare Exorcismis, præceptis, & duris comminationibus, ne latere possint. Quidam maleficium factum infirmo ostendunt, auctoresque maleficii, nec non & modum, quo solvi potest, detegunt, ut Exorcista illud solvat illicitè, & substitiosè. Sed Exorcista in hoc, sicut & in cæteris, sit cautus, ne scilicet illud solvat alio maleficio. Nec mirari quis debet, si dæmon in susceptione Eucharistiæ quandoque non conturbetur, quia postquam intravit paullatim despicit, & contemnit, nec timet sancta, imò loquitur mysteria fidei nostræ, & confitetur divinam majestatem, & supponit personam vexatam, & ei loquitur in corde illam pro minimo perturbari facit. Et aliqui dæmones, post longam vexationem factam alicui personæ si non expellantur, quasi semper per os ejus loquuntur, & cessant nocere ei, postea tandem deprehenduntur. Hæc ex Sacerdotali, quasi ad literam.

*De his, quæ ab Exorcista scienda sunt, ut possit
curare maleficiatos, & Energumenos.*

Cap. XIII.

*Quæ scien-
da sunt ab
Exorcistis.*

CUret Exorcista scire omnia pertinentia ad conjurationem; & primò, quem modum tenet diabolus intrando in humana corpora; debet cognoscere, si infirmus sit maleficiatus, necne; & scire signa, quibus aliquis cognoscitur esse dæmoniacus, & maleficiatus; & quæ signa apparent, quando conjurat maleficiatum; & modum, quem tenet diabolus egrediendo de corporibus obsessis; & denique debet præcognosce

cognoscere malitias, & deceptiones, quibus utuntur dæmones ad decipiendum Exorcistam; de quibus omnibus ultra illa quæ dicta sunt supra, locuti sumus in nostro Fuste cap. xi. xij.

De loco, & tempore quibus Energumeni exorcizandi sunt, Cap. XV.

EXorcista debet præcavere, quantum potest, ne ab- que gravi necessitate exercent hoc officium adjurandi dæmones in domibus privatis, ne detur occasio scandali pusillis; sed exorcizare in ecclesia, vel in alio loco Deo dicato, vel alicui Sancto tum quia in domibus privatis, ut in pluribus, adsunt mulieres, quarum consortium debet summopere ab Exorcistis vitari, ne incidant in laqueum diaboli; tum quia ibi fiunt multa turpia potius tacenda, quàm hic inferenda; tum etiam quia ecclesia propriè est locus deputatus, ubi Energumeni debent exorcizari, & dæmones adjurari, ut à corporibus obsessis recedant, quia ubi magis timent, & contremiscunt ad sacra Dei verba, quàm alibi, cum sit domus orationis, in qua habitat Deus, & ubi melius exaudiuntur orationes, & deprecationes nostræ, quàm alibi. De tempore verò dico quòd non datur tempus determinatum, ideò cum charitas te cogerit, poteris omni tempore exorcizare. Expediit tamen Exorcistis exorcizare summo mane post missam; & quantò dies sanctiores fuerint, ut sunt festa Nativitatis Christi, Resurrectionis & Ascensionis ejus, festum Pentecostes, & similia; festa Beatæ Virginis Mariæ, Apostolorum, ac aliarum solemnitarum, vel vigiliæ, tantò amplius proficient. Caveas tamen, ne absque aliqua præparatione incipias exorcizare, cum dæmones magis timeant orationes factas à devoto, quàm à dissoluto Exorcista, ut supra diximus cap. 1.

Exorcizare non debet Exorcista in domibus privatis.

Ecclesia est locus con- iurationi de dictis,

Tempus ad iurandi dæmones,

Dæmones valde ti- ment ora- tiones boni Sacerdotis.

Hominem

*Hominem posse à spiritibus immundis vexari
demonstratur: ubi ostenditur, quid sit
Arreptitius. Cap. XVI.*

*Fatua ad-
miratio
quorundam.*

*Dæmones
corpora hu-
mana inha-
bitare pos-
sunt.*

*Arreptiti-
um esse
quid sit.*

*Dæmones
quare non
loquantur
latine.*

Sciendum est propter aliquos, qui consueverunt ad-
mirari, videntes aliquos justos homines corporali-
ter vexari à spiritibus immundis, non intelligentes,
quibus ex causis Deus benedictus id fieri permittat:
neque considerantes illa præsupposita, quibus hoc
fieri potest, quæ sunt voluntas Dei permissiva, scien-
tia, & potentia dæmonum: & liberi arbitrii libertas,
quibus dæmones admiranda possunt operari: quod
dæmones possunt hominem inhabitare quantum ad
corpus (teste quotidiana experientia) sed hoc magis
pertinet ad rationem poenæ, quàm culpæ, secundum
D. Thomam: poenæ autem corporales hujus vitæ non
consequuntur culpam: sed quandoque peccantibus non
inferuntur, & inferuntur non peccantibus, secundum
altitudinem judiciorum Dei, ut patet de cæco nato Jo.
9. Isti ergo sic obsessi à dæmonibus consueverunt vo-
cari Arreptitii. Quid autem sit hominem esse arrepti-
tium, dico quòd nihil aliud est, quàm hominem (Dei
permissu) ita à dæmone possideri, ut ejus membris pro
ejus libito utatur interiorius, & exteriorius: quod equidem
quinque modis fieri potest, ut diximus in nostro Com-
pendio, lib. 2. cap. xj. Et hoc quinque ex causis evenisse
legitur in genere: quanquam ex aliis innumeris in spe-
cie esse possit, de quibus locuti sumus ibidem: ideo hic
superfedeamus, remittendo lectorem ad supradictum
capitulum, ubi etiam videbit, quare dæmones in ob-
sessis corporibus, his nostris temporibus non loquan-
tur Hebraicè, Græcè, & Latine, & multa
alia scitu digna.

Quid

Quod aliqui obsessi inveniuntur, qui nunquam liberantur, & de causis, quibus hoc contingit. Cap. XVII.

Et advertendum, quod multi obsessi à dæmonibus inveniuntur, qui nunquam liberantur ab ipsis spiritibus immundis, sic Deo permittente: quod videntes aliqui homines admirantur, nescientes rationem hujus facti, idè pro majori declaratione est sciendum, quod & si hoc possit contingere sex causis in genere, est tamen una septima, supra quam suspenditur iudicium nostrum. Nam quod aliquis non liberetur; aut hoc est propter parvitatem fidei circumstantium; aut ipsum ægrotum offerentium: aut propter peccata vexationem iustinentium: aut propter accomoda remedia adhibere negligentium; aut propter aliquod Exorcistæ in fide vitium; aut propter reverentiam virtutum in alio existentium: aut propter purgationem, vel meritum patientium vexationem. Prima igitur causa circumstantium, vel offerentium fides exigua, de qua dicebat Pater illius lunatici, Mat. 17. & Mar. 9. Credo domine, adjuva incredulitatem meam. Et ad turbam circumstantem dicebat ibi Jesus Christus. O generatio incredula, & perversa, quousque ero vobiscum? Secunda sunt peccata sustinentis vexationem; unde ibidem Christus increpavit illum filium. Ubi dicit D. Hieron, quod ille propter sua peccata à dæmone fuerat oppressus. Tertia, est negligentia exhibentium remedia: unde ibi non fuerunt præsentés viri perfecti: ubi Joan. Chysof. dicit; quod columnæ fidei, s. Petrus, Jacobus, Joannes non aderant, sicut Christi transfigurationi affuerant; nec aderant ibidem oratio, & jejunium, sine quibus minimè curatur illud genus dæmoniorum. Quarta, est aliquod Exorcistæ in fide vitium: unde ibi Christus discipulis quærentibus, cur spiritum nequissimè ejicere, respondit. Propter incredulitatem vestram; amen dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, & dicetis huic monti, transi hinc; & nihil impossibile erit vobis; ubi

Obsessi quidam nunquam liberantur.

Parvitas fidei impedit liberationem obsessi.

Peccata propria impediunt liberationem obsessi.

Infidelitas Exorcistæ impedit liberationem obsessi.

Absentia Exorcista à Deo ordi nati impe dit libera tionem ob jecti.
 dicit beatus Hilarius. Crediderunt quidem discipuli, sed nondum erant in fide perfecti. Nam cum Dominus in monte moram faceret cum aliis tribus, & illi cum turba residerent, quidam torpor eorum fidem relaxaverat. Quinta est, ut notificetur virtus in altero ab Exorcista existens. sic enim in vitis Patrum legimus, oblectos, quos beatus Antonius non curarat, aliquando Paulum ejus discipulum curasse. Sexta, est purgatio eorum, qui patiuntur vexationem; sæpè enim abolica culpa, & non aboletur ad expurganda priora delicta. Qui ergo prædictis licitis remediis curari nequeunt, propter impedimenta supra narrata, ad patientiam, & tolerantiam commouendi sunt in remissionem suorum peccatorum, & ne ad illicita remedia contra Dei voluntatem recurrant, ne eis deteriora contingant; sicut sæpè contingere consuevit his, qui non contenti licita remedia experiri, ad illicita recurrunt.

Demoniaci sint publicè, vel privatè exorcizandi, & de bonis, quæ fidelibus ex conjuratione proveniunt. Cap. XVIII.

Caveat Exorcista a curatio privato mulieris.
 CAvere debet Exorcista, ne tempore conjurationis solus cum sola permaneat, tam in ecclesia, quam etiam in loco privato, & si mulier, quæ exorcizatur sit valde senex; tum quia aliquando demones corpora humana adeò agitant, quòd nisi adsint, qui vexatos teneant, maxima cum difficultate possunt exorcizari; tum quia inter ministrum, & vexatum possit oriri aliqua occasio scandalii; tum etiam quia quando adsunt personæ devotæ orantes pro vexato, facilius demones cedunt. An autem demoniaci sint publicè vel privatè exorcizandi in ecclesia, id est januis apertis, aut clausis, circa hoc videtur mihi, quòd tot sint sententiæ, quot capita: Attamen hoc unum scio, quòd ordo Exorcistatus est unus ex septem sacris ordinibus Ecclesiæ, qui nihil in occulto operatur, sed omnia publicè peragit. Et quòd dominus noster Jesus Christus ejecit demones

mones è corporibus humanis, turba præfente, ut patet *Christus*
 ex Evangelica historia Matth. 17. Marc. 9. & Luc 11. Ex turba præ-
 quo facto elicitur, quòd officium exorcizandi potest, & *seruè eici-*
 forsitan deberet fieri publicè propter bona spiritualia, *ebat demon-*
 quæ inde fidelibus proveniunt. Ibi enim malitia dæmo-
 nis inspicitur: fides roboratur; Dei misericordia & po-
 testas manifestatur, & sæpè homines impœnitentes ad *Spiritu-*
 remedium sanctissimæ poenitentiz confugiunt, & la-
 chrymabiliter deplorant sua facisora diu perpetrata: & *qua ex com-*
 multa alia bona inde proveniunt, quibus Deus benedi-
 ctus uritur ad gloriam suam, & utilitatem nostram quæ
 (ut videtur) non deberent impediri. Sed quia hoc non
 est nostrum diffinire: idèd relinquitur arbitrio superio-
 rum, quorum iudicio in talibus standum est. Alia ca-
 pitula ad hanc materiam pertinentia, quære in no-
 stro *Fuste dæmonum, ubi pulcherrimè do-*
ctrina perutilis & valde necessaria
Exorcistis describitur.

X 2

FLA.

FLAGELLUM DÆMONUM,

SEU EXORCISMI TERRIBI-
les, potentissimi, & efficaces in mali-
gnos spiritus effugandos de ob-
fessis corporibus:

Cum suis benedictionibus, & omnibus requi-
sitis ad eorum expulsionem,

*Auctore R. P. F. HIERONYMO MENDO
Vitellianensi Ordinis Minorū Regularis
Observantiae, nuper in lucem
proditum.*

EXORCISMUS PRIMUS.

RUBRICA.



*Exorcizaturus igitur tu quicumque
fueris, nulla levitate ductus, sed sola
necessitatis, vel charitatis causa, hanc
rem disponas assumere arduam: pra-
missa sacramentali confessione, &
trium dierum jejunio, te ipsum corde humilians, &
peccatorem reputans: nec in tua, sed Dei potentia
confidens, intrabis Ecclesiam unà cum infirmo à
demone vexato: & ibi ante Sanctissimum Sacra-
mentum corporis Christi, si adest, vel saltem ante
altare genuflexus, indutus sacris vestibus pro tui
ordinis qualitate, devotè, attentè, constanter, &
intrepidè*

intrepide faciens tibi signum Crucis in fronte, in ore, & in pectore dicas.

SIGNUM Crucis † sit in fronte mea. Verba Christi † sint in ore meo. Arma Christi † sint in pectore meo. Per signum Crucis † de inimicis nostris libera nos Deus noster. Potentia Patris confirma me. Sapientia Fi † lii doce me. Amor Spiritus † sancti illumina me. Benedicta sit dies, & hora, in qua Dominus noster Jesus Christus natus est de Virgine Maria. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus † Sancti. Amen. Nos cum prole pia, benedicat Virgo Maria.

Postea signa obsessum in fronte, in ore, & in pectore dicendo.

Potentia Pa † tris conforta eum. Sapientia Fi † lii doce eum. Amor Spiritus † sancti illumina eum. Benedicta sit dies, & hora, in qua Dominus noster Jesus Christus natus est de Virgine Maria. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus † sancti. Amen. *Postea dic.* Confiteor Deo omnipotenti. *totum. & fac absolutionem super infirmum, & assistentes dicendo.* Misereatur vestri, &c. Indulgentiam, & absolutionem. *Deinde lege sequentia precepta.*

Precipio vobis dæmones, qui venistis in adjutorium istorum dæmonum vexantium hanc creaturam Dei N. ex parte sanctissimæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Et sub pœna immersionis in stagnum ignis, & sulphuris per manus inimicorum vestrorum, & sub pœna tradendi vos in potestatem inimicorum vestrorum, ac condemnandi vos in stagnum ignis, & sulphuris per annos mille, quatenus nullum adjutorium, vel favorem detis istis dæmonibus, qui vexant hoc corpus istius creaturæ Dei N. sed discedatis statim, & eatis ad loca vobis deputata à Deo. Ecce crucem † domini, fugite partes adversæ, vicit leo de tribu Juda radix David. Precipio vobis etiam dæmones, qui

*Extractatus
aureo Pre-
rii in ma-
lig spiri-
tus.*

vexatis hanc creaturam Dei N. quod exeuntes ab ea dimittatis, & relinquatis eam liberam, & sanam, absque ulla læsione animæ, & corporis, ut possit servire Deo creatori suo. Etiam præcipio omnibus inimicis vestris, in nomine sanctissimæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut cogant vos obedire mandatis, & præceptis meis. Et sub eisdem poenis præcipio vobis, ut nihil dicatis, vel faciatis, quod præsentibus, vel absentibus displiceat; nisi quantum fuerit interrogatum à me. In nomine Pa tris, & Fi lii, & Spiritus Sancti. Amen.

Postea ligando stolam ad collum obsessi cum tribus nodis dic.

*Ex anti-
quis Exor-
cismis.*

O Vos omnes abominabiles, & rebelles Dei conjuro vos spiritus, adjuro, voco, constringo, evoco, contendo, & contestor, ubicunque sitis in homine isto, per Pa tris, & Fi lium, & Spiritum Sanctum, & per potētissimum nomen Dei Heloay forte, & admirabile, exorcizo te, & adjuro vos spiritus, ac impero vobis auctoritate, qua fungor, per virtutem Dei, & sapientissimi Creatoris, qui cuncta creavit, tenens vos in sua potestate, à qua fugere non potestis, ut incontinenti verba conjurationis meæ intelligatis, & virtutem; & sentiatis vos victos ex præcepto vobis facto, nunc ab ista creatura Dei, & imagine Christi non audeatis recedere absque licentia mei præcepti, & sic sitis ligati, & incatenati, sicut sancti Dei ligaverunt dæmones cum catenis, ita cum ista stola jocunditatis ego vos ligo. In nomine Pa tris, & Fi lii, & Spiritus Sancti. Amen.

Deinde positis manibus super caput vexati, dicas.

*Ecclesia in
extrema
unctione.*

EXtinguatur in te N. omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarum: imò per invocationem omnium Sanctorum Archangelorum, Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum,
Marty-

Martyrum, Confessorum, Virginum, & omnium simul
sanctorum. Amen.

*Deinde dic sequentia verba, signando obsessum in
fronte: quod servabis, quotiescunq; in ve-
neris aliquam crucem, nisi aliter
tibi assignatum fuerit.*

Hel† Heloym† Heloat† Ehey† Thetragrammaton†
Adonay† Sad-y† Sabaoth† Sochet† Emanuel† Alpha†
& Omega† Pinnus, & Novissimus† Principium. & Finis
† Agyos† Ykhiros† Otheos† Achanatos† Aglat† eho-
va† Homouison† Ya† Mellias† Eserchey† Christus
vincit† Christus regnat† Christus imperat† Increatus
Pater.† Increatus Filius.† Increatus Spiritus Sanctus.
† Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deus
noster.

*Ex D. Hie-
r. numo.
tomo 3.
Epistolaris.*

*Sacerdos dicturus aliquod infra scriptorum E-
vangeliorum, semper debet ponere manus
suas super caput vexati.*

¶ *Initium S. Evangelii secundum
Joannem.*

IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deū,
& Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud
Deum. Omnia per ipsum facta sunt; & sine ipso fa-
ctum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat lux ho-
minum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eā non com-
prehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomē erat
Joannes. Hic venit in testimoniū, ut testimoniū perhi-
beret de lumine, ut omnes crederent per illū. Non erat
ille lux, sed ut testimoniū perhiberet de lumine. Erat
lux vera, quæ illuminat omnem hominē venientem in
hunc mundū. In mundo erat, & mundus per ipsam fa-
ctus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit,
& sui eū non receperunt. Quotquot autem receperunt

Cap. 1.

eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à patre plenum gratiæ, & veritatis. & Laus tibi Christe. *Deinde subiungat Exorcista.* Per Evangelica dicta extinguatur in te N. omnis virtus diabolica, & infundatur virtus divina. Amen.

Quod servandum est in fine cuiuslibet Evangelii.

Credo in Deum. *totum. Poëta dic.* Ecce Crucem domini nostri Jesu Christi, fugite partes adversæ, vicit leo de tribu Juda radix David.

¶ *Sequentia S. Evangelii secundum Joannem.*

Cap. 16.

In illo tempore dixit Jesus discipulis suis. Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Usq; modo non petiistis quicquã in nomine meo. Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. Hæc in proverbii locutus sum vobis. Venit hora cum jam non in proverbii loquar vobis, sed palam de patre meo annunciabo vobis. Illo die in nomine meo petetis, & non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia à Deo exivi, Exivi à patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Dicunt ei discipuli ejus. Ecce nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis, nunc scimus, quia scis omnia, & non est opus tibi, ut quis te interroget. In hoc credimus, quia à Deo existi.

Ecce Crucem † Domini nostri Jesu Christi, fugite partes adversæ, vicit leo de tribu Juda radix David alleluia. *Postea dicas Psalmum.* Miserere mei Deus. *totum.* Ecce Crucem † Domini, &c. *Deinde dic Psal.*

Psal. 69.

Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me festina. Confundantur, & vereantur:

vereantur: qui querunt animam meam. Avertantur
 retrorsum, & erubescant: qui volunt mihi mala. Avertantur
 statim erubescantes: qui dicunt mihi, euge, euge.
 Exultent, & latentur in te omnes qui querunt te,
 & dicant semper: magnificetur Dominus, qui diligunt
 salutare tuum. Ego verò egenus, & pauper sum: Deus
 adjuva me. Adjutor meus, & liberator meus es tu: Do-
 mine ne moreris, Gloria patri, &c. *Deinde* Ne remini-
 scaris Domine delicta nostra, vel parentum nostrorum,
 neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Postea dic sequentes Litaniarum genus flexus.

K Yrie eleison.
 Christe eleison.
 Christe audi nos.

*Ecclesia
 Romana.*

Christe exaudi nos.	
Pater de cœlis Deus.	
Fili Redemptor mundi Deus.	
Spiritus sancte Deus.	
Sancta Trinitas unus Deus.	
Sancta Maria	miserere ei.
Sancta Dei genetrix.	miserere ei.
Sancta Virgo virg.	miserere ei.
Sancte Michael.	miserere ei.
Sancte Gabriel.	ora pro eo.
Sancte Raphael.	ora.
Omnes sancti Angeli, & Archangeli.	ora.
Omnes sancti beatorum spirituum ordines.	ora.
Sancte Johan. Baptista.	orate
Sancte Joseph.	orate
Omnes sancti Patriarcharum, & Prophetarum.	ora.
Sancte Perre.	ora.
Sancte Paule.	ora.
Sancte Andrea.	ora.
Sancte Jacobe.	ora.
Sancte Joannes.	ora.
Sancte Thoma.	ora.
Sancte Philippe.	ora.
	Sancte

Sancte Jacobe.	ora.
Sancte Bartholomæe.	ora.
Sancte Matthæe.	ora.
Sancte Simon.	ora.
Sancte Thadæe.	ora.
Sancte Matthia.	ora.
Sancte Barnaba.	ora.
Sancte Luca.	ora.
Sancte Marce.	ora.
Omnes Sancti Apostoli, & Evangelistæ.	orate.
Omnes sancti discipuli Domini.	orate.
Omnes sancti innocentes.	orate.
Sancte Stephane.	ora.
Sancte Laurenti.	ora.
Sancte Vincenti.	ora.
Sancte Cypriane.	ora.
Sancti Fabiane, & Sebastiane.	orate.
Sancti Joan. & Paule.	orate.
Sancti Cosma, & Damiane.	orate.
Sancti Gervasi, & Protasi.	orate.
Omnes sancti Martyres.	orate.
Sancte Silvester.	ora.
Sancte Gregori.	ora.
Sancte Ambrosi.	ora.
Sancte Augustine.	ora.
Sancte Geminiane.	ora.
Sancte Hieronyme.	ora.
Sancte Martine.	ora.
Sancte Nicolae.	ora.
Sancte Ludovice.	ora.
Sancte Bonaventura.	ora.
Omnes sancti Pontifices, & confessores.	orate.
Omnes sancti Doctores.	orate.
Sancte Benedicte.	ora.
Sancte Francisce.	ora.
Sancte Dominice.	ora.
Sancte Antoni.	ora.
Sancte Bernardine.	ora.
	Sancte

Sancte Bernarde.	ora.
Omnes sancti Sacerdotes, & Levite.	orate.
Omnes sancti Monachi, & Eremitæ.	orate.
Sancta Anna.	ora.
Sancta Maria Magdalena.	ora.
Sancta Agnes,	ora.
Sancta Lucia.	ora.
Sancta Cæcilia.	ora.
Sancta Agatha.	ora.
Sancta Catherina.	ora.
Sancta Clara.	ora.
Sancta Hælisabet.	ora.
Sancta Anastasia.	ora.
Omnes sanctæ Virgines & Viduæ.	ora.
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei.	orate.
Propitius esto.	intercedite pro eo
Propitius esto.	parce ei domine.
Ab omni malo.	exaudi nos domine.
Ab omni peccato.	libera eum domine.
Ab ira tua.	lib.
A subitanea, & improvisa morte.	lib.
Ab insidiis diaboli.	lib.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate.	lib.
A spiritu fornicationis.	lib.
A fulgure, & tempestate.	lib.
A morte perpetua.	lib.
Per mysterium Sanctæ incarnationis tuæ.	lib.
Per adventum tuum.	lib.
Per Nativitatem tuam.	lib.
Per baptismum, & sanctum jejunium tuum.	lib.
Per Crucem, & Passionem tuam.	lib.
Per mortem, & sepulturam tuam.	lib.
Per sanctam Resurrectionem tuam.	lib.
Per admirabilem Ascensionem tuam.	lib.
Per adventum Spiritus sancti Paracliti.	lib.
In die judicii.	lib.
Peccatores.	terrog.
Ut pacem ei dones.	Ut in

Ut misericordia, & pietas tua eum custodiat. te rog.
 Ut oculos misericordiæ tuæ super eum reducere digneris. te rog.
 Ut tribulationem, & vexationem ejus intueri, & relevare digneris. te rog.
 Ut hunc famulum tuum N. benedicere, & liberare digneris. te rog.
 Ut hunc famulum tuum N. à vexatione diaboli eripere digneris. te rog.
 Ut hunc famulum tuum N. ab infestationibus dæmonum libereres. te rog.
 Ut nos exaudire digneris. te rog.
 Fili Dei. te rog.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi. parce ei Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. exau. nos Dom.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. miserere nobis.

Ecce crucem † Domini, &c.

Et sequitur ista oratio.

*Ex anti-
quis Ex-
orcismis.*

Domine Jesu Christe, qui pro redemptione mundi voluisti à Judæis reprobari, à Juda proditore osculo tradi, & à perfidis unieulis alligari; & sicut agnus mansuetus ad victimam duci, atque in conspectu Pilati indecenter offerri; & à falsis testibus accusari, clavis acutis perforari, flagellis, & opprobriis vexari conspui, & spinis coronari, colaphis cædi, & in Cruce levari, inter latrones deputari, felle, & aceto potari, lance vulnerari, Tu Domine Jesu Christe per has sanctissimas penas tuas, quas ego indignus, & miser peccator recolo, & per sanctâ Crucem tuam te deprecor, ut non respicias peccata mea, atque peccata istius creaturæ tuæ N. sed secundum magnâ misericordiâ tuâ libera eam à diabolo vexante, Et mihi indigno famulo tuo præbe virtutem, ut valeam expellere omnes dæmones eam vexantes in profundum abyssi, per tua sanctissima verba. Qui vivis, & regnas in secula seculorum. Amen. Ecce Crucem † Domini &c. Crux bona, Crux digna, lignum super omnia ligna. Per crucis † hoc signum, repellitur omne malignum. Ne mentem lædant, fantasmata cuncta recedant. Ecce Crucem † Domini, fugite partes adversæ, vicit leo de

tribu Juda radix David. Domine exaudi orationem *Psal. 102.*
 meam : & clamor meus ad te veniat. Fiant aures tuæ
 intendentes ; in vocem deprecationis meæ. Esto mihi *Ecclesia*
 Domine turris fortitudinis : à facie omnium maligno- *Romana*
 rum Spirituum. Pone eos Domine ut rotam : & sicut
 stipulam ante faciem venti.

O R A T I O.

Domine Deus omnipotens, invictæ virtutis auctor,
 & insuperabilis imperii rex, & semper magnificus
 triumphator, qui adversæ dominationis vires re-
 primis, qui hostiles nequitas potenter expugnas, qui
 omnia per tuum verbum ex nihilo condidisti, qui Lu-
 ciferum, & suos sequaces, tamquam superbos & rebel-
 les de cælo empyreo expulisti, qui in filio tuo, ima sum-
 mis reconciliasti, qui non vis mortem peccatoris, nec *Ezech. 18.*
 lætari in perditione morientium, cui proprium est mi-
 sereri semper, & parcere, miserere huic creaturæ tuæ. N.
 non ad ejus peccata, sed ad tuam benignam clementiã
 aspiciendo, & libera eam ab omnibus laqueis maligno-
 rum spirituum, quibus quotidie alligatur, & ab omni
 infestatione, & molestia ipsorum, quibus torquetur, si-
 cut liberaisti Mariam Magdalenam à septem spiritibus *Mar. 16.*
 immundis, & filiam Cananæ à vexatione dæmonis, sic
 ipsum N. nunc liberare digneris ab omnibus malignis
 spiritibus eum infestantibus, & sicut liberaisti Jonam de
 ventre Ceti, & Susannam de falso crimine, & David de
 gladio maligno, & de manib. Saul, & tres pueros de ca-
 mino ignis ardentis, & Danielē de lacu leonū, & Isaac de
 manu patris sui, & Joseph de carcere Pharaonis, ita nūc
 tua clementia liberari digneris hanc creaturam tuam
 N. sanguine filii tui redemptam, & unda baptismatis
 regeneratam, & ab omni vexatione malorum spirituum, *Luce. 9.*
 & diabolorum. Et sicut dedisti Apostolis tuis potesta-
 tem super malignos spiritus, & virtutes eorum, ipsoque
 fugandi à corporibus hominum, & curandi infirmos ;
 ita nunc mihi indigno famulo tuo, unda baptismatis re-
 generato, & tuo sanctissimo nomine consignato, con-
 cedere

cedere digneris dono tuæ gratiæ virtutem fugandi istos
malignos spiritus ab hac creatura tua N. virtute tua, &
invocatione tui sanctissimi nominis. Per Christum do-
midum nostrum. Amen. Ecce Crucem † Domini, &c.

O R A T I O.

Ex. 1. Ex-
orcismo
sancti
ambrosii.

OMnipotens sempiterne Deus, pater Domini no-
stri Jesu Christi, te supplices exoramus. ut impe-
res spiritibus istis, qui hunc famulum tuum N.
detinent ut ab eo recedant; & libera eum: quia credit
in verum liberatorem dominum nostrum Jesum Chri-
stum filium tuum Qui tecum vivit & regnat in unitate
spiritus sancti Deus. per omnia secula seculorum, Amē.
Ecce Crucem † Domini, &c.

*Hic Sacerdos surgat ab oratione, & antequam in-
cipiat adjurare demones, prius debet exor-
cizare obsessum hoc modo.*

EXORCISMUS.

EXorcizo te N. in nomine Dei Pa † tris omnipoten-
tis, in nomine Jesu † Christi, filii ejus Domini no-
stri, & in virtute Spiritus † sancti, ut sis vas mun-
dum, sanctum, & purgatum ab omni labe iniquitatis
& ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligationi-
bus, signaturis, & facturis; quæ omnia maleficia. incan-
tationes, ligaturas, signaturas, & facturas in corpore
vel circa corpus tuum sunt facta; Ego N. servus Dei in-
dignus, & peccator a stultitate mihi præstita, in nomi-
ne ejusdem Dei Pa † tris omnipotentis, & in nomine Je-
su † Christi filii ejus Domini nostri, & in virtute Spi-
ritus † sancti dissolvo, & dissoluta esse concerno; & præ-
cipio tibi maledicte diabole, ac sociis tuis, ut amplius
non habeatis potestatem manendi in hoc corpore, à plâta
pedis usque ad verticem, sed statim recedere debeatis
cum omnibus maleficiis, & incantationibus vestris.
Per eum qui venturus est judicare vivos; & mortuos, &
seculum per ignem. Amen.

O R A.

ORATIO.

Deus misericordix, Deus clemens, qui secundum multitudinem miserationum tuarum, quos diligis, corripis, & quos recipis, pie emendationem coerces. te invocamus, Domine, ut famulo tuo N, qui in corpore patitur membrorum debilitatem, gratiam tuam conferre digneris; ut quicquid terrena fragilitate corruptum, quicquid diabolica fraude violatum est, unitati corporis Ecclesie membrum redemptionis annecte. Miserere Domine gemitum, miserere lachrymarum eius, & non habentem fiduciam, nisi in misericordia tua, ad tuæ sacramentum reconciliationis admitte. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

*Ex Mallico
maleficis.
par. 2. q. 2.
cap. 6.*

*Et aspergatur aqua benedicta super
obsessum.*

EXORCISMUS,

Exorcizo te N, infirmum, sed sacro sancti baptismi unda regeneratum, per Deum vivum † Per Deum verum, † per Deum sanctum, † per Deum, qui te suo pretioso sanguine redemit, ut fias homo exorcizatus, ut effugiat, atq; discedat omnis phantasia, & nequitia diabolicæ fraudis, omnisq; spiritus immundus adjuratus. Per eum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & c.

*Ex Mallico
ubi supra.*

ORATIO.

Deus qui facturæ tuæ semper pio dominaris affectu, inclina aurem tuam supplicationibus nostris, & famulum tuum N, ex adversa valetudine corporis laborantem placatus respice, & visita, & salutis tuæ, & cœlestis gratiæ præsta ei medicinam. Per Christum Dominum nostrum,

Amen.

Et aspergatur

Et aspergatur aqua benedicta super obsessum. Postea cum magna fide, & spe incipiat Exorcista adjurare demones existentes in corpore obsessi, dicens.

ADJURATIO.

Audi immunde spiritus diabole; ammonco te, & exorcizo † te atq; tibi præcipio tentator, vane, insensate, false, hæretice, vacue, inimice, ebriose, futuro, insipiens, dejecte de gratia Dei, & Christi. Per ipsum te exorcizo, † qui propter nos in terram descendit, & qui ab Angelo fuit nominatus, & à Spiritu sancto incarnatus, ex Virg. Mariae natus, crevit ætate sapientias in duodecimo anno venit in Templum, & sedens in medio Doctorum, sapienter interrogabat illos. Adjuro te † per illum, qui à Jo. Baptista in Jordano flumine baptizatus fuit & à diabolo tentatus, venundatus, & traditus à discipulo suo Juda, captus, illusus, flagellatus, cibatus felle, potatus aceto, vinctus, & spinis coronatus, vestibus expoliatus, super cujus vestes sortem miserunt. Conjuro te † per illum, qui crucifixus, mortuus & sepultus fuit, & tertia die resurrexit à mortuis ascendit in coelum, sedet ad dexteram Dei Patris, inde venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem, ut statim exeas, & fugias de vase isto, & plasma te Dei; & nec me, neque astantes offendas, & sine læsione ipsius. Exorcizo te. † per ipsum, quem Gabriel Angelus nunciavit in utero B. Mariæ Virg. venturum, & Helisabeth Joannes salutavit, & per ipsum te conjuro, ut de quacunque re te interrogavero, dicas, & indices mihi verum, quomodo vocatur magister tuus, & quomodo vocaris; & si in corpore isto es, vel extra corpus, aut si solus es, vel legio tecum, vel plures legiones.

Hic Exorcista interrogare poterit quod est nomen demonis obsidentis: quot socios habeat: quomodo vocatur magister ejus: sub qua potestate demorum

Ex Symbolo Apostolorum.

Ibidem.

Lucæ. i.

monum sit: quae de causa opprimit obsessum: si aliquo maleficio sit ibi ligatus: quomodo illud possit solvi: quantum tempus ibi habitavit: per quem sanctum debet exire: per quam personam: deinde qui magis sint sui inimici in caelo, & qui in inferno: quod signum dabit in exitu suo. Postea praecipe illi: ut non noceat patienti, & quod de cetero non audeat reverti ad eum, neque inducat malum tempus. Sed esto prudens, & circumspectus in interrogationibus, ne decipiaris. Magis enim stude cum humilitate mentis, quae ad hoc est necessaria, liberare creaturam Dei, quam loqui cum demonibus. Demum factis interrogationibus, si non recesserit, sive responderit, sive non, prosequere hanc conjurationem.

CONJURATIO.

TU Ergo homicida, reprobe: fili perditionis, per ipsum te † conjuro, *Mat. 2.* cujus signum apparuit in caelis, quem pastores viderunt, & Magi adoraverunt, quem Angeli, & Archangeli collaudant, ut statim ex eas de vase isto, & plasmate Christi: & pergas in profundum maris, vel in arbores steriles, vel ad loca deserta, ubi non sit habitatio Christianorum: vel accessus hominum, & ubi te incendant fulgura de caelo, S. Trinitas, *Luca 2.* Pater, Filius, & Spiritus sanctus, vera majestas Dei, coerceat te statim exire. Adjuro te † inique daemon, per ipsum, *Ibidem.* cujus nomen est Jesus Nazarenus, ut foras ex eas audito verbo Domini ab hoc famulo Dei. Per ipsum te conjuro, † cujus ortum S. Angeli collaudantes cantaverunt dicentes. Gloria in excelsis Deo. Magi ab Oriente venientes, aurum, thus, & mirram offerentes adoraverunt, sicut praedictum erat. Conjuro te † per ipsum, *Num. 24.* in cujus ortu stella de caelo apparuit, sicut Bala-

am pro-

- Mat. 2.* am prophetizavit, dicens. Orietur stella ex Jacob. Et per ipsum, quem animalia muta cognoverunt; sicut scriptum est. Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Conjuro te † per ipsum, quem Herodes interficere voluit, & non potuit; pro quo sancti Martyres Innocentes interfecti sunt; de quorum sanguine ornata est sancta Hierusalem in celo. Per illum te adjuro, † qui cum matre sua in Ægyptum fugit; & qui in Cana Galileæ aquam convertit in vinum; quem Pilatus spinea corona coronavit & crucifixit, quem Longinus lancea transfixit; & qui in Cruce clamavit Hely Hely Lama azabarani Conjuro te † per ipsum, qui in templo inventus est in medio Doctorum: in Cruce in medio latronum in medio aëris: & post resurrectione mansit in medio discipulorū, Dicens, Pax vobis, ego sum, nolite timere. Adjuro te † per ipsum, qui mortuus fuit, & sepultus: qui ad inferna descendit, & suos à diabolo detentos extraxit: & primum hominem liberavit: & tertia die resurrexit: & post quadraginta dies ad coelos ascendit, Ipse te ejiciat, & exire coerceat de corpore, & de compaginibus membrorum istius creaturæ Dei N. qui te ejecit de statu cœli: ille te coerceat indicare mihi nomen magistri tui, & si tu es solus, vel aliqua legio tecum. Adjuro te † per illum; qui condidit paradysum, à quo ex-cussit quatuor flumina, scilicet Gyon, Physon, Tigris, & Eufraten, & quem tentare voluisti dicendo: Si filius Dei es, mitte te deorsū: & ostendendo ei omnia regna mundi dixisti: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. Per ipsum te † conjuro, qui locutus est ad te dicens. Vade Satana, non tentabis Dominum Deum tuum, sed ipsum adorabis, & illi soli servies.
- Lucæ, 2.*
- Symbolum Apost.*
- Gen. 2.*
- Mat. 4.*

CONJURATIO.

Hier. 10,

O Inique dæmon, & serpens antique, conjuro te † per nomen Dei sanctissimum, magnū, & fortissimum, quod explicare nequeunt oēs linguæ viventiū, nec mens, nec sensus hominū, quod est Tetragrammaton.

ton. Adjuro te \dagger dæmon per nomen Dei Alpha & Omega; Jesu nostra redemptio: vita, & resurrectio; salus nostra defensio: & criminum remissio. Adjuro te \dagger dæmon per nomen Dei Adonay, quod est magnum, & admirabile, Creator ineffabilis, filius Dei admirabilis, via inaccessibilis: spiritus invisibilis: splendor inextinguibilis; trinus inseparabilis: unus invisibilis, ut per hæc sancta nomina tu dæmon ex eas foras statim absque ulla offensione; & terrore plasmatis Dei, & sine læsione alicujus personæ: & nullum signum in ea dimittas. Adjuro te \dagger dæmon per Patrem, Filium, & Spiritum sanctam & per spiritualē unctionem illius, qui est trinus, & unus Deus. Iterum conjuro te \dagger dæmon per illam, quæ Christum lactavit, & in suo utero portavit illum. qui fecit eam: ut in hac creatura Dei N. ulterius morandi non habeas potestatem. Conjuro te \dagger dæmon per S. Michaelē Archangelum, qui de cælo ejecit per virtutem Dei, quando cum dracone pugnavit, & devicit eum: ut dimittas hunc locum, in quo nunc es, & vadas ad locum desertum, vel in profundum abyssi, ubi nemini nocere valeas. Conjuro te \dagger dæmon per sanctum Gabrielem Archangelum, qui nuntiavit B. Mariæ Virgini adventum Domini nostri Jesu Christi, & incarnationem ejus, quando dixit, Ave Maria gratia plena Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, ut audito verbo, festinenter recedas sine terrore alicujus personæ ab hac creatura Dei N. Conjuro te \dagger dæmon per S. Raphaelē, qui Tobiam, & Saram custodivit, & à dæmonio eos liberavit; qui per virtutem Dei Asmodem dæmonem taliter ligavit, quod nullo modo eis nocere potuit, ut statim ab hac creatura Dei N. recedas, non rediturus; & ei nequaquam deinceps nocere valeas. Conjuro te \dagger dæmon per omnes sanctos Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin, qui quotidie non cessant clamare una voce dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus Sabaoth.

*Apoc. 1.**Judic. 13.**Exodi 6.**Ecclesia in officio Nativitatis Christi. Apoc. 12.**Luc. 1.**Tob. 6.*

FLAG. DÆMONUM
CONJURATIO.

Iterum conjuro te † maledicte dæmon per omnes
 orationes Patriarcharum, & merita Prophetarum,
 & suffragia Apostolorum, & victoriam Martyrum, &
 per fidem Confessorum, & deprecationes Virginum, &
 per intercessionem omnium Sanctorum, & Sanctarum
 Dei, qui Deo placuerunt ab initio mundi, ut statim ab
 hac creatura Dei N. exeas, & recedas. Iterum conjuro
 te † dæmon, per sanctum Abel, qui inter Martyres fuit
 primus, Per sanctum Enoch, qui ambulavit coram Deo,
 & translatus est de mundo. Et per sanctum Noe, qui re-
 servatus est in diluvio propter justitiam. Per fidem Ab-
 rahæ, qui credidit Deo, & cui reputata est fides ad iusti-
 tiam. Per sanctum Isaac, qui fuit obediens patri usq; ad
 mortem, qui fuit figura Domini nostri Jesu Christi ob-
 lati pro salute mundi. Et per scilicet Jacob, qui vidit An-
 gelum Domini venientem in adiutorium sibi. Iterum cō-
 juro te † dæmon per sanctum Moysen; cum quo locutus
 est Dominus facie ad faciem. Et per sanctos Prophetas,
 Amos, Micheam, Oseam, Johelem, Abdiam, Abacuch,
 Jonā, Sophoniā, Ageum, Zachariam, Malachiam, Esdrā,
 Jeremiam, Isaiam, Ezechielem David, & per omnes san-
 ctos alios Prophetas te conjuro, † ut de quacunque re te
 interrogavero, mihi puram veritatem dicas sine mora,
 & quicquid præcipiam, nullo modo recusare valeas.
 Conjuro te † dæmon per Micheam Prophetam qui di-
 xit, quod Dominus debebat nasci in Bethleem, terra Juda
 prophetizando hoc modo. Et tu Bethleem, terra Juda,
 non eris minima ex principibus Juda; ex te enim egre-
 dietur dominator Israel; egressus enim ejus ab initio, &
 à diebus æternitatis. Conjuro te † per sanctum Johelem
 prophetam, qui prædixit debere obscurari Solem, & Lu-
 nā in passione, & morte Christi dicens. Sol converteretur
 in tenebras, & Luna in sanguinem. Iterum conjuro te †
 per scilicet Jacob, qui prophetauit de morte Christi di-
 cens. In concilium eorum non veniat anima mea, & in cœ-
 tu eorum non sit gloria mea; quia in furore suo occide-
 runt

*Gen. 4.**Gen. 15.**Gen. 32.**Exodi. 33.**Michee 5.**Johelis 2.**Gen. 49.*

runt virum. Conjuro te † per sanctum Zachariam Pro- *Zach. 3.*
 phetam, qui prophetavit de tentatione Christi dicens.
 Vidi Jesum Sacerdotem magnum, & Sathan stabat à
 dextris ejus, & dixit: Increpet in te Dominus, diabole,
 qui elegit Hierusalem. Conjuro te † per sanctum Da-
 vid Prophetam, qui dixit, quòd Christus prodendus e- *Psal. 119.*
 rat à discipulo suo Juda hoc modo. Etenim homo pacis
 meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnifi-
 cavit super me supplantationem. Iterum conjuro te †
 per sanctum Zachariã, qui prophetavit, quod Christus e- *Zach. 11.*
 rat vendendus, dicens. Et acceperunt triginta argenteos,
 pretium appretiati, quem appretiaverunt à filiis Israel,
 & dederunt eos in agrum figuli. Conjuro te † dæmon
 per beatum Isaiam Prophetam, qui prophetavit, quòd
 Christus erat venturus dicens, Veni domine, & noli tar- *Esa. 71.*
 dare, relaxa facinora plebi tuæ Israel. Et iterum. Ecce
 Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen e-
 jus Emanuel. Iterum conjuro te † per beatum Esaiam,
 qui prophetavit, dicens. Veniet rex tuus Syon humilis,
 & restaurabit te, Conjuro te † per Sanctum Aabacuch Pro- *Dan. 14.*
 phetam, qui per Angelum Domini deportatus fuit de
 regno ad regnum usque Babylonem; & positus fuit su-
 per lacum leonum, ubi erat Daniel. Iterum conjuro te
 † per Sanctum Jonam Prophetam, qui per tres dies in
 ventre Ceti mansit vivus; & postea in Ninive Civitate
 magna permanfit, & prædicavit. Iterum conjuro te †
 per beatum Heliam Prophetam, qui levatus fuit in cur- *4. Reg. 2.*
 ru igneo usq; ad cœlum, qui oravit, ut non plueret super
 terram per annos tres, & menses sex; & iterum oravit,
 ut plueret & pluit, & terra dedit fructum suum. Iterum
 conjuro te † per sanctum David Prophetam, quem De- *Psal 77.*
 us regem elegit, & de post fortantes accepit eum, Ite-
 rum conjuro te † per electum Danielem, qui somnia
 Regis explicavit, & Bel interfecit, & de lacu leonum
 liberatus est. Conjuro te † per sanctum Malachiam Pro- *Malac. 3.*
 phetam; qui prophetavit de adventu Christi ad judici-
 um hoc modo. Ego accedam ad vos in iudicio, & ero
 testis vobis velocibus, & adulteris, & perjuris, & qui calu-

Dan 3.

mniant mercedem mercenarii; & humiliant viduam, & pupillos; & opprimunt peregrinum; nec timuerunt me, & tu maledicte, damnate ex illis es. Conjuro te † per tres pueros de camino ignis ardentis liberatos, scilicet Sidrac, Misac, & Abdenago. Et per sanctum Joannem Baptistam, quo nemo major inter natos mulierum surrexit. Conjuro te † daemone per duodecim Apostolos Domini nostri Jesu Christi; & per omnes sanctos suos discipulos; & per beatum Petrum principem Apostolorum; ut de hoc famulo Dei N. statim exire debeas: & omnia membra sui corporis sana dimittas, sicut invenisti, quando prius in eum intraisti; & de quacunque re interrogatus fueris per me, statim veritatē dicere festines sine aliqua dubitatione, & te manifestare mihi in omnibus interrogationibus; deinde per merita Sanctorum, & Sanctarum Dei ad præceptum meum ab hoc famulo Dei penitus & sine more recedas: nullum ei dolorem inferendo, nec aliquid nocendum ei faciendo, nec alicui persocæ, sed sine terrore vadas in profundū abyssi. non rediturus usque in diem judicii. Amen. Ecce Crucem † Domini fugite partes adversæ, vicit leo de tribu Juda radix David.

Hic interrogat de exitu, sicut supra dictum est: postea sequere hoc modo.

*Ex conu-
rationibus
Sancti
Ambrosii.*

Gen. 1.

ADjuro te † serpens antique per judicem vivorum, & mortuorum; per factorem mundi: per eum, qui habet potestatem mitte te in gehennam, ut ab hoc famulo Dei N. qui ad Ecclesiæ suæ currit præsidium, festinus discedas. Adjuro te † non per meam infirmitatem, sed per virtutem Spiritus sancti, ut ex eas ab hoc famulo Dei, N. quem Dominus noster Jesus Christus fecit ad imaginem, & similitudinem suam Cede, cede non mihi, sed ministro Christi. Illius enim te urgeat potestas, † qui te (affixus Cruci) suo subjugavit imperio. Illius brachium † contremisce, qui de cunctis gemitibus inferni animas justorum ad lucem perduxit. Sitque tibi terror corpus hominis, sitque tibi terror imago

imago Dei; nec resistas, nec moreris discedere ab homine isto, quia complacuit Deo, ut in homine habitaret. Et ne me infirmissimum contemnendum putes, dū me peccatorem esse cognoscis. Imperat tibi Deus. † Imperat tibi majestas Christi. † Imperat tibi Deus Pater. † Imperat tibi Filius † Imperat tibi spiritus sanctus. † Imperat tibi fides Apostolorum Petri, & Pauli, & cæterorum Apostolorum. † Imperat tibi sanguis Martyrum. † Imperat tibi sacramentum Crucis. Imperat tibi mysterium virtus. † Imperat tibi Jesus Nazarenus. † Imperat tibi verbum caro factum. † Exi ergo transgressor, exi seductor, plene omni dolo, & fallacia, veritatis inimice. Da locum durissime, impiissime, da locum Christo, in quo nihil invenisti de operibus tuis nefandis, qui te expoliavit, qui regnum tuum destruxit, qui te victum ligavit, & vasa tua dirupit, qui te projecit in tenebras exteriores ubi tibi cum ministris tuis erit præparatus interitus. Sed quid truculente recogitas? quid temerariè retractas? Reus omnipotenti Deo, cujus statuta transgressus es. Reus Jesu Christo filio ejus, quem temerariè ausus es tentare, & crucifigere præsumpsisti. Reus humano generi, cui tuis persuasionibus mortis fructum propinasti. Adjuro te † itaque draconequissime in nomine agni immaculati, qui ambulat super aspidem, & basiliscum, qui conculcat leonem, & draconem, ut discedas ab homine isto; Discedas ab Ecclesia Dei; contremisce, & fuge, invocato nomine illius, quem inferi tremunt; cui virtutes cælorum, & potestates subjectæ sunt; quem Cherubin, & Seraphin indefessis vocibus laudant, dicentes. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Imperat tibi Jesus Nazarenus, qui te, cum discipulos ejus contemneres, elisum, & prostratum exire jussit ex homine; quo præsentem, cum te ab homine separasset, nec porcorum gregem præsumebas contingere. Recede ergo nūc adjuratus in nomine ejus † ab homine isto quem ipse plasnavit. Durum est tibi Christo velle resistere; durum est tibi contra stimulum calcitrare; quia quanto

*Coloss. c. 2.**Mat. 5**Esai. 14.**Psal. 90.*

taudius exis, tantò majus tibi supplicium crescit: quis non hominem contemnis, sed illum, qui est dominator vivorum. & mortuorum. Qui venturus est judicare vivos & mortuos, & seculum per ignem.

CONJURATIO.

Ioan. 14.

*Ecclesia in
prafatione
S. Crucis.*

Iterum, atque iterum conjuro te † dæmon per illum, qui dedit potestatem discipulis suis, ut cæcos illuminarent: leprosos mundarent: mortuos suscitarent: & omnes infirmitates curarent. Per illum te conjuro, † qui primum hominem per lignum sanctę Crucis restitavit: qui cæco nato oculos aperuit: qui Lazarum mortuum, & sepultum suscitavit quatrIduanum, & ad superna revocavit: & omnes morbos sua virtute curavit: quia exanimavit magica figmenta Jannes, & Mambres. Et per hunc Exorcismum, & per omnes alias conjurationes, & omnia sancta verba, & officia, quę celebrantur per universum orbem: per hæc omnia præcipio tibi ubicunq; sis, vel fueris, ut statim, sicut fumus vaneſcas, & vadas ad desertum locum, vel in profundum abyſſi, ita quòd nunquam alicui noceas, non rediturus.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus
† sancti. Amen.

Explicit primus Exorcismus.

EXOR.

EXORCISMUS II.

ADVERSUS DÆMONES

obsidentes corpora humana.



Nomine Patris, & Filii, & Spiritus
 sancti, Amen. Exurgat Deus, & dissi-
 pentur inimici ejus. & fugiant qui ode-
 runt eum à facie ejus. Sicut deficit fu-
 mus, deficient: sicut fluit cera à facie
 ignis, sic pereant omnes dæmones à fa-
 cie nostra.

*Symbolum
 Athanasii*

*Hic Exorcista ostendat Crucem demoni-
 aco, & dicat.*

Ecce Crucem † Domini nostri Jesu Christi, fugite
 partes adversæ. quia Christus vult vos persequi. In-
 creatus Pater, † Increatus Filius, † Increatus Spi-
 ritus sanctus, † vicit leo de tribu Juda radix David. Sal-
 ve Crux sancta, qua dantur munera tanta. Fac tua me
 velle, quæ sunt nobis noxia pelle, Da mihi virtutem,
 veniam, pacemq; salutem. Spes mihi viventi, protectio
 sis morienti. Ecce Crucem Domini nostri Jesu Christi,
 fugite partes adversæ, quia Christus vult vos persequi.
 Per Crucis hoc signum pellet Deus omne malignum.
 Mentem ne lædant, phantasmata cuncta recedant. Crux
 bona, Crux digna, lignum super omnia ligna, Crux via
 virtutis, Crux via veræ salutis, Crux virtus hominum,
 Crux levat ad Dominum.

Hic Exorcista genuflexus dicat.

Omnipotens Domine cœli, terræque creator, Jesu *Gen. 1.*
 Christe rex regum, summa potestas, omniaque
 juste moderans moderamine sancto. De cœlis ve-
 niens natus de Virgine sacra. Panditur in terris manus
 omnipotentis Olympi. Postquam mille modis mira-
 cula sancta dedisti. In Cruce confixus salvasti sanguine *Mar. 16.*
 mundum.

mundum. Unde tuis famulis donasti forte trophæum
dæmoniacas fraudes per quod constringere possint. Te
rogo Christe Deus humanæ gentis amator. Ut dæmonis
hujus tu pādas cuncta nefanda. Et propriis dans promat
sua facta maligna. Per quam cicatricis promat sua tetra
venena.

Quod videat populi, te laudent semper in ævum.
Te que promant omnes cœli, terræq; factorem.
Qui cum Patre Deus regnas cum flamine sacro.

*Hic Exorcista surgat, & invehendo contra
demonem dicat.*

PESSEME tu dæmon, animarum magne seductor.
Tu Deus existe malis eximia spondens. Hic finis tibi e-
rit, Dominus nec ultra voceris. Sed deceptus eris, & de-
ridendus ubique videris.

CONJURATIO.

CONjuro ergo te dæmon, per Deum † vivum, in
virtute Spiritus sancti: & per illū q te creavit, & de
cœlo præcipitavit, & per tremendum diem Judi-
cii: & per ineffabile nomen Domini: ut dicas mihi qui
es tu, & quomodo vocaris. Et per ista sancta nomina
Dei, ad præceptum meum, ab hac creatura Dei N. sine
mora recedas: nullum ei dolorem inferendo: nec ali-
quod nocumentum faciendo, statim, & sine læsione ali-
cujus personæ. Hel † Heloym † Adonay † Saday † Sother
† Emanuel † Thetragrammaton † Alpha † & Omega
† Principium & Finis † Agios † Yschiros † Othcos †
Athanasos † Agla † Jehova † Homouision † Ya † Jesus
† Christus † Messias † Eloa † Ehey. † Iterum con-
juro te † dæmon per Deum vivum, † per Deum ve-
rum, † per Deum Sanctum, † per Pa † trem, per Fi † li-
um, & per Spiritum † sanctum: per beatam Virginem
Mariam: per totam cœlestem curiam, & per omnia,
quibus in nomine Jesu potes cogi, & constringi: ut su-
bito manifestes te maligne spiritus, & respondeas mihi
de quacunq; re te interrogavero.

*Dicitur Hie-
ronymus.*

Hic

Hic Exorcista poterit interrogare dæmonem existentem in corpore, ipsum arctando ad dicendam veritatem de omnibus concernentibus ad liberationem vexati. Postea dicat sequentia Evangelii.

¶ Initium S. Evangelii secundum Joannem.

In principio erat verbum. *Quare supra fol. 334.*

¶ Sequentia S. Evangelii secundum Marcum.

In illo tempore. Recumbentibus undecim discipulis: *Cap. 16.*

Iapparuit illis Jesus: & exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis: quia his, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum univcrsum, prædicare Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eicient. Linguis loquentur novis. Serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super agros manus imponent, & bene habebunt. Et dominus quidem Jesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, Et sedet à dextris Dei. Illi autem profecti prædicaverunt ubique domino cooperante & sermone confirmante, sequentibus signis.
℞. Laus tibi Christe.

¶ Sequentia S. Evangelii secundum
Lucam.

In illo tempore. Erat Jesus eiciens dæmonium, & *Cap. 11.*

Illud erat mutum, Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus: & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt. In Beelzebub principe dæmoniorum eiecit dæmonia. Et alii tentantes, signum de cælo quærebant ab eo. Ipse autem, ut vidit cogitationes eorum, dixit. Omne regnum in seipsum divisum desolabitur: & domus supra domum cadet. Si autem & Sathanas in se ipsum divisus est: quomodo stabit regnū ipsius, quæ dicitis in Beelzebub eicere me dæmonia? Si autem

ego

ego in Belzebul ejicio dæmonia, filii vestri in quo ejiciunt? Ideò ipsi judices vestri erunt. Porro si in digito Dei ejicio dæmonia, profecto pervenit in vos regnum Dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Si autem fortior illo superveniens vicerit eum, universa arma ejus auferet, in quibus confidebat, & spolia ejus distribuet. Qui non est mecum, adversum me est. Et qui non colligit mecum, dispergit. Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem, & non inveniens dicit. Revertar in domum meam, unde exivi. Et cum venerit, invenit eam scopis mundatam, & ornata. Et tunc vadit, & assumit secum septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiunt novissima hominis illius pejora prioribus. Factum est autem cum hoc diceret, extollens vocem quadam mulier de turba dixit illi. Beatus venter, qui te portavit, & ubera quæ suxisti. At ille dixit. Quinimo, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Laus tibi Christe.

¶ *Sequentia S. Evangelii secundum
Matthæum.*

Cap. 4o

In illo tempore. Ductus est Jesus in desertum à spiritu, ut tentaretur à diabolo. Et cum jejunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator dixit ei. Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scriptum est. Non in solo pane vivit homo: sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem: & statuit eum supra pinnaculum Templi, & dixit ei. Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, Quia Angelis suis mandavit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Jesus, rursus scriptum est. Non tentabis dominum Deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit illi,

illi. Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.
Tunc dixit ei Jesus, Vade Satana. Scriptum est enim.
Dominum Deum tuum adorabis: & illi soli servies.
Tunc reliquit eum diabolus: & ecce Angeli accesserunt,
& ministrabant ei. R. Laus tibi Christe.

¶ Sequentia S. Evangelii secundum
Lucam.

IN illo tempore. Dicebat Jesus turbis similitudinem
hanc. Arborem ficu habebat quidam plantatam in
vineâ sua: & venit quærens fructum in illa, & non in-
venit. Dixit autem ad cultorem vineæ. Ecce anni tres
sunt, ex quo venio, quærens fructum in ficulnea hac,
& non invenio: succide ergo illam, ut quid etiam ter-
ram occupat? At ille respondens dixit illi. Domine
dimitte illam & hoc anno, usque dum fodiam circa il-
lam, & mittam stercorea. Et si quidem fecerit fructum:
sin autem nō, in futuro succides eam. Erat autē docens in
Synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier, quæ habebat
spiritum infirmitatis annis decem, & octo: & erat incli-
nata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum
videret Jesus, vocavit eam ad se, & ait illi. Mulier dimis-
sa es ab infirmitate tua, Et imposuit illi manus: & con-
fessum erecta est, & glorificabat Deum. Respondens
autem Archisynagogus indignans, quia sabbato curas-
set Jesus, dicebat turbæ. Sex dies sūt, in quibus oportet
operari, in his ergo venite, & curamini, & non in die sab-
bati. Respondens autem ad illum Dominus dixit. Hi-
pocritæ, unusquisq; vestrū sabbato non solvit bovem su-
um, aut asinum à præsepio, & ducit ad aquare? Hanc au-
tem filiam Abraham, quam alligavit, Satanas ecce decem
& octo annis, non oportuit solvi à vinculo isto die sabba-
ti? Et cum hoc diceret, erubescabant omnes adversarii
ejus, & omnis populus gaudebat in universis, quæ glori-
ose fiebant ab eo. R. Laus tibi Christe.

Cap. 13.

¶ Sequentia S. Evangelii secundum Lucam.

IN illo tempore. Surgens Jesus de Synagoga introi-
vit in domum Simonis. Socrus autem Simonis
tenebatur

Cap. 4.

tenebatur magnis febribus. Et rogaverunt illum pro ea. Et stans super illam imperavit febrim, & dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. Cum Sol autem occidisset, omnes, qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad Jesum. At ille singulis manus imponens curabat eos. Exibant autem dæmonia à multis clamantia, & dicentia: quia tu es filius Dei. Et increpans, non sinebat ea loqui: qui sciebant ipsum esse Christum. Facta autem die egressus ibat in desertum locū: & turbæ requirebant eum, & venerunt usque ad ipsum, & detinebāt illum, ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia & aliis civitatibus oportet me evangelizare regnū Dei: quia idēo missus sum. Et erat prædicans in synagogis Galilææ. *R.* Laus tibi Christe.

¶ *Sequentia S. Evangelii secundum Marcum.*

Cap. 9.

In illo tempore. Respondens unus de turba dixit ad Jesum. Magister, attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum: qui, ubicunq; eum apprehenderit: allidit eum, & spumat, & stridet dentibus, & ardescit: & dixi discipulis tuis, ut ejicerent illum, & non potuerunt. Qui respondens eis, dixit. O generatio incredula, quando apud vos ero? quando vos pariat? afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidisset illum, statim spiritus conturbavit eum: & elisus in terram volubatur spumans. Et interrogavit patrem ejus. Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia, & frequenter eum in ignem, & in aquam misit, ut eum perderet. Sed si quid potes, adjuva nos, misertus nostri. Jesus autem ait illi. Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri cum lachrymis agebat. Credo Domine: adjuva incredulitatē meam. Et cum videret Jesus concurrentem turbā, comminatus est spiritui immundo, dicens illi. Surde, & mute spiritus, ego precipio tibi, exi ab eo, & amplius non introcas in eum. Et exclamans, & multū discernens eum, exivit ab eo, & factus est sicut mortuus: ita ut multi

multi dicerent: quia mortuus est. Jesus autem tenens manum ejus elevavit eum, & surrexit. Et cum introisset in domum, discipuli ejus secretò interrogabunt eum. Quare non potuimus ejicere illum? Et dixit illis, Hoc genus dæmoniorum in nullo potest exire, nisi in oratione, & jejunio. R. Laus tibi Christe.

CONJURATIO.

Exorcizo te † immunde spiritus, tentator diabole, inimice, ebriose, luxuriose, insipiens, dejecte de gratia Dei, & Christi: per ipsum te exorcizo, & adjuro, qui propter nos in terram descendit, & incarnatus est de spiritu sancto, & ex Maria virgine natus; ut statim, & sine mora exeas, & fugias de vase isto, & plasmate Dei sine læsione ipsius N. vel alicujus personæ. Per ipsum te exorcizo, † quem Gabriel Angelus in utero Virginis Mariæ annunciavit. Per ipsum te exorcizo, † quem in utero Virginis Mariæ ex utero Helisabeth Joannes salutavit. Per ipsum te exorcizo, adjuro, & constringo: ut si in corpore isto es, mecum loquaris, & indices mihi, quo modo vocetur magister tuus. Per ipsum te conjuro † decepte, homicida, fili perditionis: cujus signum apparuit in cœlis; quem pastores viderunt: & adoraverunt; quem Angeli, & Archangeli collaudant, ipse te projiciat de vase isto, & imagine Christi, & mittat in profundum maris, vel in locum desertum, ubi nulla est habitatio hominum, & ubi incendat te de cœlo sancta Trinitas Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Conjuro te † per ipsum, cujus nomen est Jesus Nazarenus: quem Herodes Rex interficere voluit, & non potuit: pro quo interfecti sunt sancti Martyres Innocentes: de cujus sanguine ornata est sancta Hierusalem in cœlo. Per ipsum te conjuro, † exorcizo, † & constringo, qui cum matre fugit in Ægyptum. Adjuro te per coronam Christi. Per ipsum te exorcizo, † & adjuro, qui in Cana Galilææ aquam convertit in vinum; quem Pilatus crucifixit; Longinus lancea transfixit; qui clamavit in Cruce, Hely Hely Lama azabatani; & qui ad inferna, descendit, & suos

*Symbolum
Apost.*

Luc. 1.

Mat. 2.

Mat. 2.

Joan. 2.

Gen. 2.

& suos à diabolo oppressos extraxit; tertia die resurrexit & post quadraginta dies ad cælos ascendit; & q̄ liberavit primum hominem Adam, ipse te expellat, hæretice, false, homicida, decepte, sine Jesu Christo, sine Cruce Christi. Per ipsum te † exorcizo, adjuro, qui ex paradiso excussit quatuor flumina p̄cipalia, scilicet Gyon, Phison, Tygrin, & Eufraten; ut non habeas auctoritatem, aut potestatem, tacendi nomen tuum; sed statim dicas mihi, qui es tu, aut cujus magisterii, quia servus, & minister Christi sum.

Hic Exorcista querat de nomine demonis, & superiorum: de recessu: quare opprimunt: & de omnibus aliis pertinentibus ad liberationem obfessi. Postea sic sequatur.

CONJURATIO.

Ex antiquis consuetudinibus.

Isaia 14.

*Ibidem.
Iuda cap.
unico.*

Audi igitur malignissime dæmon, audi creaturam damnatam, reprobam, & maledictam à Deo; audi, inquam, superbiam, tuam. Deum qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui; qui te ob superbiam tuam æternis ignibus cum principe tuo Satana, & aliis dæmonibus mancipavit. In cujus Dei, & Creatoris omnium virtute, & potestate, non meis meritis, aut virtute confisus, maledicte diabole & Satana immundissime, ac spurcissime spiritus, qui propter perveritatem electionis tuæ, qua contempto, & derelicto domicilio omnipotentis Domini Dei nostri, qui trinus, & unus Deus exat ante secula, qui est causa subsistendi omni creaturæ, ita quod in ictu oculi mundus stare non posset, si ejus regimen subtraheret: elegisti contradicere, & noluisti te ordinare, & convertere ad ipsum, neque ei fideliter obedire, quemadmodum fecerunt illi beatissimi spiritus, qui plena ejus foelicitate perficiuntur. Sed ordine perverso superbiæ, & invidiæ in te complacuisti; & in te, & in excæcatis angelis sortem tuam posuisti; propter quam immunditiam electionis tuæ, projectus

jectus de cæli fastigio, in hunc caliginosum aerem detractus, præcipitand^o est in die tremendi iudicii in abyssum, & baratrum inferni, ubi cruciaberis die, ac nocte, & fumus tormentorum tuorum ascendet in secula seculorum. Exorcizo, & anathematizo te † sive unus sis, sive plures, ut dicas mihi, quomodocunque in hunc famulum Dei N. consignatum, & initiatum divinis misteris temerè ingredi præsumpsisti, sive in cibo, vel in potu, vel in quacunque malefica superstitione, vel præstigiis quomodocunque super hunc famulum Dei factis. Quæ quidem præstigia, & maleficia omnia, & singula, virtute, & potestate invictissimi Regis omnium Domini, & Salvatoris nostri Jesu Christi, qui in hunc mundum apparuit, ut dissolveret opera Satanzæ, dissolve, & dissoluta esse decerno. Et sicut per beatos Apostolos sanctos Petrum, & Paulum patres nostros dissolvit omnia maleficia, & præstigia facta per illud membrum tuum Symonem Magum; & sicut per beatum Bartholomæum Apostolum sanabat omnes sauciatos à dæmonio inhabitante idolum Astaroth. Et per sanctum prophetam Moysen quæ deregebat præstigia magorum Ægyptiorum Jannes, Mambres in digito omnipotentis Dei: & nunc in eodem digito Dei, scilicet Spiritus sancti, qui ex patre, filioque ejus procedit, dissolvimus omnes sortilegas artes, & præstigia super hunc famulum suum N. atrocitate invidiæ tuæ, qua maligne & immunde spiritus insidiaris humanæ saluti secundum impiam voluntatem tuam: sive justa dispensatione omnipotentis domini Dei nostri: sive etiam exigentibus peccatis suis, vel parentum suorum; intra quæ interpono copiosam redemptionem præciosissimi sanguinis Domini nostri Jesu Christi, qui dilexit nos, & lavit nos, à peccatis nostris in sanguine suo. Qui in hunc mundum veniens, principem vestrum vicit, non solum potentia, sed precio sanguinis sui preciosissimi; & ipsum superbum alligavit, vasa ejus dirupit, spolians principatus, & potestates, nos de potestate vestra justè, & potenter eripuit. Et ipse benedictus Deus, & dominus noster,

Act. 8.

Exo. 7.

Apo. 2.

Mar. 16.

& caput nostrum ascendens in cœlum dedit potestatem discipulis, & fidelibus suis vos eijciendi de corporibus hominum dicens: In nomine meo dæmonia eijcient. Et alibi duodecim Apostolis, & discipulis dixit, Dedi vobis virtutē, & potestatem supra omnia dæmonia, & virtutem inimici: de quorum numero nos indignos esse voluit. Nam per ministerium nostrum in mensa altaris transubstantiat substantiam panis, & vini in corpus, & sanguinem suum. In hac ergo virtute, & potestate mihi præstita ab omnipotenti Deo, & domino nostro Jesu Christo, te convenio immunde spiritus, sive unus, sive plures, quomodocunque in hunc famulum Dei N. consignatum, & initiatum divinis mysteriis temere ingredi præsumpsisti, sive in cibo, sive in potu, sive in quacunque malefica superstitione, vel præstigiis quibuscumque super hunc famulum Dei factis, Et præcipio tibi in nomine Dei Patris omnipotentis, Filii eius Domini nostri Jesu Christi, & Spiritus sancti, ut exeat, & recedas ab hoc famulo Dei N. sine aliqua ipsius læsione; ita quòd de cætero ad ipsum non præsumas accedere, nec ad momentum in eo habitare, nec perturbare sensus ejus interiores vel exteriores, à planta pedis usque ad verticem; neque humores commovere; neque in desiccationes ducere vel quacunque imbecillitate vexare; neque horis diurnis, vel nocturnis ejus quietem impedire. Quòd si pertinaciter hujusmodi mandatis, & sententiis nostris immò verius Dei, & Domini nostri Jesu Christi summi, & invictissimi Imperatoris nostri obedire cum effectu contempseris, suppliciter exoramus eundem Deum, & Dominum nostrum Jesum Christum, quatenus per virtutem suæ sacratissimæ passionis, & per merita beatissimæ virginis Mariæ, matris suæ benedictæ, & sanctorum Angelorum, qui vident revelatam faciem Dei patris omnipotentis; & per merita patrum nostrorum beatorum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrū, Confessorem, atque sanctarum Virginiaum, quatenus, sicut

sicut contra illum contemptorem, & induratum Pharaonem, mittat Angelum suum sanctum contra te, qui te catenis igneis alligatum cum sociis tuis apostaticis angelis mergi faciat in stagnū ignis ardentis, & sulphuris, ubi cruciaberis die ac nocte & fumus tormentorum tuorum ascendet in secula seculorum. Amen.

CONJURATIO.

ERgo maledicte diabole, creatura damnata, repro- *Ex anti-*
 barta, & maledicta à Deo in æternum propter tuā *quis Exor-*
 nequitiam, spiritus imunde ubicunq; latitas in cor- *cismis.*
 pore istius N. recognosce sententiam tuam, & cognosce
 sententiam iustissimæ damnationis nequitie tuæ. Et licet
 invictus, & coactus, contra tuam nequissimam volū-
 tem, ad honorem Deo vivo & vero, † da honorem Jesu
 Christo filio ejus, Dño & Salvatori nost. † da honore
 Spiritui sancto paraclito † & recede ab hoc famulo Dei
 N. & nunquam de cætero ad ipsum accedas; quia istum
 sibi Deus, & Dñs noster Jesus Christus ad suam sanctam
 gratiam, & benedictionē: fontemq; baptismatis, dono
 suæ gratiæ vocare dignatus est. Et hoc signum sanctæ †
 Crucis, quod nos in fronte ejus damus, tu maledicte
 diabole dammate, atq; damnande, spiritus imunde,
 nunq̄ audeas violare, per nomen, & virtutem ejusdem
 Dñi nostri Jesu Christi. Qui venturus est judicare vivos,
 & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Hic Exorcista ponat manus suas super caput ve-
xati, & dicat Orationem.

EXpelle Domine diabolium ab hac creatura tua N. *Ex anti-*
 de capite, de capillis, de vertice, de fronte, de ocu- *quis Exor-*
 lis, de lingua, de sublingua, de auribus, de naribus, *cismis.*
 de collo, de maxillis, de dentibus, de gutture, de
 gungivis, de ore, de palato, de cerebro, de panniculis
 cerebri

cerebri, de ciliis, de superciliis, de pilis, de pedibus, de genibus, de cruribus, de partibus verecundis, de renibus, de lateribus, de intestinis superioribus, & inferioribus, de fœmore, de ventre, de stomacho, de corde, de spatulis, de humeris, de pectore, de uberibus, de brachiis, de manibus, de unguibus, de ossibus, de nervis, de venis, de medullis, de pulmone, de compaginibus membrorum suorum, de omnibus juncturis, de toto corpore sub, intus, & extra, de quinque sensibus corporis, & animæ: nullumque locum habeat in ipsa intus, & foris amplius, & sana, & salva fiat per invocationem sanctissimi nominis filii tui unigeniti, & per invocationem Spiritus sancti coæterni. Tu ergo Deus omnipotens, qui dignatus es corpus, & animam hujus creaturæ N. creare, digneris etiam totum corpus, & animam ipsius salutare, salvam facere.

Per eundem &c.

Explicit Exorcismus secundus.

EXOR.

EXORCISMUS III.

OPTIMUS, ET MIRABILIS

efficacię contra Spiritus malignos.

*Exorcista genuflexus, corde firmo,
& devoto dicat.*



Djutorium nostrū in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum, & terram.

V. Sit nomen Domini benedictum,

R. Ex hoc nunc, & usque in seculū,

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster. &c.

Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Nihil proficiat inimicus in eo.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Mitte ei Domine auxilium de sancto.

R. Et de Syon tuere eum.

V. Esto ei Domine turris fortitudinis.

R. A facie omnium malignorum spirituum.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Deus, qui beato Zenoni confessori tuo virtutem
expellendi dæmones de quocunque loco tribui-
sti præsta quæsumus, ut per ejus orationes, & me-
rita mihi virtutem præbeas, ut istos dæmones, qui hanc
creaturam tuam invaserunt, expellere valeam. Per Chri-
stum Dominum nostrum. Amen.

*Ex cõiura-
tionibus
S. Zenonis.*

Z 3

ORA-

FLAG. DÆMONUM
ORATIO.

OMnes Sancti Angeli, & Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus, & Potestates, Virrutes cælorum, Cherubin, & Seraphin, qui non cessatis clamare ante Deum dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus Sabaoth, fundite preces pias pro me fragili peccatore apud altissimum Deum, & dominum nostrum, ut mei misereatur, & peccata mea misericorditer, & clementer dimittat; me liberet, me protegat, me defendat, me eripiat de omnibus tentationibus meis, & me sic faciat transire per bona temporalia, ut non amittam æternæ vitæ gaudia, Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ORATIO.

O Summe Michael Archangele, ò princeps cœlestis militiæ, ò præclare, atque summe decor, & minister qui coram Deo vigilanter assistis; peto, ut tuis precibus mihi misero mortali faveas; ut pio Domino miserante, teq; intercedente, eripi merear à dæmoniacâ deceptione, ac per te repræsentari ante Dei maiestatem merear. Amen.

ORATIO.

Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Virginum, Deus pater Domini nostri Jesu Christi invoco nomen tuum, ac præclaræ majestatis tuæ clementiam supplex exposco, ut mihi auxilium præstare digneris adversus hunc nequissimum spiritû. Per eum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

*Hic Exorcista surgat, & dicat sequentem
Orationem.*

*Ex anti-
quis con-
suetudinibus
S. Zenonis.*

Deus creator, & redemptor corporis, & animæ, esto propitius huic tuæ creaturæ N. Anima Christi sanctissima † sanctificet te Corpus Christi gloriosissimum † salvet te. Sanguis Christi sanctissimus † inebriet

ebriet te. Sudor Christi virtuofissimus † sanet te. Passio amarissima Christi † confortet te. Jesus Christus bonus † custodiat, & liberet te, & infra sua vulnera abscondat te, & ne permittat te separari à se: ab hoste maligno defendat † & liberet te, & in hora mortis vocet te ire ad se, & ponat te juxta se, ut cum Angelis suis laudes eum in secula seculorum, Amen. Ecce Crucē † Domini nostri Jesu Christi, fugite partes adversæ, quia Christus vult vos persequi. Inceatus Pater, Inceatus Filius, Inceatus Spiritus † sanctus. Vicit leo de tribu Juda radix David. Domine Jesu Christe, qui cœlum, & *Apoc. 5.* terram fecisti, flumen Jordanis benedixisti, in quo baptizari voluisti; bene † dicere, & sancti † care digneris hanc creaturam tuam N. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis, & regnas in secula seculorum. Amen.

Deinde lege sequentes Psalmos.

EXurgat Deus, & dissipentur inimici ejus: & fugiant, qui oderunt eum à facie ejus. Sicut deficit fumus, deficiant, sicut fluit cera à facie ignis: sic pereant peccatores à facie Dei. Et justii epulentur, & exultent in conspectu Dei: & delectentur in lætitia. Cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus: iter facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. Exultate in conspectu ejus, turbabuntur à facie ejus: patris orphanorum, & judicis viduarum Deus in loco sancto suo: Deus qui inhabitare facit unius moris in domo. Qui educit victos in fortitudine: similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris. Deus cum egredereris in conspectu populi tui: cum pertransires in deserto. Terra mota est, etenim cœli distillaverunt à facie Dei Synai: à facie Dei Israel Pluviam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ, & infirmata est: tu verò perficisti eam. Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Dominus dabit verbum evangelizantibus: virtute multa. Rex virtutum dilecti: dilecti & speciei domus dividere spolia. Si dormiatis inter medios electos: Pennæ columbæ de argentatæ, & posteriora dorsi

ejus in pallore auri. Dum discernit cœlestis reges super
eam: nive de albabuntur in Selmon, mons Dei mons
pinguis, Mons coagulatus mons pinguis: ut quid suspi-
camini montes coagulatos? Mons, in quo beneplaci-
tum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit
in finem. Currus Dei decem millibus multiplex millia
lærantium: Dominus in eis in Synai in sancto. Ascendi-
sti in altum, cæpisti captivitatem: accepisti dona in ho-
minibus. Etenim non credentes inhabitare Dominum
Deum. Benedictus Dominus die quotidie: prosperum
iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum. Deus no-
ster, Deus saluos facienti: & domini domini exitus mor-
tis. Veruntamen Deus confringet capita inimicorum
suorum; verticē capilli perambulantium in delictis suis.
Dixit Dominus, ex Basan convertam: convertā in pro-
fundum maris. Ut intingatur pes tuus in sanguine, lin-
gua canum tuorū ex inimicis ab ipso. Viderunt ingre-
sus tuos Deus, ingressus Dei mei, regis mei, qui est in
sancto, Prævenierunt principes conjuncti psallentibus in
medio juvenularum tympaniftriarum. In ecclesiis be-
nedicere Deo Domino, de fontibus Israel. Ibi Benjamin
adolescens in mentis excessu. Principes Juda duces
eorum, princeps Zabubon, & principes Nephtholim, Mā-
da Deus virtuti tuæ, confirma hoc Deus, quod opera-
tus es in nobis. A Templo tuo in Hierusalem, tibi offe-
rent Reges munera. Increpa feras arundinis, congrega-
tio taurorum in vaccis populorum, ut excludant eos,
qui probati sunt argento. Dissipa gentes, quæ bella vo-
lunt, venient legati ex Ægypto, Aethiopia præveniet
manus ejus Deo. Regna terræ cantate Deo, psallite Do-
mino, psallite Deo, qui ascendit super cœlum cœli, ad
Orientem. Ecce dabit voci suæ, vocem virtutis; dare
gloriam Deo super Israel, magnificentia ejus, & virtus
ejus in nubibus. Mirabilis Deus in sanctis suis, De-
us Israel, ipse dabit virtutem, & fortitudinem
plebi suæ, Benedictus Deus. Gloria

Patri, &c.

Psal-

PSALMUS.

Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione Dei cœli commorabitur. *Psal. 90.*

Dicet Domino; susceptor meus es tu, & refugium meum: Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium; & à verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi; & sub pennis ejus spectabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus: non timebis à timore nocturno.

A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: ab incurso, & dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

Veruntamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam angelis suis mandavit de te: ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem, & basiliscum ambulabis: conculcabis leonem, & draconem.

Quoniam in me speravit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutarem eum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. &c.

*Hoc factò, dic viriliter, & cum Magna audacia,
alta voce, & cum magna fide, & spe.*

CONJURATIO.

O Vos nefandissimi spiritus rebelles Dei omnipotentis, qui vestra iniquitate, ut inimici humani generis: & ut ultimò ad ignem æternum destinati estis, quòd nullo modo fugere potestis: proditores iniqui, qui hanc creaturam Dei N. invadere præsumpsistis. Ego auctoritate Domini nostri Jesu Christi, invocatione sui sanctissimi nominis vos per ipsum conjuro † Exorcizo, cogo, & constringo, & vobis in virtute Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti, præcipio, impero, & mando, quòd statim, & immediatè, omni mora postposita. mihi nomina vestra, & causam quare super hanc personam venistis, & totum esse vestrum, & omnes conditiones vestras sine falsitate, & fallacia manifestetis mihi: ita certè sicut in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum; & Deus erat verbum, & hoc erat in principio apud Deum; & omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil; & sicut prædictum Dei verbum caro, id est homo, factum est, & habitavit in hunc mundum, verus Deus, verus homo, verus Christus, una persona prædicans Evangelium salutis: vos immundos spiritus de corporibus hominum pellendo, & infirmos sanando: & sicut ipse Christus, perfectum verbum Dei, factus est obediens Deo patri usque ad mortem Crucis, & ipso mortuo, anima ejus sanctissima, dimisso corpore in Cruce: ad inferos descendit: & devictis principibus infernalibus, viriliter ligavit Luciferum: & devicta tota potentia infernali, inde animas sanctorum patrum extraxit: & tertia die resurrexit; & die quadragesima cœlum ascendit, sedet ad dexteram Dei patris; & inde venturus est judicare vivos, & mortuos, dando prædestinatis regnum æternum, & vobis reprobatis, tanquam Dei rebellibus, ignem perpetuum infernalem; & sicut omnia ista verba vera sunt, ita virtute ipsorum nullo modo deinceps

Joan. 1.

Philip. 2.

Matt. 25.

ceps mihi nomina vestra, & causam, quare istam Dei creaturā. N. sic invasistis, & molestastis, nec tacere possitis; & immediatè, omni mora postposita, in nomine Domini nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi recedatis ab hoc famulo, & creatura Dei N. & ipsam sanam, ut invenistis, relinquatis, nunquam ad eam amplius redeuntēs: & ad locum, ubi deinceps nullum Christianum lādere possitis, protinus ire festinetis, per illam virtutē, & potentiam, qua Lucifer, & cæteri pravi, & rebelles Angeli de cœlo empyreo ad ima ejeti sunt; alioquin in virtute Domini nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi, & per virtutem sanctorum omnium vos in stagnum ignis, & sulphuris præcipito, & æternaliter condemno. Amē.

Apoe 12.

Hic Exorcista conetur scire nomina, & conditiones demonum existentium in corpore vexato, ipsos arctando præceptis, & duris comminationibus. Postea legantur sequentes conjurationes.

CONJURATIO.

Christi nomine invocato. Ego peccator auctoritate ipsius Domini nostri Jesu Christi, quam suis Apostolis, & eorum successoribus, & omnibus in ipsum credentibus dedit, dicens suis Apostolis. Ecce *Luc. 9.* dedi vobis potestatem super omnes malignos spiritus, & virtutes eorum; & in alio loco ait. Signa eos, qui in me crediderunt, hæc sequentur. In nomine meo demonia eiciant; & super ægros manus imponent, & bene habebunt. Ideò præfata auctoritate, cum sim (licet immeritus) de numero in ipsum credentiū vos, vel te conjuro † confestor, exorcizo, ac viriliter impero, cogo, & constringo vos omnes nefandissimos, & Dei rebelles spiritus immūdiſſimos, dignos vestrorum immensorū, & nefandissimorum scelerum, & æterni, ac infernalis ignis, & vobis plenis omni superbia, & rebellionē, falsitate, abusione, spurcitiā, & dolo strictissimè impero, & mando per omnī potentiam Dei Patris, & per sapientiam

Fili

*Symbolum
Athanasii,*

Apoc. 12.

Filii: & per virtutem Spiritus sancti, & per sanctissimam Trinitatem, & per immensitatem, æternitatem, pulchritudinem, nobilitatem, & excellentiam Dei: ita quòd omnis vestra potentia, & cujuscunque alterius vobis faventis sit ligata deinceps: ut sicut ipse est Deus omnium, à quo omnia, per quem omnia, cui omnis decor, & gloriam, convenit, quem omnes tam cœlestes, quàm aereæ & infernales potestates adorant, & contremiscunt, ita statim, & immediatè, omni mora postposita, per nomen, & in nomine Domini nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi recedatis ab hac creatura Dei N. & ipsam sanam, ut invenistis, relinquatis; nunquam ad eam amplius redeuntes, & ad locum, ubi deinceps nullà creaturam Dei laedere possitis, protinus ire festinetis, per illam virtutem, & potentiam, qua Lucifer, & pravi alii rebelles Angeli de cœlo empyreo ad ima ejeti sunt, alioquin in virtute Domini nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi, & per virtutem sanctorum Dei nominum in stagnum ignis, & sulphuris vos præcipito, & æternaliter condemno, Amen.

CONJURATIO.

Joan. 1.

Conjuro † vos supra scriptos nefandissimos, & abominabiles spiritus, qui hanc creaturam Dei N. occupare, & molestare vestra obstinata rebellione non cessatis, per Pa † trem, Fi † lium, & Spiritum † sanctum: & per sanctam Mariam genitricem Dei, & per omnia, quibus in nomine Jesu Christi cogi, & constringi potestis, ut statim exeatis, & fugiatis de vase isto, & plasmate Dei; & nec istam creaturam, nec me, nec aliquam personam offendatis. Contradicat vobis † filius Dei vivi, qui est initium omnium creaturarum. Contradicat vobis † sanctus Michael. Contradicat vobis † sanctus Gabriel. Contradicat vobis † sanctus Raphael. Contradicant vobis † omnes virtutes cœlorum. In nomine Pa † tris, & Fi † lii, & Spiritus † sancti. Amen. Alioquin in virtute Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti, auctoritate domini nostri Jesu Christi, per omnia supra dicta,

dicta, sit Lucifer nefandissimus spiritus ille, cum omni-
vus furis, & pœnis infernalibus, contra vos omni sua in-
dignatione, & furia indignatus, insurgat, & irruat: &
hos statim affligat, & usque ad diem Judicii tanquàm
crudelis minister Dei, omnibus pœnis infernalibus cru-
ciet; per omnia supradicta per me. Amen.

CONJURATIO.

ITem districtus, & fortius auctoritate domini nostri
Jesu Christi Nazareni crucifixi † vos supradictos ne-
fandissimos, & abominabiles spiritus qui hanc Dei
creaturam N. occupare, & molestare vestra obstinata
rebellionem non cessatis, conjuro, † & constringo vos per
omnia supradicta; & per omnia illa, quibus in nomine
Jesu constringi, & cogi potestis, maxime conjuro vos
per incarnationem & nativitatem, baptismum, & sanctū
jejunium Christi, per passionem, mortem, crucem, re-
surrectionem, & ascensionem domini nostri Jesu Chri-
sti; & per omnem vitam ejus benedictam, & per adven-
tum Spiritus sancti paraclyti: & per sanctum Joannem
Baptistam, & per omnes Patriarchas, & Prophetas, &
sanctos patres veteris testamenti, & omnem fidem, sp̄,
charitatem, & justitiam eorum, & per omnem vitam,
& omnia bona opera ipsorum, & per totum vetus testa-
mentum, & omnia mysteria in ipso contenta, ut ab hac
creatura Dei N. recedatis. Amen.

CONJURATIO.

ITerum conjuro † vos nefandissimos, & abominabi-
les spiritus, per potentissimum, & corroborantissi-
mum Deum, per sortem, admirabilem: per excelsū,
ineffabilem, & invisibilem Deum; & per hæc sanctissi-
ma nomina Dei omnipotentis, & per virtutem ipsorum
vobis impero, scilicet Thetragramaton † Heloym † A- *Expositio-*
donay † Emanuel † Messias † Agios † Othcos † Ischi- *nem horū*
ros † Athanatos † Sabaoth † Rex † Judex † Dux † *nominum*
Lux † Legifer † Pater † Magister † Principium † Ver- *quare su-*
bum † Homouison † Alpha & Omega † Imago † Sa- *pra cap. 9.*
pientia

pientia † & Ostium † Via † Vita † Stella matutina †
 Propheta † Petra † Vitis † Clavis † Virtus † Primo-
 genitus † Altissimus † Agnus † Ovis † Sponsus † Pri-
 mus † Novissimus † Creator † Redemptor † Pastor †
 Splendor † Præceptor † Sol † Flos † Sacerdos † Pontri-
 fex † Veritas † Caritas † Unigenitus † Fons † Para-
 clytus † Mediator † Jesus † Dominus † Deus † Omni-
 potens † Æternus. † Et in virtute, & per virtutem illius
 sanctissimi nominis Dei Jehova, & omnium aliorum
 nominum ejus, & omnium conjurationum, alligatio-
 num, vinculorum, & mandatorum cujuscunque con-
 ditionis, & virtutis existant, quibus aliquo modo in
 nomine Jesu Christi possitis conjurari, constringi, liga-
 ri, vel fugari, vel de loco ad locum mitti, vel cruciari,
 torqueri, vel ad poenas aliquas damnari, sit vobis ipso
 facto omnis locus, & omnis situs interdictus, præter
 centrum mundi: & ego ut minister Christi in stagnū
 ignis, & sulphuris præcipito, & æternaliter condemno,
 & ibidem virtute omnium supradictorum vos maledi-
 co, & usque in profundum abyssi, usque in diem judicii
 projicio, & relego, ut sitis subjeti omnibus poenis infer-
 nalibus acrius, & durius Lucifero; quia fuistis rebel-
 les tantis, & tam sacratissimis nominibus, & mysteri-
 is Dei: & vobis in virtute, & per virtutem omnium
 supradictorum præcipio, ut recedatis immediatè ab hac
 creatura Dei N. eo modo, & ea conditione, ut vobis
 superius dixi, & injunxi, & ab isto instanti in posterum
 semper virtute omnium supradictorum: & in nomine,
 & virtute Domini nostri Jesu Christi sit ligata omnis
 vestra potentia, & cujuslibet alterius vobis faventis, re-
 sistendi mādatis meis, imò mādatis Christi, cujus aucto-
 ritate, & officio nunc fungor (licet immeritus) sicut i-
 pse voluntariè ad columnam ligari, & cruci affigi digna-
 tus est. Amen.

*Et sinec audire, nec obedire voluerit, accipe ignē,
& sulphur, & demoniacum, velit, nolit, dice
super dictum sulphur: & ignem facias fumi-
gari, donec de omnibus, quæ tibi placuerint,
dixerit veritatem.*

CONJURATIO.

Iterum conjuro † vos supradictos spiritus Dei re-
belles, quibus data est potestas super istud corpus, &
† super omnia corpora humana, quæ vexantur: per Pa-
† trem, & fi † lium, & Spiritum † sanctum, ut subito
recedatis. Conjuro † vos, & impero vobis per omnes
sanctas Virgines & Continentes. Conjuro † vos, & im-
pero vobis per sanctam Mariam Magdalenam, Cate-
rinam, Agnetem, Luciam, Agatham, Margaritam, Do-
rotheā, Ursulam, & societatem suam, Annā, Elisabeth,
& cæteras Dei Virgines, Viduas, & Continentes, ut ex-
eatis. Iterum conjuro † vos supradictos spiritus Dei re-
belles per beatissimā Virginem Mariā, matrē doñi no-
stri Jesu Christi, † per Nativitatem suam, † per Virgini-
tatem suā, † per Conceptionem suam, † per sanctissimū
lac suum, quod proprio ore suscepit, qui vocatus est Al-
pha, & Omega † Ya † Saday † Emanuel † Thetragram-
maton, † per merita sua, & per omnia bona, quæ dici, &
cogitari possunt de beatissima Virgine Maria, & per o-
mnia nomina beatissimæ Virginis Mariæ, scilicet Virgo
† Flos † Nubes † Regina † Theotocos † Imperatrix †
Domina † Aurora † Ancilla † Ortus † Fons † Puteus † Luna
† Sol † Porta † Domus † Beata † Gloriosa † Pia † Aula † Ru-
bus † Scala † Stella † Turris † Auxiliatrix † Archa † Tha-
lamus † Margarita † Tabernaculum † Amica † Vellus †
Pulchra † Mater † Alma † Speciosa † Formosa † Benedi-
cta † Sponsa † Maria, † & per omnia supradicta vobis im-
pero, & in stagnum ignis, & sulphuris precipito, & æter-
naliter cōdēno; & sicut beata Virgo Maria, & supradicte
Dei Virgines, Viduæ, & Continentes gaudēt cū Christo
gloria

*Horum ex-
positionem
quare su-
pra cap. 10.*

gloria æterna, ita vos immediatè, in nomine domini nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi, & per virtutem suæ passionis recedatis subitò ab hac creatura Dei N. eo modo, & ea conditione, ut superius vobis injunxi: alioquin per omnia supradicta sitis ipso facto lapsi indissolubiliter in omnem damnationem, & pœnam superius dictam, & expressam tanquàm Dei rebelles, Amen.

CONJURATIO.

Luc. 9.

Mat. 25.

ITerum ad hæc fortius, & districtius vos conjuro per omnia supradicta, & per omnia, quibus fugari potestis, auctoritate domini nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi, vos supradictos nefandissimos, & abominabiles spiritus, qui hanc creaturam Dei N. occupare, & molestare vestra rebellionè obstinata non cessatis, conjuro, contestor, exorcizo, ac viriliter impero, cogo, & constringo per omnes Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin, quorum gloria, & societate vestris sceleribus justissimè perenniter privati estis, & per hæc sanctissima nomina Angelorum Dei, Michael, Gabriel, Raphael, & per omnia alia nomina Angelorum, quod statim, & sine mora, sicut vos, & ceteri reprobi, merito, societate, & gloria prefatorum sanctorum Angelorum perenniter privati estis, & pœnis infernalibus deputati: & sicut prædestinati cum supradictis sanctis Angelis gloria æterna gaudebunt, & Deo fruantur, & vos perenni infernali igne meritò cruciabimini cum Lucifero, & aliis sibi subjectis in pœnis infernalibus ardentibus; ita ut vos nunc statim, & sine mora immediatè, tanquàm devicti, & fugati auctoritate, & potestate domini nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi, ab hac creatura Dei N. recedatis; & ad locum desertum earum, ubi nullam creaturam deinceps molestare possitis, omni mora, & occasione postposita: & hanc creaturam Dei, quam tanto tempore molestastis, amodo relinquatis eam, & in sua pristina sanitate dimittatis, & nunquam ad ipsam deinceps redire, nec molestare valeatis: alioquin

alioquin in virtute Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti auctoritate domini nostri Jesu Christi Nazareni per omnia supradicta, sit Lucifer nefandissimus spiritus ille cum omnibus suis subditis, & cum omnibus furis, & poenis infernalibus nunc contra vos omni sua indignatione, & furia indignatus, surgat, irruat, & vos statim per omnia supradicta in stagnum ignis, & sulphuris, & in profundum abyssi trahat, & usque ad diem Judicii, tanquam crudelis minister Dei, ibi vos omnibus poenis infernalibus acriter cruciet per omnia supradicta. Amen.

CONJURATIO.

Iterum conjuro vos supradictos spiritus Dei rebelles nominibus, & mysteriis Dei, & auctoritate domini nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi vobis strictissime impero per omnes sanctos ejus Pontifices Doctores, Confessores, Monachos, & Eremitas, Sacerdotes, & Levitas, scilicet Gregorium, Ambrosium, Cyprianum, Geminianum, Bernardinum, Franciscum, Domianicum, Paulum primum eremitam, Antonium, & beatum Nicolaum ad Tolentino, & per omnem eorum benedictam vitam; & per omnia merita, orationes, & operationes eorum, Et sicut Angelus ligavit serpentem tortuosum: ita omnis vestra potentia, cujuslibet alterius vobis faventis sit ligata, per hæc sanctissima filii Dei nomina, & virtutem ipsorum, scilicet, † Primogenitus † Sapiencia † Virtus † Sol † Splendor † Lux † Gloria † Panis † Fons † Salus † Mons † Ostium † Petra † Verbum † Sponsus † Pastor † Propheta † Mediator † Agnus † Ovis † Veritas † Veritas † Via † Vita † Leo † Lumen de Lumine † quod immediate, sicut ipsi supradicti sancti gaudent cum Christo, & ceteri beati in gloria æterna: ita vos recedatis ab hac creatura Dei N. eo modo, & ea conditione, ut superius vobis sæpè mandavi: alioquin per oia supradicta strictissime, & potentissime, auctoritate dñi nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi ex nunc mando, & im-

Apoc. 20.

Ecclesia Romana.

pero Lucifero, & omnibus furiis infernalibus, ut statim
& sine mora contra vos insurgant: & irruant: ac in sta-
gnum ignis, & sulphuris, & in profundum abyssi indi-
spensabiliter ducant, & ligent vos omnibus poenis simul,
nulla deficiente: & vos Dei, & sanctorum nominum e-
jus rebelles crucient, & affligant usque ad diem Iudicii.
In nomine Pa- tris, & Fi- lii, & Spiritus- sancti, A-
men.

Explicit tertius Exorcismus.

EXORCISMUS IV.

TERRIBILIS, ET MAXIMÆ
efficaciæ adversus dæmones op-
primentes corpora humana.

*Exorcista accessurus ad exorcizandum, peracta
prius sacramentali confessione: corde puro, &
& devoto genuflectens ante imaginem Cruci-
fixi dicat Psalmum.*



Miserere mei Deus: secundum magnam
misericordiam tuam, &c.

totum.

V. Ab occultis meis munda me Domine.

R. Et ab alienis parce servo tuo.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Deus, cui proprium est misereri semper, & parce-
re, suscipe deprecationem nostram: ut me, & hunc
famulum tuum, quos delictorum catena con-
stringit, miseratio tue pietatis clementer absolvat. Per
Christum dominum nostrum. Amen.

*Ecclesia
Romana.*

ORA-

ORATIO.

DEus, qui sanctis Apostolis tuis dedisti virtutem *Luc. 9.*
 expellendi dæmones de quocunque loco; præsta
 quæsumus, ut per eorum merita, & intercessio-
 nem mihi præbeas virtutem, ut hos dæmones, qui hunc
 famulum tuum N. vexant, expellere valeam. Qui cum
 Patre, & Spiritu sancto vivis, & regnas in secula seculo-
 rum. Amen.

ORATIO.

DEus cœli, Deus terræ, Deus Angelorum, Deus
 Archangelorum, Deus Patriarcharum, Deus Pro-
 phetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum,
 Deus Confessorum, Deus Virginum, Deus omnium bene
 viventium: Deus, quem omnis lingua confitetur, & om-
 ne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & inferno-
 rum; Deus qui potestatem habes donare vitam post mor-
 tem, & requiem post laborem, & non est alius Deus præ-
 ter te, nec esse potest verè Deus, ubi tu es auctor, & re-
 gni tui non erit finis; te humiliter invoco, domine Deus
 meus, & misericorditer majestatem tuam gloriosissi-
 mam supplico, ut non respicias peccata mea innumera-
 bilia, neque peccata istius creaturæ, secundum tuam mi-
 sericordiam, hunc famulum tuum N. de immundis spi-
 ritibus liberare digneris, & eum ad gratiam veræ libe-
 rationis misericorditer perducere digneris: verè æterne
 Deus, qui es Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob,
 Deus Moyse, Deus Aaron, Deus Tobie, Deus Elie; te
 humiliter deprecor, omnipotens æterne Deus, ut fa-
 mulum tuum de tentationibus spirituum immundo-
 rum liberare jubeas, & permittas; quia ipsi immundi
 spiritus ab initio fuerunt fallaces, & nunquam steterunt
 in veritate, sed semper in malitia iniquitatis, superbiæ,
 vanitatis, & cupiditatis assistunt, qui famulum tuum N. *Joan. 8.*
 injuriis, perturbationibusque fatigant, jube etiam do-
 mine Deus Angelis tuis benignis; ut ipsi destruant, &
 præcipitent in profundum abyssi inimicos tuos mali-
 gnos, & isti antiqui serpentes crudelissimi devoratores
 languescant, & subito dissipent, & omnes socii eorum:

Gen. 19.

sicut percussisti in ira tua Domine, & in furore tuo Sodomam; & Gomorram: sic jubeas omnes inimicos tuos malignos, & adversarios percutere, qui hunc famulum tuum N. fatigant, occupant, & decipere cupiunt; non in ejus corpore latere possint, quin se manifestent; nec in ullo indumento vestium, nec compagine membrorum sui corporis malignatis viam obtinere, nec occupare valeant quod tu Domine de terra formasti: ossa, nervos, & spiritum dedisti; ut per gloriam tui nominis, Domine, & filii tui domini nostri Jesu Christi: & per virtutem suæ sanctissimæ Crucis dissipentur, sicut stipula ante faciem venti: sicut deficit fumus, ita deficient, & pereant, & dissipentur omnes dæmones ab anima, & corpore famuli tui N. & pergant ad loca deserta, & arida,

Job. 10.

ubi sancti, & justi non habitant, quia tu Domine nos, non auro, nec argento, neque gemmis pretiosis comparasti, sed tuo sanguine pretioso, & sanctissimo corpore per passionem tuam nos redemisti, Jesu Christe Salvatore mundi quem laudant Angeli, tibi laus, tibi gloria per æterna seculorum secula. Amen.

1. Petri. 1.

ubi sancti, & justi non habitant, quia tu Domine nos, non auro, nec argento, neque gemmis pretiosis comparasti, sed tuo sanguine pretioso, & sanctissimo corpore per passionem tuam nos redemisti, Jesu Christe Salvatore mundi quem laudant Angeli, tibi laus, tibi gloria per æterna seculorum secula. Amen.

Hic Exorcista surgens ab oratione dicat.

¶ *Sequentia S. Evangelii secundum Marcum.*

Cap. 5.

In illo tempore. Venit Jesus trans fretum maris in regione Gerasenorum: & exeunti ei de navi statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis: & neque catenis jam quisquam poterat eum ligare: quoniam sæpè compedibus, & catenis vinctus dirupisset catenas, & compedes comminuisset, & nemo poterat eum domare: & semper die, ac nocte in monumentis, & in montibus erat clamans, & concidens se lapidibus. Videns autem Jesum à longe cucurrit, & adoravit eum; & clamans voce magna dixit, Quid mihi, & tibi Jesu fili Dei altissimi? adjuro te per Deum, ne me torqueas. Dicebat illi Jesus, Exi spiritus immunde ab homine isto. Et interrogabat eum; quod tibi nomen est? Et dixit ei, Legio nomen est.

men est mihi, quia multi sumus. Et deprecabatur eum mulrum, ne se expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus pascens in agris. Et deprecabantur eum spiritus, dicentes. Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus. Et concessit eis Jesus statim. Et exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos, & magno impetu grex precipitatus est in mari ad duo millia, & suffocati sunt in mari. Qui autem pascebant eos, fugierunt, & nunciaverunt in civitatem, & in agros. Et egressi sunt videre, quid esset factum, venerunt ad Jesum, & viderunt illum, qui a demonio vexabatur, sedentem, vestitum, & sanæ mentis, & timuerunt. Et narraverunt illis, qui viderant qualiter factum esset ei, qui demonium habuerat, & de porcis. Et rogare eum cœperunt, ut discederet de finibus eorum. Cumque ascenderet navim, cœpit illum deprecari, qui a demonio vexatus fuerat, ut esset cum illo: & non admisit illum. Sed ait illi. Vade in domum tuam ad tuos, & nuncia illis, quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui. Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta sibi fecisset Jesus; & omnes mirabantur. *R.* Laus tibi Christe.

His expletis, Exorcista accedat ab obsessum, & signando ipsum in fronte dicat.

HEl † Heloym † Heloa † Heheye † Thetragram-
 maton † Adonay † Saday † Sabaoth † Sother † *Divus Hieronymus, ubi supra.*
 Emanuel † Alpha, & Omega † Primus, † & Novissimus † Principium & finis † Agyos † Yschyros † Orheos † Arhanatos † Agla † Jehova † Homouision † Ya † Christus vincit † Christus regnat † Christus imperat † Increatus Pater † Increatus Filius † Increatus Spiritus sanctus † Jesus † Christus † Per signum † Crucis de inimicis nostris, &c.

CONJURATIO.

EGo vos conjuro † & adjuro, contestor, & exorcizo *De sum. Trinit. cap.*
 per divinitatem, increationem, imensitatem, æternitatem, *Firmiter.*

*Symbolum
Athanasii.*

*Symbolum
Nicænum.*

tatem, gloriam, majestatem, immortalitatem, impassibilitatem, immutabilitatem, incomprehensibilitatem, potentiam, justitiam, clementiam, sapientiam, pulchritudinem, misericordiam, benignitatem, bonitatem, sanctitatem, gratiam, & influentiam potentissimi, & corroborantissimi Dei vivi omnipotentis, cui omnes obediunt creaturæ: & per admirabilem præordinationem Dei, quam habuit ab æterno, ut suum mitteret filium Jesum Christum, per quem seculum salvabitur. Iterum conjuro, † & adjuro vos, confessor & exorcizo per unum Patrem, per unum Filium, per unum Spiritum sanctum: per unam Trinitatem, per unam unitatem in Trinitate, per unum incarnationis verbi mysterium, per unum omnipotentem, per unum æternum, per unum immortalem, per unum impassibilem, per unum incomprehensibilem, per unum incorruptibilem, per unum omnium conditorem, per unam christi in carne nativitatem, per unam christi circumcisionem, per unum baptisma per unam christi mortem, per unum christi descensum ad inferos, per unam christi resurrectionem per unam christi ascensionem in cœlum, per unam orthodoxam Ecclesiam, per unam fidem catholicam, per unum diem novissimum, per unam christi Crucem, ut sine mora recedatis ab hac creatura Dei N. eo modo, & conditione, ut superius vobis sæpè mandavi, sine nocumento sui, & omnium christianorum, & faciatis taliter, ut possim scire quæ queram: alioquin per omnia supradicta, strictissime, & potentissime auctoritate domini nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi ex nunc mando, & imperio Lucifero, & omnibus furiis infernalibus, ut statim, & sine mora contra vos insurgant, & irruant, & in stagnum ignis, & sulphuris, & in profundum abyssi indispensabiliter præcipitent, ligent, & affligant, Amen.

CONJURATIO.

Iterum conjuro, † & adjuro vos spiritus per omnia supradicta, & per omnia, quibus fugari potestis, auctoritate domini nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi, vos supradictos nefandissimos, & abominabiles spiritus,

tus, qui hanc creaturam Dei occupare, & molestare vestra obstinata rebellionem non cessatis: & indissolubiliter vos constringo per majestatem ipsius, cujus pulchritudinem Sol, & Luna admirantur; ira domini super vos descendat. Conjuro vos † per sanctissimam Trinitatē, *Psal. 148.* Patrem & Filium, & Spiritum † sanctum; & per potentiam † Sapientiam † Imperium † & ubi-teratē omnipotentis Dei vivi, & domini nostri Jesu Christi, † & per annunciationem suam, & per circumcisionem suam, † & *Lucas 1.* per sacrum baptismum suum, † per poenas suas, † & per Crucem † in qua crucifixus fuit, † & per clavos, cum quibus affixus fuit in Cruce, † & per coronam spineam, quam in capite suo portavit, † & per lanceam, qua latus ejus apertum fuit, † & per sanguinem, & aquā, q̄ de latere ejus exivit, † & per sanctissima verba scripta in Cruce, scilicet, Jesus Nazarenus Rex Judæorum. Conjuro † vos per mortem Christi, & per resurrectionem ejus, & per apparitionem ejus, & per sacrum *Mat. 16.* corpus ejus, & per sacram animam ejus, & per sacrum spiritum ejus, & omnia bona opera ejus, & per omnia, quæ dici, & cogitari possunt de Creatore omnium creaturarum; & per tremendum diem Judicii, quod statim recedatis ab hac creatura Dei N. sine nocumento sui, & omnium Christianorum. In nomine Pa † tris, & Filii, & Spiritus † sancti. Amen.

Hic Exorcista accipiat Rutam benedictam benedictione propria posita infra, & illam supponens naribus obfessi dicat.

CONJURATIO.

PER ipsum te exorcizo, † adjuro, & contestor, quem *Mat. 4.* in monte tentasti, & dixisti. Si filius Dei es, mitte te deorsum; & dic ut lapides isti panes fiant. Per ipsū te exorcizo † & adjuro, qui locutus est ad te, dicens. Vade Satana, non tentabis dominum Deum tuum, sed ipsū adorabis, & illi soli servies. Adjuro te † per omnes A-

postoles Christi. Adjuro † per omnes Martyres Christi, † per omnes Confessores Christi, † per omnes Virgines Christi, † per omnes ministros Christi. Adjuro te † per Crucifixum Salvatorem, † per Michaellem, Gabrielem, & Raphaellem. Adjuro te † per tremendum diem Judicii, † per resurrectionem Salvatoris, † per Patriarchas, & Prophetas, † per Principem Apostolorum sanctum Petrum,

Impropria contra demones.

A Djuro te † per Deum Abraham, Isaac, Jacob, & per Crucem † domini, per Pa † trem, Fi † lium, & Spiritum † sanctum. Spiritus imunde, miserrime, tentator, fallax, pater mendacii, hæretice, fatue, bestialis, furiose, tui Creatoris inimice, luxuriose, inspiens, crudelis, inique, prædo, bestia, serpens, & sus macra, famelica, & immundissima, bestia eruginosa, bestia scabiosa omnium bestiarum bestialissima, eiecte de Paradiso, de gratia Dei, de loco inenarrabili, de consortio, & sociate Angelorum, creatura damnata, reprobata, & maledicta à Deo in æternum ob superbiam, & nequitiam tuam, scelerate, & nefande, maledicte, & excommunicate, blasphemæ, damnate, atque damnandæ, ut amplius non habites in hac creatura Dei N. Amen.

CONJURATIO.

Conjuro † te spiritus maligne ex parte sanctæ Dei genitricis, semperq; Virginis Mariæ, & sui filii charissimi & per benedictum lac. quo ipsum nutritiv, & per benedictum velum, in quo volvit eum; quatenus spiritus maligne, cum sociis tuis recedas a hac creatura Dei N. Conjuro † vos per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & per sanctam Trinitatem, & per genitricem Dei inviolatam Mariam, & per nomen Alpha, & Omega, Primus, & novissimus, Principium, & Finis, Emmanuel, Adonay per Sabaoth magnum nomen Dei. Conjuro † vos per incarnationem, & nativitatem Dei. Conjuro

juro † vos per Angelos, & Archangelos, Thronos, Do-
 minationes Principatus, Potestates, virtutes, Cherubin,
 & Seraphin: Apostolos, & Evangelistas, per omnes san-
 ctos Innocentes, per Martyres, & Confessores, Virgines,
 & Viduas, & per omnes Sanctos, & Sanctas Dei, Conju-
 ro † vos per Filium Dei vivi, qui in cruce suspensus fuit *Matt. 17.*
 pro nobis peccatoribus, & per illum, qui venturus est
 judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Con-
 juro † vos per sanctum Mathæum, Marcum, Lucam,
 & Joannē; per undecim millia Virgines quæ Christus vincit,
 Christus regnat, Christus impar. Cōjuro † vos per boni-
 tatem Christi, † Per annunciationem Christi, † Per cir-
 cuncisionem, † per apparitionem, † Per baptismum Chri-
 sti, per ejus mirabilia, † Per tentationem Christi: † Per
 humilitatem ejus, qua pedes suorum Discipulorum la-
 vit, † Per passionem Christi, † Per coronam spineam
 Christi, † Per acetum, quo potatus fuit † Per lanceam,
 qua perforatus fuit, † Per sanguinem, & aquam, quæ de
 latere Christi exivit, † Per invocationem, qua Christus
 in Cruce pendens clamavit dicens, Hely Hely lamaza-
 batani, † Per sepulchrum Christi, † Per sudarium,
 quod fuit circa corpus ejus, † Per potentiam Christi,
 qua resurrexit à mortuis, † Per totam curiam cœle-
 stem, & per virtutem omnium Sanctorum vos conjuro,
 † vobisq; præcipio, ut immediatè sine mora recedatis
 ab hac creatura Dei N. sine nocumento sui: & faciatis
 taliter, ut possim scire veritatem. In nomine Patris, † &
 Filii, † & Spiritus sancti. Amen.

CONJURATIO.

Matt. 25.
Ergo maledicte diabole recognosce sententiam tu-
 am, & cognosce sententiam justissimæ damnatio-
 nis nequitie tue; & licet invicis, & coactus contra
 tuam nequissimam voluntatem: da honorem Deo † vi-
 vo, & vero, da honorem Jesu Christo † filio ejus domi-
 no nostro, da honorem spiritui † sancto paraclito, ut ex-
 eas, & recedas ab hac creatura Dei N. quia ipsam Deus,
 & dominus noster Jesus Christus, ad suam sanctam gra-
 tuam

tiam vocare dignatus est; & hoc signum sanctæ Crucis
 † quod ei in fronte damus, tu nunquàm, maledicte dia-
 bole, audeas violare: sed recede adjuratus per eum, qui
 venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum
 per ignem, & te diabole humani generis inimice. In no-
 mine † Patris, & Filii, † & Spiritus † sancti. Amen.

*Hic interroga de nomine, de sociis, de exitu, & de
 omnibus aliis concernentibus ad liberationem
 obsessi. Postea sic sequere.*

CONJURATIO.

ITerum fortius, & districtius conjuro, † adjuro, exor-
 cizo, cogo, & constringo vos omnes nefandissimos, &
 Dei rebelles spiritus immundissimos dignos vestro-
 rum immensorum, nefandissimorum scelerum, æterni-
 que, & infernalis ignis; & vobis plenis omni superbia, re-
 bellione, falsitate, abusione, spurcitia, & dolo: strictis-
 simè impero, & mando per potentissimum, & corrobo-
 rantissimum nomen Dei El, forte, & admirabile, atque
 impero per eum, qui dixit, & facta sunt: & per omnia ip-
 sius nomina. Per ipsum te conjuro, † per quem Noe li-
 beratus fuit cum tota sua familia ab aquis diluvii. Et
 per eum te conjuro, † per quem Isaac liberatus fuit de
 occisione patris sui Abrahæ. Conjuro, † vos supradictos
 Dei rebelles, ac viriliter impero per illum, quem Jacob
 audivit secum luctantem, & liberatus fuit de manu
 Esau fratris sui. Conjuro, † atque viriliter impero vo-
 bis supradictis spiritibus Dei rebellibus, per Deum san-
 ctum, quem Moyses in monte Oreb audivit, & meruit
 loqui cum ipso & eum audire in flamma loq̄rentem.
 Per ipsum te exorcizo, † què Moyses nominavit, & soès
 a quæ fluminum, & paludum de terra Ægypti versa
 sunt in sanguinem, & computruerunt. Et per illum
 † adjuro, què Moyses nominavit, & oès fluvii ebullie-
 runt, ranæque ascenderunt in domos Ægyptiorum
 omnia destruentes. Per eum te adjuro, † quem, Moy-
 ses no-

Gen. 7.

Gen 22.

Gen 32.

Exo. 33.

Exo. 7.

Exo. 8.

fes nominavit percutiens pulverem terræ, & facti sunt
 scinices in omnibus jumentis Ægypti, ipsos gravando, *Ibidem.*
 & molestando. Per ipsum te conjuro, † quem Moyses
 nominavit, & gravis pestis percussit omnes asinos, bo-
 ves, & camelos, & mortui sunt. Conjuro † vos per *Ibidem 9.*
 Deum, per quem Moyses tulit cinerem, & illam sparsit
 in aerem & facta sunt vulnera vesicarum in hominibus,
 & jumentis in omni terra Ægypti. Per ipsum te exorci- *Ibidem.*
 zo, † quem Moyses nominavit, & fuit grando talis qua-
 lis nō fuit ab initio mundi usq; ad præsens tempus; ita
 quod homines, & jumenta, quæ erant in agris, cecide-
 runt, & mortua sunt. Per ipsum te adjura, † quem Moy- *Ibidem 10.*
 ses nominavit, & fuerunt locustæ, & apparuerunt super
 faciem terræ, & devoraverūt, quæ residia fuerūt grandini.
 Conjuro vos † per illum, quem Moyses nominavit, & *Ibidem.*
 tenebræ factæ fuerunt horribiles tribus diebus, & tribus
 noctibus. Et per eum, quem Moyses nominavit, & om-
 nia primogenita Ægypti perierunt. Per ipsum te adju-
 ro † quem Moyses nominavit, & totum populum Israe-
 liticum de captivitate potenter liberavit.

CONJURATIO.

Conjuro † vos, adjuro, contestor, exorcizo, atque
 viriliter impero vobis supradictis spiritibus Dei re-
 bellibus per Deum, quem Moyses nominavit, &
 mare obedivit, & divisum est & interierunt omnes cur- *Ibidem 14.*
 rus Pharaonis Per illam potentiam conjuro vos, per q̄
 percussæ sunt petreæ, & innumerabiles aquæ emanave-
 runt. Per ipsum te adjuro, † quem Moyses in monte Sy- *Ibidem 24.*
 nay audivit, & meruit tabulas manu ipsius scriptas de
 manibus ejus accipere. Conjuro † vos, adjuro, atque
 viriliter impero vobis supradictis spiritibus Dei rebelli-
 bus per eum, per quem Josue pugnavit cum inimicis
 suis, & habuit victoriã. Et per illum, quem sanctus Da- *Josue 11.*
 vid nominavit, & liberatus fuit de manibus Goliath. Con-
 juro † vos per eum, quem Elias exoravit, ut non plue-
 ret super faciem terræ, & non pluit per annos tres, & *3. Reg 16.*
 menses sex: & iterũ oravit, ut plueret, & cœlũ dedit plu-
 viam.

4, Reg.

viam, & terra dedit fructum suum. Adjuro vos † per illum, quem Eliseus nominavit, & suscitavit filium Sunamiris. Et per illum, per quem Hieremias præscivit captivitatem Civitatis Hierusalem. Et per illum, per quem Daniel destruxit Bel, & draconem interfecit.

Dan. 14.

Conjuro vos † per illum, quem tres pueri in camino ignis stantes nominarunt & liberati sunt illæsi; & per omnia nomina omnipotentis Dei vivi, & veri, qui vos de celo, & excelso throno vestra culpa ejecit, vos usque ad infernalem locum ex parte ejus præcipito, & condemnno. Amen.

CONJURATIO.

Psal. 148.

Conjuro vos, † contestor, & exorcizo, adjuro, atque viriliter mando, & impero supradictis spiritibus Dei rebellibus per eum, qui dixit, & facta sūt: cui obediunt omnes creaturæ: & per quatuor animalia circa sedē majestatis Dei gradientia, oculos ante, & retro habentia; per illam sanctam æternitatē, quam Deus habet; & per nomina, quæ dicuntur de filio Dei; & per ineffabilem ipsius Creatoris virtutem, & omnipotentiā; & per summam sapientiam ipsius omnipotentis Dei: & per sanctissimum nomen ejus, per quod timer, & tremunt omne seculum, quod est Jesus. Et per novem choros Angelorum, ut incontinenti sine aliqua simulatione, & fallacia, sine stridore mecum loquamini, nil mentiendo, nil lædendo, sed potius jussionibus meis obediendo; & quæ præcipiam diligenter adimplendo; & sicut per nomen Dei, quod Moyses nominavit, absorpti fuerunt à cavernis abyssi Dathan, & Abiron; sic in virtute illius sanctissimi nominis maledico vos, & usque in profundum abyssi usque ad diem judicii projicio, & relego. Amen.

Philip. 2.

Num. 16.

Hic Exorcista habeat incensum benedictum propria benedictione, & projiciendo ipsum in igne similiter benedictum dicat.

ORA

ORATIO.

O Adonay, Saday, Eloym. per invocationem sanctissimi nominis tui Domine sancte pater omnipotēs æterne Deus, dona nobis auxilium tuum super fumum hujus incensis ut sit in nostro adjutorio ad expellendum spiritus istos maledictos, qui hanc imaginē, & similitudinem tuam detinent. Sicut ascendit fumus aromatum in conspectu tuo domine Jesu Christe; sic fumus hujus incensi torqueat, inflamet, & expellat supradictos nefandissimos, & abominabiles spiritus, & per omnes virtutes cœlorū dona nobis, ne ipsi maligni spiritus amplius ullam habeant potestatem super creaturam istam N. pretioso sanguine tuo redemptam. Qui vivis, & regnas in secula seculorum, Amen.

*Ex con-
rationibus
S. Zenonis.*

EXORCISMUS.

I Terum exorcizo † vos per potentissimum, & corroborantissimum Deum, atque impeto vobis supradictis spiritibus Dei rebellibus per eum, quem Enoch, *Eccles. 44.* & Helias nominabunt ad pugnandum contra Antichristum; & per eum, qui præcipitabit vitium universæ terre in monte sancto: & per illum, per quem Angeli ab hoc constituti (corporibus, & tubis assumptis) terribile iudicium, sonitu tubæ mundo insonabunt. *I. Cor. 15.* Per eum vos conjuro, † per quem Angeli clamabunt dicentes. Surgite mortui, venite ad iudicium. Ad quorum vocem omnes mortui, boni, & mali in momento oculi resurgent. Et per illum, per quem justii resurgent: & mox ab *Ibidem.* Angelis in aëre rapiuntur, semper cum Domino regnaturi. Et per eum, per quem omnes, qui vitales spiritus receperunt, resuscitabuntur ætate plenitudinis Christi. Et per illum, qui de eadem materia reformabit idē corpus; cui omnis integritas aderit, & decor, quamvis unūquodque corpus, vel membrum Deus in suum locum decentem restaurabit. *Eph. 4.* Per ipsum te conjuro, † per *Luc. 3.* quem omnes montes humiliabuntur, & colles, & valles omnes implebuntur, & erit omnis mundus æqualis.

Et

Mat. 25.

Et per illum, in quo Sol, & Luna obscurabuntur, & Stellæ cadent de cœlo. Conjuro † vos per illum, qui venturus est ad iudicium, sicut Imperator ingressurus civitatem corona coronatus: & omnia insignia proferuntur, per quæ adventus ipsius cognoscitur, ita Dominus cum omnibus suis ordinibus Angelorum veniet ad iudiciū, & Angeli præbunt: & tunc omnia simul turbabuntur in tempestate ignis, & fulguribus maximis undiq; ferientibus: ut dicitur in Psalmo. Ignis ante ipsum præcedet, & in circuitu ejus tempestas, valida, & tunc pugnabit pro eo orbis terrarū cōtra insensatos, & peracto iudicio diabolum cum omnibus impiis suis viriliter, & potenter in carcerem, & in stagnum ignis, & sulphuris præcipitabit: ipse verò cum electis suis omnibus cum triumphali gloria in cœlestem patriam revertetur.

Psal. 96.

CONJURATIO.

Gen. 7.

Conjuro † vos spiritus supradictos Dei rebelles per potentiam Dei, qua sicut ipse fecit olim aquas diluvii mūdo prævalere, & super omnes montes per quindecim cubitos inundare: ita faciet ignem mundo prævalere ardentem. Conjuro, † contestor, exorcizo, & viriliter vobis impero supradictis spiritibus Dei rebelibus per nomen Dei vivi, veri & sancti, & per omnipotentiam ejus, per quam ipse secula purgata faciet permanere, ut dicitur in Psalmo. Mutabis eos, & mutabuntur. Conjuro † vos, & vobis impero, ac potenter constringo per omnia nomina Dei terribilia, & opera, quæ supra dixi, & facturus est, & per sanctissimā sedem suam, atq; beatitudinem, in quæ gloriosè vivit, & regnat, & imperat, atq; regnaturus est in secula seculorum. Amē,

Psal. 20.

CONJURATIO.

Iterum conjuro vos supradictos spiritus Dei rebelles per nomina Dei Heloym, † & Heloa, † ut statim respondetis, & obedientiam porrigatis mihi, & sine dilatione aliqua recedatis; alioquin virtute, & per virtutem

tutem sanctorum Dei nominum, in stagnum ignis, & sulphuris vos precipito, æternaliter condemno. Amen. Conjuro † vos supradictos spiritus Dei rebelles, per potentissimum, & corroborantissimum Deum; per formam, & admirabilem, & invisibilem Deum: & per hæc sancta Dei nomina Tetragramaton † Alpha, † & Omega † Jehova † Agla, ut mihi respondeatis, & obedientiam porrigatis, & sine dilatione aliqua recedatis; alioquin in virtute, & per virtutem sanctorum Dei nominum in stagnum ignis, & sulphuris vos æternaliter condemnandos precipito, atq; condemno usque in diem Judicii. Amen. Conjuro † vos, & vobis precipio per dominum Deum nostrum, qui dixit per Prophetas: Ego occidam, & ego vivere faciam: percutiam, & ego sanabo: & non est qui possit de manu mea eruere, ut recedatis statim eo modo, & ea conditione, ut sæpe superius vobis injunxi: alioquin in virtute, & per virtutem sanctorum Dei nominum vos condemno, ut supra sæpe sententiatum est. Conjuro vos † per gratiam Spiritus sancti paraclyti: & per obedientiam Isaac, qui patri suo fuit obediens usq; ad mortem, ut statim mihi respondeatis, & obedientiam porrigatis; & sine dilatione aliqua faciatis, quæ vobis precipio; alioquin in virtute, & per virtutem sanctorum Dei nominum vos in stagnum ignis, & sulphuris æternaliter condemnandos precipito, atq; condemno usque in diem Judicii. Amen. Conjuro † vos per tres pueros existentes in camino ignis, scilicet Sidrac, Misac, & Abdenago; per nomina Christi, per tremendum diem Judicii: per ineffabilem Deum, qui est Creator omnium rerum: per septem candelabra, quæ in dextra Dei sunt: quinque vulnera Christi, per clavos Christi, per sudorem, & sanguinem Christi: per Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, & potestates. Virtutes, Cherubim, & Seraphim: per mortem, & sepulturam Christi. ut statim recedatis ab hac creatura Dei N. Conjuro † vos spiritus Dei rebelles per suffragia Prophetarum: per merita Apostolorum; per victoriam Martyrum;

per

Apos. 2^oDeut. 32^oGen. 22^oDeut. 3^oLuc. 18^o

*Luce. 2.**Matt. 26.*

per fidem Confessorum : per castitatem Virginum : per
intercessionem omnium Sanctorum, & Sanctarum, at-
que electorum Dei, ut statim recedatis ab hac creatura
Dei N. Conjuro † vos spiritus, & vobis præcipio, potenter
adjuro, & constanter exorcizo, ac viriliter impero
per circuncisionem, & sanctum jejunium Christi, per
baptismum, & passionem Christi; per resurrectionem,
& admirabilem ascensionem domini nostri Jesu Christi,
per sepulturam Christi : per panem quem fregit, & de-
dit discipulis suis in cœna dicens. Accipite, & manduca-
te. Hoc est enim corpus meum. Et per vinum, quod po-
suit in calicem. dicens. Accipite. & bibite ex hoc om-
nes. Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro
vobis effundetur in remissionem peccatorum. Et per
illum amorem, quo ardebat virgo Maria in amore Jesu
Christi; & per dilectionem, quæ est inter Christum, &
Ecclesiam, ut statim ab hac creatura Dei N. recedatis,

CONJURATIO.

Conjuro † vos spiritus Dei rebelles, quibus data est
potestas super istud corp^o, & super omnia alia cor-
pora, quæ vexantur, per patrem, & Filium, &
Spiritum sanctum, & per omnes sanctos Apostolos Dei
Cardinales, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Subdia-
conos, Acolitos, Exorcistas, Ostiarios, & Lectores, & per
magnum nomen Dei Hel, † ut mihi respondeatis, & o-
bediatis: & quæ præcipio, diligenter adimpleatis; ut sta-
tim recedatis ab hac creatura Dei N. alioquin in virtute,
& per virtutem sanctorum Dei nominum in stagnum ignis,
& sulphuris vos æternaliter concremendos præcipito, &
condemno usque in diem judicii, & statim, & sine mo-
ra tanquam devicti, & fugati, auctoritate domini nostri
Jesu Christi, & potestate ipsius recedatis ab hac creatu-
ra Dei N. sine nocumento sui, & omnium Christiano-
rum: & faciatis taliter, ut possim scire veritatem, & ea-
tis ad locum desertum, ubi nullam creaturam deinceps
molestare possitis, omni mora postposita, & hanc crea-
turam

Luce. 9.

curam Dei, quam tanto tempore molestastis, amodo
relinquatis in sua pristina sanitate, & nunquam ipsam
deinceps molestare valeatis. In nomine Pa†ris, & Fi†
lii, & Spiritus † sancti. Amen.

Explicit Exorcismus quartus.

EXORCISMUS V. ADVERSUS SPIRITUS immundos.

*Exorcista indutus vestibus sacris, pergat ad alta-
re, vel ante aliquam imaginem: & premissa
(ut sepius dictum est) sacramentali confessione,
corde humiliato, & firmo, flexis genibus, seipsū
signando, dicat.*



N nomine sanctissimæ, & individuæ
Trinitatis, Pa†ris, & Fi†lii, & Spiri-
tus † sancti. Amen.

V. Adjuvatorum nostrū in nomine Do-
mini.

Psal. 124.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

V. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

R. Et salutare tuum da nobis.

V. Adjuva nos Deus salutaris noster.

R. Et propter gloriā nominis tui Domine libera nos.

V. Nihil proficiat inimicus in nobis.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

V. Fiat misericordia tua Domine super nos.

R. Quemadmodum speravimus in te.

V. Exurge Christe, adjuva nos.

R. Et libera nos propter nomen tuum.

Bb

V. De.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Luc. 9.

Domine Jesu Christe, qui dedisti Apostolis tuis virtutem, & potestatem super infirmos, & languores: ut infirmos curarent: mortuos suscitarent: leprosos mundarent: demones ejcerent: confirma in me hanc gratiam, quamvis indignus, & miser peccator sim: & non respicias ad innumerabilia peccata mea: sed sicut consuevisti peccatorum misereri, & preces humilium exaudire; propter magnam misericordiam tuam, ita me nunc exaudire digneris: & sicut exaudisti latronem in Cruce: ita me nunc exaudire digneris clamantem ad te contra istum spiritum vexantem hunc famulum tuum N. ut in nomine sancto tuo terribili, ipsum expellere valeam. Qui cum patre, & spiritu sancto vivis, & regnas in secula seculorum, Amen.

Luc. 23.

*Hic Exorcista surgens ab oratione, dicat
sequentia Evangelii.*

- ¶ In principio erat verbum *Quare sup fol. 327.*
- ¶ In illo tempore. Recumbentibus undecim discipulis, &c. *Quare supra fol. 347.*
- ¶ In illo tempore. Ductus est Jesus in desertum à spiritu, ut tentaretur à diabolo. *Quare supra fol. 347.*

*Postea dic infra scripta verba, signando ob-
sessum in fronte.*

*Divus
Hieronymus, ubi
supra.*

HEl † Heloym † Heloa † Eheye † Theetragram-
maton † Adonay † Sabaoth † Messias † Sothet
Emanuel † Agyos † Yschyros † Orheos † Atha-
natos † Agla † Ichova † Ya † Christus vincit † Chri-
stus regnat † Christus imperat † Increatus Pater †
Increatus Filius † Increatus Spiritus sanctus. † Ecce
Crucem

Crucem † Domini, fugite partes adversæ, vicit leo de tribu Juda, radix David.

*Symbolus
Athanasii.*

CONJURATIO.

Conjuro vos † spiritus Dei rebelles, qui hanc Dei creaturam N. occupare, & molestare vestra obstinara rebellionem non cessatis per omnia supradicta, & per omnia, quibus in nomine Jesu cogi, vel constringi potestis, maximè per Patrem, per Filium, per Spiritum sanctum, qui residet in sublimi solio, & cuncta gubernat, & sua virtute, & sapientia disponit. Conjuro † vos per potentissimum, & fulgentissimum nomen Dei Hel: & per ipsum Deum, qui in excelso throno sedet, *Isaia 6.* unus in essentia, & trinus in personis: à quo omnia tam in esse, quàm in conservari primordialiter dependent, tanquam à vero Creatore, & conservatore cunctorum. Conjuro † vos per omnem gloriam, & omnipotentiam Divinæ majestatis ejus; & per quatuor animalia: quæ in circuitu ejus existunt: & per eadem Divinæ majestatis: *Apo. 4.* & per septem candelabra aurea ante thronum Dei existentia: & viginti quatuor seniores in conspectu Dei sedentes, qui quotidie non cessant clamare dicentes: Sanctus Sanctus, dominus Deus Sabaoth; quod statim sine mora, sicut fluit cera à facie ignis, ita nunc fugiatis ab hac creatura Dei N. alioquin in virtute Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti, auctoritate domini nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi per omnia supradicta, sit Lucifer ille spiritus nefandissimus cum omnibus subditis suis, & cum omnibus furis, & pœnis infernalibus contra vos omni sua indignatione, & furia indignatus. & vos statim per omnia supradicta in stagnum ignis, & sulphuris, & in profundum abyssi usq; in diem judicii, tanquam crudelis minister Dei, omnibus infernalibus pœnis excruciet in secula seculorum. Amen.

Luc. 9.

CONJURATIO.

Iterum conjuro vos † spiritus supradictos Dei rebelles per hæc sanctissima nomina Dei Hel † Heloym † Heloa † Adonay † Saday † Lux † Thetragrammaton

*D. Hieron.
ubi supra.*

† Alpha, & Omega † Messias † Sother † Emanuel †
 Sabaoth † Sapientia † Virtus † Via † Veritas † Vita †
 Agyos † Otheos † Yschiros † Athanatos † Principium,
 & Finis † & per omnia alia nomina Dei tam nota,
 quam ignota, tam mortalibus creaturis, quam immor-
 talibus vos constringo, ut amodo non comprimatis,
 nec comprimere possitis, nec lædatis, nec lædere possi-
 tis: nec molestare, neq; vexare valeatis in aliquo etiam
 minimo hunc famulum Dei N. sed protinus per omnia
 supradicta ab eo fugiatis, sicut fugit fumus à facie ventis
 & sicut fluit cera à facie ignis; sic subitò, & immediatè
 eo modo, & conditione, ut superius injunxi, recedatis.
 Et sicut per manus beati Jacobi Zebedei, Philetus
 liberatus fuit à maleficiorum ligationibus Hermoge-
 nis: ita auctoritate domini nostri Jesu Christi Nazare-
 ni crucifixi vos supradictos nefandissimos, & abomina-
 biles spiritus; quæ hanc creaturam Dei N. vexatis, & occupa-
 re, & molestare vestra obstinata rebellione non
 cessatis, conjuro, † confessor, & potenter exorcizo, & oc-
 cupo vobis viriliter impero, cogo, constringo, fugo, & expel-
 lo vos omnes spiritus supradictos Dei rebelles per om-
 nem potentiam Dei Pa † tris, per omnem sapientiam
 Dei Fi † lii, & per omnem virtutem Dei Spiritus † san-
 cti; quia Christus vincit † Christus regnat † Christus
 imperat, † & vobis præcipio, quòd immediatè, tan-
 quam devicti, & fugati auctoritate, & potestate domi-
 ni nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi ab hoc famulo
 Dei N. recedatis, eo modo, & conditione, ut superius
 injunxi, & ad locum desertum, ubi nullam creaturam
 Dei deinceps molestare possitis, pergatis, omni mora,
 & occasione postposita, & hunc Dei famulum N. quem
 tantum molestastis, amodo relinquatis in sua pristina sa-
 nitate, & nunquam ad ipsum deinceps redeatis, nec mo-
 lestare valeatis. Alioquin per omnia supradicta strictis-
 simè, & potentissimè, auctoritate, & potestate domini
 nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi ex nunc mando, &
 impero Lucifero, Beelzebub, Satanæ, & omnibus furis
 infernalibus, ut statim, & sine mora contra vos insurgat,
 & ia

*Legatur
 Vita Beati
 Jacobi A-
 postoli.*

Loc. 3.

Ibidem.

& in stagnum ignis, & sulphuris, & in profundum abyssi æternaliter vos cōcremandos præcipitent, atq; indispensabiliter ligent vos omnibus pœnis simul, nulla deficiente, & vos Dei & sanctorum nominum ejus rebelles crucient, & affligant usque in diem Judicii. Amen.

CONJURATIO.

Conjuro † te dæmon per illam venerandam annunciationem, quam fecit Angelus Gabriel Virgini Mariæ, dicens; Ave Maria gratia plena Dominus tecum. Et per humilem, atque prudentem responsionem qua dixit Angelo: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et per illam reverentiam, quam fecit sanctus Joannes Baptista domino nostro Jesu Christo, dum ambo essent in corpore matrum. Et per Nativitatem ejusdem domini nostri Jesu Christi: & per pannos, quibus fuit involutus, & per aquam, in qua primo baptizatus fuit: & per miracula, quæ apparuerunt, quando Christus natus fuit; & per annunciationem, quæ fecit Angelus Dei pastoribus, dicens. Annuncio vobis gaudium magnū, quia natus est hodie Salvator mundi. Per circumcisionem Christi, per oblationem Virginis Mariæ, quando obtulit eum in Templo. & per reverentiam, quam fecit ei Simeon, quando dixit. Nunc dimittis servum tuum Domine, totum. & per disputationem Jesu Christi; & per sanctum Baptismum ejus, quando Joannes eum baptizavit in Jordano flumine: & per columbam, quæ tulit Spiritum sanctum super caput ejus: & per vocem mirabilem Dei vivi, dicentem. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ut statim recedatis ab hac creatura Dei N. & per hæc nomina Dei, & Christi, Agyos † Sother † Messia: † Sabaoth † Emmanuel † Adonay † Ortheos † Athanatos † Theragrammaton † Jesus † Christus † Heloym † Homoufion † Salvator † Alpha, & Omega † Primogénitus † Principium, & finis † Via † Veritas † Vita † Virtus † Paraclytus † Sapientia † Mediator † Agnus † Ovis † Leo † Os † Verbum † Imago † Lux † Gloria †

Luc. 1o

Luc. 1o

Ibidem.

Joan. 1o

Luc. 2o

Ibidem.

Ibidem.

Mat. 17o

Cap. 8. 25

9. huius operis.

Sol † Splendor † Panis † Fons † Ostium † Sponsus †
 Pastor † Sacerdos † Propheta † Sanctus † Omnipotens
 Misericors † Deus immortalis † Pacificus † Oriens †
 Charitas † Mons † Aeternus † Creator † Redemptor
 † Vitis † Stella † Substantia † Bonitas † Summum
 bonum † Spes † Fides † Honor † Spiritus † Ischyros
 † Flos † Filius † Primus, † & Novissimus. Defende
 ergo domine Deus famulum tuum N. à Diabolo, & à
 spiritibus omnibus eum vexantibus die, noctu que &
 omni hora dici, noctis per tua sanctissima nomina & per
 tuam misericordiam præsta quæso Fili Dei vivi, mi-
 serere nobis, & famulo tuo N. vexato à diabolo, & à spi-
 ritibus immundis, qui dixisti, Petite, & dabitur vobis:
 pulsate, & aperietur; quærite & invenietis, nunc peto,
 pulso, & quæro. Et sicut promisisti in tuo nomine,
 ita fiat tua amplissima potentia, virtute, & misericor-
 dia, Amen.

Ioan. 16.

CONJURATIO.

Conjuro † vos omnes spiritus, qui infestatis hanc
 creaturam Dei N. cujuscunque nominis sitis, &
 omnes vobis faventes, cujuscunque præsidentiæ
 sint, ut minister domini nostri Jesu Christi, habens ple-
 nam auctoritatem, libertatem, & potentiam, vobis o-
 mnibus nunc strictissimè injungo, mando, & impero
 per hæc Dei nomina sanctissima Hel † Heloym † Ado-
 nay † Saday † Ya † Jehova † Agla † Emanuel † Agyos
 † Otheos † Ischyros † Athanatos † Alpha, & O-
 mega, Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus Saba-
 oth, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, Sanctissima
 Trinitas, Unus Deus, Creator omnium: quod statim,
 immediatè, remota omni causa, vos omnes spiritus hæc
 Dei imaginem infestantes, & vexantes, & in ea habitan-
 tes de quocunque loco, ubicunque latitatis, recedatis,
 & superi⁹ ad linguam ascendatis, non recessuri sine mea
 licentia: & loquamini mecum veritatem de omni illo:
 quod vos interrogare voluero aperitè, & clarè, sic quod
 vos intelligam bene: & ex nunc vobis impero per om-
 nia

Luc. 1.

Isaia 6.

nia, quæ in nomine Jesu Christi vos cogere, ligare, & affligere possunt, ut narretis mihi causam, quare super hanc creaturam Dei N. venistis, & quare eam infestatis: deinceps obediendo mandatis meis omnibus. Alioquin per omnia supradicta, vos omnes spiritus, qui hanc Dei creaturam N. invasistis, in profundum abyssi projicio, & ibidem vos potenter ligo, & relego indissolubiliter usque ad ultimum diem Judicii inspensabiliter, auctoritate domini nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi, dicentis. *Mar. 16.* Signa autem eos, qui in me crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia ejicient: linguis loquenter novis: serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponet & bene habebunt. Et sicut ipsemet Deus verbum caro factum est homo, natus ex Virgine Maria, *Ioan. 1.* & habitabat in mundum, verus Deus, homo, una persona prædicans Evangelium salutis æternæ: sanans infirmos, & dimittens peccata, ac suscitans mortuos: ita per omnia supradicta ego, ut minister Dei Patris, & Filii, † & Spiritus † Sancti vos conjuro, † adjuro, & viriliter constringo: vobisque omnibus strictissimè impero, & mando, quod in omnibus mihi obediatis verè, & sine mora nunc, & semper. Amen.

Hic interroga de omnibus concernentibus ad dæmonis expulsionem, & liberationem, obsessi. Postea sic sequere.

CONJURATIO.

Conjuro te † dæmon per illum, cujus Nativitatem *Luc. 1.* Angelus Mariæ virgini annunciavit: qui que pro nobis peccatoribus descendit de cælis: & incarnatus est de Spiritu sancto, nascens ex Maria virgine, & homo factus est. Conjuro te † dæmon per eundem, qui *Ibidem 2.* vilibus indumentis indutus in præsep'o jacerq' voluit: qui infantiles necessitates sustinens, uberibus virgineis lactatus fuit; pastoribusque nunciatus fuit: qui que, ne

- Matt. 2.* legem impleret, circumcidi voluit. Coniuro te † dæmon per eundemmet, qui Magis (Stella prævia) manifestum se fecit, in temploq; præsentatus in ulnis Simeonis excipi voluit, & in Aegyptum fugit. Coniuro te † dæmon per eundem, qui inventus in Templo in medio Doctorum fuit; & qui à Joanne baptizari voluit: in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus jejunavit, & à diabolo tentari voluit. Coniuro te † dæmon per eundem, qui vocatus ad nuptias, aquam convertit in vinum, quique cæcos illuminavit: surdos fecit audire; claudos ambulare; & qui infirmos propria virtute, & potestate sanavit. Coniuro te † dæmon per illum, qui dæmones è corporibus obsessi expulit: qui leprosos mundavit: mortuos suscitavit: cæco nato lumen restituit; super aquas siccis pedibus ambulavit. Coniuro te † dæmon per eundem, qui in monte Thabor coram Discipulis suis figuratus est: & qui Cananeam pro filia sua rogantem exaudivit; mulieremque deprehensam in adulterio, lachrymantem nō despexit. Coniuro te † dæmon per eundem, qui publicanum ad pœnitentiam vocavit: Petrum lachrymantem suscepit; quiq; ex itinere fatigatus corpus suum fame: & siti afflixit, & compatiendo nostris calamitatibus lachrymatus est. Coniuro te † dæmon per eundem, qui dæmoniacus, & potator vini appellari voluit, qui indigentiam paupertatis sustinuit: quique cum Maria, & Martha ad monumentum Lazari defuncti ploravit, ipsumque Lazarum quadriduanum scelerentem è monumento excitavit: quiq; prævidens desolationem Hierusalem flevit. Coniuro te † dæmon per eundem, qui dignatus est pedes Discipulorum suorum lavare: & qui in Cœna panem, & vinum suis sanctissimis verbis in corpus, & sanguinem suum convertit: & appropinquante termino sub passionis, usque ad sudorem sanguineum ad Patrem oravit: & à Juda suo discipulo tradi, & osculari voluit. Coniuro te † dæmon per eundemmet, qui ab impiis derisus, & vinculis ligatus: & ad Pontifices ductus, in concilio Judæorum accusatus: pugnis, & alapis in faciem demum cædi voluit. Coniuro

Ibidem.

te

te † dæmon per eundem, qui sputis, & opprobriis affectus, facie velari, colaphis cædi, palmis percuti, & variis injuriis blasphemari: ad columnam nudus ligari: & pro nobis usque ad sanguinem verberari voluit. Conjuro te † dæmon per eundem, qui à Pilato traditus fuit militibus: & ab eis veste purpurea indutus: coronatus: arundine percussus, & genuflexionibus subinanatus fuit *Ibidem.*

Conjuro te † dæmon per eundem, qui Rex Judæorum justè nominatus; à Pilato injustè judicatus: & ejus jussu flagellatus fuit: veste purpurea exutus: ligno Crucis oneratus, & cum latronibus deputatus. Conjuro te † dæmon per eundem, qui vestibus propriis coram omnibus exutus, in Cruce elevatus: brachiis extensis, durissimis clavis in ea affixus: à prætereuntribus. ab ipsisque summis pontificibus blasphematus fuit. Conjuro te † dæmon per eundem, cujus labia dulcissima, & melliflua aruerunt: faciemque illam suam speciosam verberibus affectam, ut leprosam ostendit, qui que pro suis crucifixorib. Patrè exoravit: latronè in Cruce exaudivit: Matrem propriam Joanni commendavit. Conjuro te † dæmon per eundem, qui sitiens felle, & aceto potatus fuit: qui que ad Patrem suum magna voce clamans. In manus tuas commendo Spiritum meum, dixit: qui venerandum illud caput suum inclinans, Spiritum emisit. Conjuro te † dæmon per eundem, qui pretioso sanguine suo totum mundum redemit: qui que lancea in latere suo perfossus fuerat, ex quo sanguis, & aqua exivit. Conjuro te † dæmon per eundem, qui de Cruce vespere fuit depositus: qui que in monumento novo sepultus: maxima cum virtute ad inferos descendens, portas æreas confregit, & potentia sua diabolum vicit: & infernum expoliavit. Conjuro te † dæmon per eundem, qui tertia die resurgens à mortuis, Mariæ Magdalænæ, & discipulis suis apparuit: & eis Spiritum sanctum infudit: die verò quadragesima, illis videntibus, in cælum ascendit: & post quinquagesimum diem Spiritum sanctum Paraclytum in linguis igneis super illos misit: & per eundem, qui venturus est judicare vivos, & mortu-

*Ex anti-
quis exor-
cismis.*

Mat. 25.

os: & te maledicte diabole, & seculum per ignem, ut statim exeas, & recedas ab hoc famulo Dei N. cum omnibus iniquitatibus, maleficiis, incantationibus, ligaturis, & facturis tuis, nunquam ad eum rediturus. Nec te lateat maledicte Satana: nec te lateat creatura damnata, & reprobata, & maledicta à Deo in æternum propter nequiciam tuam: nec te lateat spiritus immunde, ubicunq; latitas in corpore istius creaturæ Dei N. imminere tibi diem Iudicii sempiterni, diemq; , qui venturus est, velut clibanus ardens, in quo tibi, & omnibus Angelis tuis Apostaticis æternus superveniet iateritus. Et ideo pro tua nequitia damnate, atque damnande da honorem Deo † vivo, & vero: da honorem Jesu † Christo Deo, & Salvatore nostro: da honorem Spiritui † sancto Paraclyto, in cujus nomine, atque virtute ego precipio tibi immunde spiritus, ubicunq; latitas in corpore istius N. ut exeas, & recedas ab eo, & nunquam de cætero ad ipsum accedas: quia istum Deus, & dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, fontemq; baptismatis, dono suæ gratiæ vocare dignatus est, ut fieret ejus Templum per aquam regenerationis, & remissionem omnium peccatorum: & per nomen, & virtutem ejusdem Dei, & domini nostri Jesu Christi. Qui venturus est judicare vivos, & mortuos, &c.

CONJURATIO.

VRgeat ergo te dominus noster Jesus Christus Dei filius; urgeant te Angeli Dei; urgeant te Archangeli; urgeant te Patriarchæ, & Prophetæ; urgeant te Apostoli, & Evangelistæ; urgeant te Martyres; urgeant te Confessores; urgeant te Virgines; urgeant te omnes Sancti, & electi Dei: deficiant ergo omnes artes, & insidix tuæ in dies, & omnibus horis. Reddite ergo, o rebelles Dei, fortitudinem: reddite animæ sanitatem, non tætetis, nec morti tradatis: non in esca, non in potu, non in locis, ubi habitat, non superveniatis vigilanti, nec dormienti, nec ei noceatis, neque vocem suffocetis, nec impediatis quærentem vitam æternam,

Hic

Hic Exorcista signet omnia membra infirmi, dicens.

Recedite ergo per nomen æterni Dei à capite, à *Ex anti-*
 capillis, à verrice, à fronte, ab oculis, à lingua, à *quis exor-*
 sublingua, ab auribus, à naribus, à collo, à maxil- *cismis.*
 lis, à dentibus, à gutture, à gingivis, ab ore, à palato, à
 cerebro, à pañiculis cerebri, à ciliis, & superciliis, à pilis,
 à pedibus, à tibiis, à genibus, à cruribus, à partibus vere-
 cundis, à renibus, à lateribus, ab intestinis superioribus,
 & inferioribus, à fæmore, à ventre, à stomacho, à corde,
 à spatulis, ab humeris, à pectore, ab ubéribus, à brachiis,
 à manibus, ab unguibus, ab ossibus, à nervis, à venis, à
 medullis, à pulmone, à compaginibus membrorum
 fuorum, de omnibus juncturis, & à toto corpore, & ab
 omnibus partibus corporis, & de vestimentis ejus, in-
 tus, & foris, & de tota carne, de tota pelle, ubicunque
 latitatis, & latere possitis: separate vos ab hac creatura
 Dei N. & sicut separavit dominus Deus cœlum à terra;
 lucem à tenebris: veritatem à mendacio: bonum à ma- *Gen. I*
 lo: sic sitis separati ab ista creatura Dei N. immun-
 dissimi spiritus nunc, & semper. Per eum, qui
 venturus est judicare vivos, & mor-
 tuos, & seculum per ignem.
 Amen.

Explicit Exorcismus quintus.

EXOR-

EXORCISMUS VI.

POTENTISSIMUS,
TERRIBILIS, ET MIRABILIS
efficaciæ ad effugandos spiritus im-
mundos de obsessis corpo-
ribus;

Cujus practica propriè spectat ad
Sacerdotes.

*Exorcista pugnaturus adversus demones: serva-
to ordine prescripto in primo Exorcismo, flexis
genibus devotè dicat Psalmum.*

Psalm. 50.



Miserere mei Deus: secundum magnam
misericordiam tuam,
Et secundum multitudinem misera-
tionum tuarum: dele iniquitatem
meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: & à peccato
meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & pecca-
tum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: ut justifice-
ris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in pecca-
tis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta, & occulta sapi-
entiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me domine hyssopo, & mundabor: lavabis me,
& super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium, & lætitiā: & exultabunt
ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniqui-
tates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : & spiritum rectum in-
nova in visceribus meis.

Ne projicias me à facie tua : & Spiritum sanctum tu-
um ne auferas à me.

Redde mihi læticiam salutaris tui : & spiritu principali
confirma me.

Docebo iniquos vias tuas : & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ : &
exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine labia mea aperies : & os meum annuntiabit
laudem tuam.

Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem utique: ho-
locaustis non delectaberis

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum,
& humiliatum Deus non despicias.

Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion : ut æ-
dificentur muri Hierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & ho-
locausta : tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri, & Filio, &c.

ANTIPHONA

Ne reminiscaris Domine delicta nostra, vel paren-
tum nostrorum : neque vindictam sumas de peccatis
nostris.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tu-
um, adveniat regnum tuum. &c.

totum.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Eccle. 18.

O Altissime conditor qui omnia simul creasti ex nihilo: qui dividens cœlum, & terram, etiam mari terminum posuisti, quem nemo præterire potest, qui ex elementis creaturas condidisti, & unicuique propriam virtutem dare voluisti. Supplico ergo clementiam tuam ego peccator nomini tuo consignatus & unda baptismatis regeneratus: quod sicut sanctis Apostolis tuis dedisti potestatem super malignos spiritus, & virtutes eorum, ipsosq; fugandi à corporibus hominum: ita nunc tua sancta clementia mihi, licet indigno famulo tuo N. præstare digneris dono tuæ gratiæ virtutem fugandi istos malignos spiritus ab hac creatura tua N. invocatione tui sanctissimi nominis. Per Christum dominum nostrum, Amen,

Lucæ 9.

ORATIO.

O Summa majestas, & ineffabilis essentia, atque divina sapientia deitatis, Alpha, & omega, carens, principio, & sine verborum sine tempore: cui omnia possibilia sunt. O ineffabilis, & admiranda deitas, ò summa potestas, ò virtus altissima, ò cœlestium rerum mundi Creator, qui sedes in excelsis throno, cælo: um altitudinem, & abyssos intueris: & omnia ante te præsentia existunt: illumina nunc, & semper, & sana dono tuæ gratiæ, & salutis hanc creaturam tuam N. quam ad imaginem tuam formasti; & libera eam ab omnibus laqueis malignorum spirituum, quibus quotidie alligatur, & ab omni infestatione, & molestia ipsorum, quibus torquetur, sicut liberaisti David de gladio maligno, & Jonam de ventre Ceti, & Daniele de lacu Leonum, & tres pueros de camino ignis ardentis, & Petrum, de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Judæorum. Sic domine Jesu Christe unà cum Patre, & Spiritu sancto, tua clementia immensa, precibus beatissimæ Virginis Mariæ matris tuæ, & omnium Sanctarum, & sanctarum tuarum liberare digneris hanc creaturam

*Isaia 6.**1. Reg. 17.*

turam tuam N. sanguine tuo redemptam, & unda baptismatis regeneratam ab omni vexatione malorum spirituum: libera nunc eam tua sancta virtute, & invocatione, & da ei nunc, & semper perfectam fidem spiritus liberationis, & timorem tui, & amorem, quibus tibi semper seruiat, & abrenunciet Satanæ, & omnibus malignis spiritibus: & tua sancta medicina reducat ad pristinum sanitatis statum: Per te, qui in Trinitate perfecta vivis, & regnas in secula seculorum, Amen.

O R A T I O.

Domine Deus sancte Pater omnipotens, qui es Alpha, & Omega, hoc est principium, & finis, Absq; principio, & fine: & quo vivens homo cognoscit, Rex summe, & Imperator excellens, qui Deus es, Rex regum, & Dominus Dominantium: qui etiam es pius, misericors, clemens, benignus gloriosus, & mirabilis in tuis sanctis: mundum tenens manu tua: & omne quod creatum est, potestate tua conservans: qui cælorum contineres firmamentum, qui thronos, & abyssos intueris: qui montes ponderas: terramque palmo concludis: qui fecisti spiritus Angelos tuos, & ministros tuos flammam ignis: qui producis ventos Thesauris tuis: qui percussisti primogenita Ægypti ab homine usque ad pecus, qui divisisti lucem à tenebris: qui fecisti luminaria magna Solem, & Lunam Deus totius misericordiæ. Ego quidem N. creatura tua sanguine filii tui redempta, & unda baptismatis regenerata, & servus tuus, quamvis indignus, & peccator miser sim: & insufficiens mei fragilitate, & defectu virtutis ad te recurro confidenter velut ad tutum portum, & refugium singulare: Deum meum, & dominum reverenter, & misericorditer peto, & te humiliter supplico quantum scio, & valeo, ut nunc digneris me esse in tuo sancto servitio, & ministerio hujus artis virtute omnium tuorum verborum: nec tribuas mihi peccatori secundum peccata mea, secundum quod sum aggravatus, & involutus mei temeritate; sed tu clemens, pius, & misericors, propitius, & benignus adesto mihi

miser-

*Apoc. 1o**Apoc. 19o**Psal. 101.*

miserimo peccatori, & miserere mei. Miserere mei
 Domine, cum plus sit tua misericordia, quam omnia
 peccata, & scelera mea, quæ commisi à die, & hora nati-
 vitatis meæ usque in diem, & horam præsentem, quam
 exprimere non possum: quare digneris me exaudire
 nunc, & semper, sicut dignatus es exaudire tres pu-
 eros in camino ignis ardentis: & sicut dignatus es exau-
 dire Jonam Prophetam in ventre Ceti: Petrum Aposto-
 lum in carcere: & Mariam Magdalenam tibi veniam
 petentem de suis peccatis: & sicut dignatus es exaudi-
 re publicanum in Templo: & sicut exaudisti preces ma-
 tris tuæ ad nuptias; Latronem in Cruce: Catharinam
 in tormento rotarum. sic tu dulcissimè pater me exau-
 dire digneris, & ostende nunc potentiam, & misericordi-
 am tuam, quam confidenter imploro: & misericordi-
 gratiæ tuæ hoc, quod tunc à te peto cum cordis deside-
 rio, qui dixisti: Petite, & accipietis, &c. Et alibi, Qui
 venit ad me, non ejiciam foras. Unde nunc à te quaero,
 ut in vitute tua, & dono gratiæ tuæ mihi peccatori ser-
 vo tuo indigno virtutem, & gratiam hanc misericordi-
 ter præbeas: ut hos spiritus nefandissimos existentes in
 hac creatura tua N. exeant ab omnibus partibus intus,
 & foris, audito nomine, & verbis tuis sanctissimis: ex-
 pellereque valeam eos sine ulla contradictione, & re-
 bellione in profundum abyssi, non redituros amplius,
 sine læsione hujus corporis, & nocumento omnium
 Christianorum, relinquentes ipsam in sua pristina sani-
 tate: & exeant cum signo evidenti. Quod donum gra-
 tiæ tuæ concedatur mihi à te benignissime Jesu, qui so-
 lus cum Patre, & spiritu sancto verus Deus, & Creator
 es. Et ego, ne vitium ingratitude incurrere videar, te
 laudo, te adoro, te benedico, teque glorifico, nec non
 devotissimè nunc, & in perpetuum serviam, Per infinita
 secula seculorum. Amen.

Zoc. 18.

Joan. 9.

*Hic Exorcista surgat ab oratione, & dicat
sequens Evangelium.*

¶ Sequentia S. Evangelii secundum
Lucam.

IN illo tempore. Convocatis Jesus duodecim Apo- *Cap 9.*
stolis, dedit illis potestatem, & virtutem super omnia
dæmonia, & ut languores curarent. Et misit illos
prædicare regnum Dei, & sanare infirmos. & ait ad il-
los. Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram,
neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in
quâcumque domum intraveritis, ibi manere, & in-
de ne exeatis. Et quicumque non receperint vos, exe-
untes de civitate illa, etiam pulverem pedem vestrorum
excutite testimonium supra illos. Egressi autem cir-
cuibant per castella evangelizantes, & curantes ubiq;
ꝛ. Laus tibi Christe.

ORATIO.

OMnipotens sempiternæ Deus, qui in principio ex *Gen. 1.*
nihilò cuncta creasti, cælum, & terram, mare, &
omnia, quæ in eis sunt: qui nihil odisti eorum,
quæ fecisti, qui inquiris virtutes, & vitia fugas: ita fuga-
re digneris hunc malignum spiritum circa hanc creatu-
ram tuam N. existentem, quia verè credit in te, & in Fi-
lium tuum verum liberatorem dominum nostrum Je-
sum Christum, & Spiritum sanctum à Patre, & Filio
procedentem, & ego etiam pro ipsa credo in te, & Fi-
lium tuum verum liberatorem dominum nostrum Je-
sum Christum, & in Spiritum sanctum à Patre, & Filio *Symbolum
Nicenum.*
procedentem. Amen.

*Hic Exorcista alta voce, forti animo, & cum ma-
gna audacia invehendo contra spiritum obsi-
dentem, dicat.*

CONJURATIO.

AUDI immundissime spiritus intellectualiter,
exorcizo te per Deum Patrem, per Deum Fi-
lium,

Cc

† lium,

† lium, per Deum Spiritum † sanctum. Admoneo te
 & tibi præcipio, nefandissime spiritus, qui stas, & habi-
 tas in isto corpore, vel circa hoc corpus, per Deum om-
 nipotentem Creatorem cœli, & terræ, & per illam po-
 tentiam, quæ te de cœlo præcipitavit ob superbiam tu-
 am : & per virtutem, & in virtute omnium sancto-
 rum nominū Dei, ut divinis verbis, & nominib. sanctis
 & omnib. verbis à me prolatis, & aliis hic existentibus :
 nec non mandatis omnib. sine rebellionē, & contradi-
 ctione festinanter obedias cum effectu. Exurgat Deus,
 & dissipentur inimici ejus, & fugiant, qui oderunt eum,
 à facie ejus. Sicut deficit fumus, deficias spiritus mali-
 gne, qui habitas in hac creatura Dei N. vel circa: decli-
 na te ab hoc famulo Dei N. Spiritus nequissime, & ipse
 scrutabitur mandata Dei sui. Irruat super te formido,
 & pavor in magnitudine brachii nominis Dei. Fiant viz
 tuæ tenebræ, & lubricum, & Angeli Dei, scilicet Micha-
 el, Gabriel, Raphael, & omnes alii Angeli Dei perfe-
 quantur, & expellant te, spiritus maledictæ, de hoc fa-
 mulo Dei N. sic quoddam ad eum nunquam redire valeas :
 & sit tibi interdictus deinceps, & omnibus spiritibus im-
 mundis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus † sancti.
 Amen. Deus pater tibi imperet, Deus filius te cogat,
 Deus Spiritus sanctus, & tota Trinitas simul tibi præ-
 cipiatur, qui habitas in hac creatura Dei N. vel circa. Et
 ego tibi præcipio spiritus nequissime per hæc ejus glo-
 riosissima nomina, scilicet Alpha, & Omega, Agla, Sa-
 day, Adonay, Agyos, Otheos, Yschyros, Athanaros,
 Sabaoth, Deus, Increatus Pater, Filius, & Spiritus san-
 ctus, quod protinus absque læsione alicujus creature
 viventis, ab hoc famulo Dei N. recedas tu maledictæ
 diabole, & cum sanum, ut prius invenisti, sine mora
 ipsum dimittas, & ad eum redire non valeas, nec alter.
 Christus regnat † Christus vincit † Christus imperat
 † tibi spiritui immundo, qui in corpore istius viri ha-
 bitas, & ego tibi impero nequissime diabole per ejus
 sanctissima nomina Tetragrammaron, Hel, Emanucl,
 Hcloym, Paraclitus, Deus, Immenus, Pater, & Filius,
 & Spi-

Psal. 67.

Psal. 34.

*Vide cap. 8.
 huius ope-
 ris.*

& Spiritus sanctus, quòd festinanter audito verbo de
 hoc famulo Dei N. recedas, non obstantibus quibus-
 cunque ligaminibus, quibus teneris hic, & nullam sibi
 læsionem inferas: sed eum sanum dimittas, ut quando
 ad eum tu nequissime perrexisti: Nec ad eum redire
 valeas, vel alter. Et auctoritate domini nostri Jesu *Luc. 9.*
 Christi te N. ab isto spiritu immundo absoluo: & om-
 nia vincula, et ligamina cujuscunque conditionis, po-
 tentiæ, et virtutis existant, quibus spiritus iste tenetur
 in isto corpore, dissolvantur, et confringantur per vir-
 tutem domini nostri Jesu Christi. Amen. Et sic dein-
 ceptis tibi, maledicte spiritus, interdicti omnis via à Deo
 patre omnipotente, et à domino meo Jesu Christo, nec
 non omnibus malignis spiritibus cujuscunque virtutis,
 potentiæ, et conditionis existant. Per ipsum † et cum *Eccl. Rom.*
 ipso † et in ipso † Deo, et per hæc ejus veneranda no-
 mina Athanatos, Sother, Deus, Æternus, Pater, et Fi-
 lius, et Spiritus sanctus, auctoritate domini nostri Jesu
 Christi per omnia, quæ dixi, et sum dicturus, tibi præ-
 cipio vilissime, rebelle, nequissime, nefandissime, spur-
 cillissime, et immundissime spiritus à Deo maledicte,
 et à virgine purissima Maria, et ab omnibus sanctis
 Angelis, et Archangelis, Thronis, et Dominationibus,
 Principatibus, et Potestatibus, et Virtutibus, Cheru-
 bin, et Seraphin, à Patriarchis, et Prophetis: à Marty-
 ribus, Confessoribus, et Virginibus; et ab omnis san-
 ctis, et à cœlorum virtutibus gloriosis: ut in profun-
 dissimo inferni loco sis devinctus, relegatus, et submer-
 sus, et ab omnibus dæmonibus acius cruciatus nunc,
 et in æternum divino imperio. Amen. Et maledictio
 Dei patris omnipotentis, et Filii, et Spiritus sancti: et
 ira, et indignatio omnium Angelorum, et sanctorum,
 et sanctorum Dei, et totius Curie cœlestis, et omnium
 creaturarum statim sine mora, cum furore maximo
 descendant super Luciferum, Beelzebub, Satan, et super
 omnes principes dæmoniorum, et non sit, qui eis obe-
 diat, nec illos timeat, nec veneretur: sed omnes dæmo-
 nes contra illos statim irruant per virtutem, et in vir-
 tute

Apoc. II.

tute omnium nominum omnipotentis Dei, si tibi nequissime spiritus in subsidium venerint deinceps: & sic omnis potentia tua, & virtus contracta per virtutem magni, & omnipotentis domini Dei, sic, & taliter, quod non valeas deinceps habitare in isto corpore: non sit, qui tibi subsidium aliquod præbeat: sed omnes spiritus in quocunque loco existentes sint deinceps contra te maledicte spiritus, verbis, & nominibus divinis rebellis; descendantque magni Angeli Dei in prælio potentes: sanctus Michael, sanctus Gabriel, & sanctus Raphael & omnes superius nominati: qui sicut divino jussu omnes Dei rebelles de cœlorum sedibus gloriosis viriliter usque ad exula loca dejecerunt, ita te expellant statim ab hac creatura Dei N. sine læsione ipsius, & omnium Christianorum nocumento, & terrore: & usque ad inferni inferiorem locum potentissimè te prosternant: inde nullatenus exiturum: omnium dæmoniorum superiorem conjurantes contra te, æternaliter in centuplo acrius solito te cruciaturum, per eum qui diem statuit, & per omnia sanctissima ejus opera, & omnes virtutes, & nomina. Amen.

CONJURATIO AERIS.

*Matt. 8.**Luc. 2.*

Conjuro te † Aer per Deum Patrem omnipotentem, & Filium ejus unicum dominum nostrum, & Spiritum sanctum paraclytum, & per virginem Mariam matrem domini nostri Jesu Christi intemeratam, & incorruptam: & per illum, cui obedisti, quando imperavit ventis, & Mari, & facta fuit tranquillitas magna: per Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin, qui volarunt per te cantantes nato Christo, gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, & per oēs sanctos, & sanctas Dei, & per totam Curiam Cœlestem; & per oīa merita, & orationes omnium sanctorū Dei, & totius Curie cœlestis, quæ quotidie fiunt ad dominum nostrum Jesū Christū filium Dei, natū ex Maria Virgine: ut tu aer non habeas potestatem continendi

tinendi in te istum spiritum maledictum, nequissimum, & nefandissimum, nec omnes faventes sibi: sed ipsum à te rejicias, & omnes sibi faventes: sicut beata virgo Maria respuit omnem peccati labem. Amen.

Iterum conjuro te † Aer, & omnia, quæ in te, & de te vivunt, & in te manent per Deum patrem omnipotentem, Creatorem cæli, & terræ: & per sanctam Mariam matrem domini nostri Jesu Christi. Et per sanctum Joannem Baptistam: & per omnes Angelos, & Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, potestates, Virrutes, Cherubin, & Seraphin, & per omnes Patriarchas, & Prophetas: per omnes Apostolos, & Evangelistas Dei, & per omnes Discipulos domini nostri Jesu Christi, & per omnes sanctos Martyres, Pontifices, Confessores, Doctoresque Dei, Monachos, & Eremitas, & per omnes sanctos Sacerdotes, & Levitas Dei, & per omnes sanctos Virgines Dei: & per totam cælestem Curiam: & omnes sanctas orationes, & deprecationes, quæ in ipsa fiunt quotidie: & per sanctum sacrificium, quod quotidie celebratur per totum orbem ad dominum nostrum Jesum Christum: & per omnia illa, quibus in nomine Jesu Christi conjurati, & constringi potestis, ut hunc spiritum nequissimum, & rebellem Dei retinere non valeatis, nec faventes sibi. Per cum, qui venturus est judicare vivos, &c.

CONJURATIO TERRÆ

Conjuro te † terra per Deum trinum, & unum, & Jesum Christum dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu sancto: natus ex Maria Virgine, & homo factus est: & pro nobis crucifixus: & in te sepultus: quem cognovisti, & cognoscendo tremuisti, & per sepulchrum ejus gloriosum, quod in te editum est: & per totam cælestem Curiam Dei altissimi magni, & terribilis: & per omnes orationes, & deprecationes, quæ ibi quotidie fiunt, quod retinere nullo modo valeas, istum malignum spiritum, nec faventes sibi: sed statim, & sine mora non obstantibus quibuscunq; ligationibus,

N^{u.} 16.I^{on.} 2.I^{oan.} 6.

quibus tenetur in isto vase, à te recedat sine molestia, & nocumento istius creaturæ Dei N. & omnium Christianorum. O terra absorbe diabolum istum Dei rebellem statim, & festinanter audito verbo, sicut absorbuiſti Dathan, & Abyron, & per potentiam omnipotentis Dei Creatoris tui, qui in te humanè habitare non dè dignatus est: & sicut Cete eiecit Jonam de ventre suo. & non retinuit: ita non retineas: nec retinere valeas hunc malignum spiritum, nec faventes sibi, cujuscunque conditionis, & virtutis existât, nisi in loco turpissimo tui, idest in inferno inferiori: & ibi sine fine permaneant cum omnibus sibi faventibus. Am̄ O terra, sicut bellua marina deglutivit Jonam Prophetam, & retinere non voluit: ita tu per nomen, virtutem, & auctoritatem Domini nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi: & per hoc signum sanctæ Crucis † retinere non valeas hunc nequissimum spiritum: sed ipsum deglutias, & absorbeas statim audito verbo, ut potenter mittatur in infernum inferiorem, ibi perpetuò cruciandus in centuplo, & acrius solito usque in diem Judicii extremi, nunquam exiturus. Amen. Iterum conjuro omnia, quæ in te sunt, & stant in te, & de te vivunt terra per dominum nostrum Jesum Christum Dei filium: per gloriosam Virginem ejus matrem: per sanctum Joannem Baptistam, & per omnes sanctos Angelos, Archangelos, Thronos, & Dominationes, Principatus, Potestates, & Virtutes, Cherubin, & Seraphin. Et per omnes sanctos Patriarchas, & Prophetas: Per omnes sanctos Apostolos, & Evangelistas Dei: & per omnes sanctos Discipulos domini nostri Jesu Christi, Et per omnes sanctos Martyres, Pontifices Confessores, & Doctores, Monachos, & Eremitas Dei Per omnes sanctos Sacerdotes, & Levitas Dei: & per oēs sanctas Virgines Viduas, & Continentes Dei: Et per totâ cœlestem Curiam: & per omnes sanctas orationes, & deprecationes, quæ in ipsa quotidie fiunt: & per sanctû sacrificiû, quod quotidie celebratur per univèrsam orbem ad dominum nostrum Jesum Christum. Et per sepulchra, & omnia corpora omnium Sanctorum, & Sanctarum

rum Dei, quæ in te locata sunt. Et per vestigia pedum Christi, & omnium Sanctorum, & sanctorum Dei: quod protinus dimittatis hunc spiritum nequissimum, & omnes sibi faventes, ut infernum inferiorem redigatur, & nullatenus eum retinere valeatis, nec ipse vobiscum, nec in vobis morari possit: sed fugiat, sicut pulvis ante faciem venti, cum omnibus sibi faventibus. Amen.

CONJURATIO AQUÆ

Conjuro te † Aqua, ubicunque sis magna, vel parva per Jesum Christum Dei filium, cui te calcabilis sub pedibus præbuidisti: verbisque ejus semper *Joan. 6.* obedisti: & per virgam Moysi, ad cujus ictum populo Dei cessisti: & per sanctissimum sudorem Christi: & per aquam quæ exivit de ejus latere à Longino percusso: & per sanctum Baptisma, quod de te fecit; & per sanctam Mariam matrem domini nostri Jesu Christi: & per omnes Angelos, &c. Et per omnes sanctas Patriarchas, & Prophetas, Apostolos, Evangelistas; & per omnes sanctos Innocentes, Martyres, Confessores, Doctores, & Eremitas Dei: & per totam cœlestem Curiam: & per omnes orationes, & deprecationes, quæ quotidie fiunt in Curia cœlesti ad dominum Deum, quod retinere non valeas hunc nequissimum spiritum, nec faventes ei: sed ipse, & omnes sibi faventes de te festinanter expellantur *Mar. 16.* cum furore, & impetu magno, sicut Christus expulit septem dæmonia de corpore Mariæ Magdalene, ut ad infernum dirigatur in locum inferiorem, ubi maneat in perpetuum, & sit cruciatus acrius solito. Amen. Iterum conjuro † te Aqua, & omnia, quæ in te sunt, & in te, & de te vivunt per Deum vivum, † per Deum verum, † per Deum Altissimum † per Sanctum nomen Agla, per Sanctum nomen Adonay, & per sanctam Mariam Virginem gloriosam, & per sanctos Angelos, & sanctos Dei, quod nullatenus retinere, nec continere valeatis hunc nequissimum spiritum, nec ei faventes, sed ipse festinanter expellatur, sicut Christus expulit septem dæmonia de

Ibidem.

nia de corpore Mariæ Magdalenæ, ut ipse, & omnes faventes sibi dirigantur in locum inferiorem, ubi ipse cum omnibus faventibus sibi maneat in perpetuum, & sit cruciatus acrius solito. Amen.

CONJURATIO IGNIS.

Exodi, 3.

Conjuro te † Ignis, ubicunque sis, & permanes per dominum Deum Patrem omnipotentem, qui apparuit Moyſi in specie ignis, & qui liberavit tres pueros de camino ignis ardentis, & per omnia sancta holocausta, quæ in te facta fuerunt in laudem Dei omnipotentis, & per omnes Angelos, & Sanctos Dei, quod nullatenus hunc spiritum retinere valeas, nec ei faventes, sed ad ignem immensæ flammæ, & diræ: id est in inferno inferiori, audito verbo festinanter dirigatur sine mora, & omnes ei faventes: & exinde nullatenus exeat usque in diem judicii: & in perpetuum crucietur acrius solito, & omnes faventes sibi. Amen. Iterum conjuro † omnia, quæ in te sunt, & permanent, & in te, & de te vivunt per dominum Deum patrem omnipotentem, qui apparuit Moyſi in specie ignis, & per illum, qui liberavit tres pueros de camino ignis ardentis, & per Sanctam Mariam matrem domini nostri Jesu Christi, & per Sanctam Joannem Baptistam; Et per omnes sanctos Angelos, & Archangelos, Thronos & Dominationes, Principatus, Potestates, & Virtutes, Cherubin, & Seraphin. Et per omnes sanctos Patriarchas, & Prophetas; Per omnes sanctos Apostolos, & Evangelistas Dei, & per omnes sanctos discipulos domini nostri Jesu Christi. Et per omnes sanctos Martyres, Confessores, & Doctores Dei; & per omnes sanctos Sacerdotes, & Levitas; per omnes sanctos Monachos, & Eremitas Dei; & per omnes sanctas Virgines, Viduas, continentas Dei. Et per totam cœlestem Curiam, & omnes sanctas orationes, & deprecationes, quæ in ipsa quotidie fiunt; & per sanctum Sacrificium, quod quotidie per totum orbem ad dominum nostrum Jesu Christum celebratur, & per omnia illa, quibus in nomine Jesu Christi

Ibidem.

Christi conjurari, & constringi potestis, ut hunc ipsum nequissimum, & rebellem Dei retinere non valeatis nec faventes sibi. Per eum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

CONJURATIO OMNIUM elementalium.

Conjuro † omnia, quæ de quatuor elementis composita sunt, & quæ de ipsis vivunt, & quæ in ipsis sunt, & permanent, & in eis habitant, in quocunque loco, & in quacunque parte mundi sint: per virtutem, *Mat. 4.* & omnipotentiam magni Dei; omnipotentisque Filii ejus, & Spiritus sancti; & per sanctum ieiunium, & vitam sanctam, quam fecit Christus in deserto: & per abstinentiam, & orationem, & omnia bona opera, quæ fecerunt omnes Sancti, & Sanctæ Dei: & per omnes Angelos, & Sanctos Dei. Et per omnia alia, quibus in nomine Jesu potestis conjurari, & ligari, ut protinus hunc nequissimum spiritum Dei rebellem, audito verbo à vobis expellatis, ut potenter ducatur ad infernum inferiorem, ibi in perpetuum cruciandus acutus solito, exinde nunquam exiturus usque in diem iudicii, cum omnibus faventibus sibi. Amen.

CONJURATIO INFERNI.

O inferne, & ignis infernalis, & vos omnes poenæ infernales, & vos omnes principes, & dæmones infernales audite, audite, & intelligite verba oris mei. Per illum te conjuro, † qui Lazarum quatrduanū *Ioan. II.* mortuum foetentem restituit ad vitam, cujus pavore perterritus contremuisti, & omnia officia tua simul tecum, ò inferne, conturbata sunt, nec eundem Lazarum tenere potuisti. O inferne, & ignis, ignis infernalis, & vos poenæ infernales, & vos dæmones infernales: præcipio vobis potenter per illum, qui vos suo subjugavit imperio, & per ejus potentiam, & virtutem, ut audito verbo, nobis obediatis auctoritate domini nostri Jesu

Christi: & adimpleatis omnia nostra mandata secundum voluntatem ejus. Imperat tibi, ò inferne: sancta Trinitas, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, ut nobis obedias festinanter. Imperat tibi exercitus Angelorum, Imperat tibi Patriarcharum chorus. Imperat tibi Prophetarum numerus, ut audito, & intellecto verbo, obedias omnibus præceptis meis cum effectu sine mora. Conjuro te † inferne, & ignis infernalis, & vos pœnæ infernales, & vos omnes dæmones, cujuscunque virrutis & conditionis sitis, per illum, qui contrivit portas, & vectes tuos confregit, & qui abstulit tibi omnes sanctos patres, & in te ligavit malignos dæmones & eos in te cruciari perenniter jussit, qui brachio divinitatis, & potentiae suæ omnium dæmoniorum potentiam religavit, per sanctam Mariam matrem domini nostri Jesu Christi, & per sanctum Joannem Baptistam, per omnes sanctos Angelos, Archangelos, Thronos, & Dominationes, Principatus, Potestates, & Virtutes, Cherubin, & Seraphin. Per omnes sanctos Patriarchas, & Prophetas: per omnes sanctos Apostolos, & Evangelistas Dei; & per omnes sanctos Discipulos domini nostri Jesu Christi. Et per omnes sanctos Innocentes, Martyres: Confessores, & Doctores Dei, per omnes sanctos Sacerdotes, & Levitas; per omnes sanctos Monachos, & Eremitas, & per omnes sanctas Virgines, Viduas, & Continentes Dei. Et per tremendum diem Judicii, & per omnipotentiam totius Curiae cœlestis, & per omnia verba, quibus tu inferne, & ignis infernalis, & vos omnes dæmones infernales, & vos pœnæ infernales cojurari, ligari, & constringi potestis in nomine Jesu Christi: per omnia illa conjuro te principem inferni Luciferum, ut hunc nequissimum spiritum nullibi relinquant: sed eum trahere ad te, & venire facias festinanter, cum omni furia tua, & indignatione, & omnes faventes sibi, non obstantibus cujuscunque ligaminibus, quibus in isto vase tenetur: sed omnia fragantur, & ad nihilum statim deveniant, & deficiant, sicut deficit fumus, cujuscunque

Psal.
Zach. 9.
Adoc. 26.

Psal. 67.

que conditionis, et virtutis existant, per omnia, quæ superius nominavi, et vos omnes dæmones infernales, et pœnæ ignis infernalis, et tu inferne irruite festinanter contra eum, et omnes sibi faventes, et eum durissimè mille millies magis solito cruciate, et vires, et pœnas tuas, ò inferne, contra eum Dei rebellem potenter extende, statim nunc, et semper, et eum, festinanter ad te voca per illum, qui tuas portas contrivit. Amen.

CONJURATIO.

Conjuro vos † omnes spiritus maligni, et dæmones infernales, terrestres, igneos, aereos, et aqueos, et omnes spiritus maligni ubicunque sitis, et habitatis, ad vos, et contra vos perveniant, et veniant potenter, et fortissimè omnes meæ conjurationes: & vos omnes ambient verba mea, et potenter affligant, et cogant, per omnipotentiam magni Dei omnipotentis velle meum facere ad honorem, laudem, et gloriam ipsius Dei mei omnipotentis: et per ista sancta nomina domini nostri Jesu Christi, Thètragramaton, Adonay, Sabaoth, Heloym, Heloa, Messias, Sother, Emmanuel, Agyos, Yschiros, orheos, Athanatos, Sanctus, Immortalis, Agla, Jesus, Christus, Alpha, et Omega, Imago, Lux, Gloria, Sanctus, Omnipotens, Misericors, Deus et omnia ipsius Dei nomina: ut hunc spiritum ad vos trahatis festinanter, et eum in locum inferiorem inferni ire constringatis, et omnes sibi faventes, ut nullus sit, qui sibi obediat per tremendum diem Judicii, et per illum, qui venturus est judicare vivos, et mortuos, et vos omnes diabolos, et seculum per ignem. Et sicut Christus vinculis fuit astrictus, quando pronobis peccatoribus, acriter captus, et flagellatus fuit; et sicut fuit coronatus, et crucifixus; ita tu ne sanctissime spiritus sis verberatus, tortus, et flagellatus acriter omnibus pœnis infernalibus subitò. Et sicut velum Templi scissam est in duas partes à summo usque deorsum: et petra scissa sunt; et monumenta

*Vide Cap. 8
huius operis.*

Ioan. 18.

Mat. 27.

aperta

aperta sunt : & multa corpora Sanctorum , qui dormierant, surrexerunt, & sicut terra tremuit, & mota est, ita tu spiritus nefandissime contremiscas, & moveas te, & recedas ab isto vase, & plasmate Dei statim, & festinanter, non rediturus amplius nec tu, nec alii spiritus ad hunc Dei famulum N. & omnes faventes sibi contremiscite, & movete vos omnes, & recedite ab hac creatura Dei N. Audito verbo, per omnia, quæ dixi: & nullo modo tu maledicte spiritus valeas inferre pavorem, timorem, vel tremorem, nec nocumentum aliquod mihi, nec alicui creaturæ Dei hic astanti, vel commoranti, nec alicui homini viventi, nec alicui creaturæ Dei vivi habenti spiritum viventem: sed deinceps recede, non obstantibus quibuscunque ligaminibus, quibus teneris in isto vase. & si aliquis obediat, vel favoreat tibi, vel plures sint, maledictio Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & ira, & indignatio sanctæ Trinitatis, & omnium Angelorum, & totius Curie cœlestis descendat super vos omnes faventes, & obedientes huic spiritui Dei rebeli, & non fit, qui ei obediat per Filium Dei altissimi, Amen.

Hic interroga, ut supra dictum est in aliis Exorcismis. Postea sic sequere.

CONJURATIO.

Conjuro vos † omnes Spiritus maligni, magni, & parvi, in potentia, & virtute, ubicunque sitis, & habitatis, & vobis potenter præcipio, & strictissime mando, & impero per eum dominum meum omnipotentem, quem timetis, & quem videre non potestis: & per Jesum Christum Dei filium, & per Spiritum sanctum paraclytum, & per Virginem Mariam matrem domini nostri Jesu Christi intemeratam, & incorruptam, vestrum flagellum, & meum adjutorium, & incorruptum corpus preciosissimum, atque illæsum: per ejus purissimam virginitatem: & per omnia preciosissima ejus membra, cum quibus gestavit dominum nostrum

strum Jesum Christum & animam ejus omnibus virtutibus plenam, atque perfectam: & per suam potentiam magnam, quam habet super vos, & per lac pretiosissimum, quo lactavit dominum nostrum Jesum Christum Dei filium: & per omnes Dei Angelos, & Archangelos, & beatorum Spirituum ordines: & per omnes Apostolos, & Evangelistas: & per sanctum Joannem Baptistam: per omnes sanctos Patriarchas, & Prophetas, Martyres, Confessores, Virgines, & Viduas & omnia magna nomina Dei mei omnipotentis, & Matris filii ejus domini nostri Jesu Christi, Et per potentiam, & virtutem omnium conjurationum ligationum, vinculorum, & mandatorum cujuscunque conditionis, & virtutis existant, quibus aliquo modo in nomine Jesu Christi potestis conjurari, constringi, ligari, & fugari, cruciari, torqueri, vel ad poenas aliquas damnari: ut prorsus absque laesione alicujus creaturæ, & absque terrore, & nocumento hujus creaturæ Dei N. & omnium circumstantium statim hunc nequissimum spiritum, ubicunq; latet insensatum, principium omnium malorum, qui invasit, & quotidie vexat hanc Dei creaturam N. & deviare eam cupit à mandatis Dei mei, ad vos trahatis, & capiat potenter statim & ad locum duriores inferni sub Lucifero deducatis, necnon omnes faventes sibi, latentes, præsentis, & absentes, qui cupiunt ea vexare, ibidem strictissimè, & potentissimè ligetis, dantes ei omnes poenas infernales duriores, & fortiores per omnia, quæ dixi, & dici potest auctoritate domini nostri Jesu Christi: & exinde nunquam exire eum, nec ei faventes permittatis usquequo Deus meus omnipotens imperet ipsos exire: quòd si prorsus non feceritis quicquid dixi, & dicturus sum: contra vos demones sit, & contra eum, & omnes sibi faventes ira Dei, & cruciati sitis omnibus cruciatibus, & poenis infernalibus, & ibi relegati, & detrusi, nunc, & in perpetuum auctoritate domini nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi, & totius Curie cœlestis. Amen.

L. MC. 9.

CON.

CONJURATIO IGNIS AD COM-
burendam imaginem dæmonis
pictam in charta.

*Hic Exorcista habeat imaginem pictam illius dæ-
monis, qui opprimit obsessum, cum ejus nomine
scripto super caput ipsius imaginis prepara-
tam: & conjurando ignem similiter prepara-
tum, dicat sequentem conjurationem.*

CONJURATIO.

Exo. 3.

Conjuro te ¶ ignis per Deum patrem omnipoten-
tem, qui apparuit Moyse in specie ignis, & per il-
lum, qui liberavit tres pueros de camino ignis ar-
dentis, & per omnia sancta holocausta, quæ in te, & de
te facta sunt in laudem Dei omnipotentis magni Crea-
toris mei, & tui, & per illum, cujus sedes est ignis, &
ejus habitatio est ignis, & ipse est ignis, & ejus circui-
tus est ignis, & ante eum ignis habitat, & à latere suo
flamma ignis, qui omnes ignis creavit, & ignes ante e-
um devorans exiet, & percutiet, & comburet omnes,
qui finaliter illi contradixerint, & verbis suis non obe-
dierint, ac voluntatem suam non fecerint. Conjuro te
¶ ignis per sanctam Mariam gloriosam matrem domini
nostri Jesu Christi: & per sanctum Joannem Baptistam,
& per omnes sanctos Angelos, & Archangelos, per
Thronos, & Dominationes, Principatus, & Potestates,
& per Virtutes, Cherubin, & Seraphim; per Patriarchas,
& Prophetas: & per omnes Apostolos, & Evangelistas;
& per omnes sanctos Discipulos, & Innocentes Domini
nostri Jesu Christi: & per omnes Martyres, & Confes-
sores: & per omnes sanctas Virgines, & Viduas; & per
omnes Sanctos, & Sanctas Dei: & per totam cœ-
lestem Curiam: & per hæc nomina Dei, Agla, The-
tragrammaton, Jehova, & per hoc nomen Jesus, & per
nomen Dei, qui potenter super omnem ignem domina-
tur.

tur. Iterum, & novissimè conjuro te † ignis per illum, qui contremiscere facit orbem, ut statim, & cum furore maximo, adjuratus per tot, & tā sanctissima verba tui Creatoris, hanc schedulam, in qua est imago diabolica, quæ pro nunc appropriatur figuræ, & imaginis hujus spiritus nequissimi: in qua schedula nomen suum etiam est scriptum supra caput ipsius figuræ, potenter calefacias: & tu ignis adjuratus, horribiliter comburas, & festinanter, cum in te illam mittam, & ponam: & eam schedulam cum tali imagine, appropriatam huic spiritui nequissimo, terribiliter comburas, ita ut sicut tu ignis successivè calefacias, & combures istam schedulam cum imagine, & nomine ipsius: sic in millecuplo de die in diem plusquam tu ignis calefaciēs, & combures hanc schedulam cum tali imagini & figura picta cum nomine ejus cui imagini appropriatur ipse spiritus, existens indebite in isto vase, in sua tota substantia, & in semetipsum sentiat, semperque, & horribiliter calefaciat usque ad diem Judicii, semper augmentando poenam istam, & dolorem in centuplo plus de hora in horam: quam poenam, & dolorem non sit ausus spiritus aliquis, cujuscunque conditionis, potentia, & virtutis existat, ei auferre, nec ei obedire, nec aliquod subsidium dare in virtute Dei, & verborum, quæ nominavi: & per eorum potentiam, cui poenæ spiritus iste non possit aliquo modo resistere, quin recedat ab isto corpore, propter quam poenam victus exeat, & strictissimè coactus recedat de hac creatura Dei N. statim, non rediturus ad eam, sine læsione ipsius corporis: & omnium nocumento, ut superius ei injunxi: quæ poena non auferatur, nisi prius exeat: & vadat in profundum abyssi: & inde non habeat potestatem exeundi, usque in diem Judicii, & non sit, qui hæc, quæ dixi, dicam, & faciam, solvere valeat per virtutem ejus, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Mat. 25.

BENE-

BENEDICTIO IGNIS.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit cælum, & terram.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

O R A T I O.

Benedic † domine Deus omnipotens hanc creaturam ignis, tua benedictione † celesti ad fugandum, & ad fumigandum hunc spiritum habitantem circa hanc imaginem tuam, vel in hac imagine tua, & omnes ei faventes : & ad effugandum, & repellendum prædictum spiritum ab hac creatura tua N. & ad illum mittendum in locum, ubi ignis non morietur, cum omnibus faventibus sibi, sine læsione hujus creaturæ, & omnium aliarum creaturam, quam creaturam ignis tu Domine, qui omnia potes, sanctificando sancti † fices, benedicendo bene † dicas : fiatque pœna de hora in horam spiritui prædicto horribilis, & magna, atque potentissima ad effugandum, & ad subjugandum, sive velit, sive nolit, prædictum spiritum nequissimum de hac imagine tua N. ubicunque latet, in profundum abyssi cum omnibus faventibus ei, & sine læsione aliqujus creaturæ, & ab ea exeat, non rediturus nec ipse, nec alter ad eam : quæ pœna in sua substantia, & in se totum crudeliter incipiat tunc fieri, & eam potenter sentire cum hanc imaginem pictam in hanc creaturam ignis ponam, & mittam ad compurendum, & crescat, & augmentetur semper atrocissima de hora in horam in millecuplo, postquam prædictam imaginem ponam ad comburendum, & combusta fuerit, cui pœnæ prædictus spiritus non possit resistere, quin recedat, non rediturus, ut prædixi : quæ non auferetur, nisi prius recedat cum omnibus prædictis, in nomine tuo, Jesu Christe Nazarene, crucifixe, qui ventur⁹ es judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem, & eum spiritum damnatum. Amen. Sicut cera deficit à facie ignis, & pulvis ante faciem venti : omnis sua potentia, & virtus deficiat ad ulterius moran-

morandum, & permanendum in ista imagine tua, in laudem, & gloriam tuam domine Jesu Christe, Qui venturus es judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

ORATIO.

O Gloriose, & sanctissime Adonay, per quem omnia creata reguntur, & consistunt; adesto propitius invocationibus meis, & clementer presta, & concede, ut in virtute tua, & dono gratiæ tuæ, præsens ignis fiat creatura benedicta nunc, & semper, & omnem virtutem, & efficaciam prædictam in se potenter obtineat super spiritum prædictum dissipantem, & vilipendentem verba sancta tanto tempore, & ad omne id quod valere opto, valeat efficaciter, per te piissime Adonay. Amen.

Deinde aspergatur aqua benedicta.

Hac benedictione completa, accipiantur Sulphur, Galbanus, Assa foetida, Aristolochia, Ypericon, & Ruta, omnia simul benedicta propria benedictione, & projiciantur in ignem. Deinde Exorcista tenens imaginem pictam demonis cum suo nomine super ignem, legat sequentem adjurationem.

Causam huius rei quere supra capitulo 3. & c. 12.

OPPROBRIA IN MALIGNOS.

Spiritus.

AUDI, audi, audi N. spiritus à Deo maledicte, & præcipitate perpetualiter in poena æternali, nefandissime, nequissime Dei rebellis, mendacii pater, omnium proditor, radix omnium malorum, origo discordiæ, vitiorum fomes, insipiens, insensate, suffragator, hæretice, apostata, spurcissime, sceleratissime, foetidissime, omni bono vacue, & omni malo plene, homicida, reprobe, filii perditionis, & maledictionis æternæ, hostis humani generis, vitæ raptor, justitiæ declinator, origo avaritiæ, serpens vilissime, luge rapacissime,

Dd

derisio

derisio totius Angelicæ naturæ , ignorasti , ut insipiens : dixisti in corde tuo, ut stolidus, non est Deus: recognosce igitur sententiam tuam horribilem, pœnam terribilem, amaram, fortem, & multis flagellis, & angustis plenam: quoniam nominibus, & verbis divinis rebellis fuisti, & tanrorum nominum honore, reverentia, timoreque, & obedientia dignorum, quam statim volo date, & dabo tibi spiritus nequissime potenter, & horribiliter auctoritate, virtute, & potentia magni Dei omnipotentis, qui creavit cœlum, & terram. & omnia, quæ in eis sunt, & permanent. Qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & te, & omnes alios dæmones iterum, & seculum per ignem. Amen.

Gen. 11.

O Spiritus N. nequissime, & nefandissime, auctoritate, virtute, & potentia magni Dei, & torius Curia cœlestis, maledictus, & blasphematus sis perpetualiter in pœna æternali: & nulla requies in te sit, si statim audito verbo non recedas festinanter confusus & victus ab hac creatura Dei N. & de sua persona, ubicunque latitas eo modo, & ea conditione, ut superius tibi sæpius injunxi, & dixi: & per omnia nomina & in virtute omnium nominum, & verborum, quibus omnes creaturæ obediunt, & timore, ac pavore eorum omnis creatura contremiscit, & timet: & per Deum, per quem tonitrua, & fulgura sunt, quæ te spiritum nequissimum, & subditos tuos horribiliter destruent, potenter expellant, & cum impetu magno crudeliter fulminabunt: per illum te potenter maledico spiritus nequissime, te anathematizo, te privo omni tua virtute, & potentia, te præcipito, & projicio in majorem cruciatum, qui sit in inferno, & per virtutem ejus in stagnum ignis, & sulphuris indissolubiliter te relego, & æternaliter condemno usque in diem Judicii concremandum horribiliter, & deinceps omnis situs, & locus sit tibi interdixtus, præter centrum mundi infirmum, ut sit deinceps locus, & habitatio tua usque in diem Judicii: ubi sis subditus omnibus, & singulis pœnis infernalibus acrius, & durius
Luci-

Philip. 2.

Lucifero : & nullus sit, qui tibi obediat per hæc Dei nomina, & in virtute, & potentia ipsorum, Adonay A-
 gla, Jesus, Thetragrammaton, Sabaoth, Messias, So-
 ther, Emanuel, Agyos, Ocheos, Yschyros, Athanatos,
 & per omnia alia nomina Dei terribilia, & ineffabilia:
 quoniam tu fuisti rebellis tantis, & tam sacratissimis
 nominibus, & mysteriis Dei: & maledictio Dei omni-
 potentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & ira, & indi-
 gnatio beatae Virginis Mariæ, & omnium sanctorum
 Angelorum, & sancti Joannis Baptistæ, & totius Curia
 coelestis, & omnium creaturarum Dei, signo sanctæ
 Crucis consignatarum veniat, & descendat festinanter
 super te, & super Luciferum, Belzeub, Satan, Asta-
 rot, Behemorh, Bcherit, & omnes principes demonio-
 rum; & daemones cu uscuque conditionis, & virtutis
 existant, si tibi nequissime spiritus aliquod subsidium
 dederint, & non sit qui tibi, nec eis obediat, per omnia,
 quæ dixi, & dicturus sum, & deinceps semper in vir-
 tute, & potentia omnium, quæ superius nominavi, &
 in nomine, & virtute, atque potentia magni domini
 nostri omnipotentis, fortis, & terribilis Jesu Christi
 Nazareni pro nobis miseris peccatoribus crucifixi, sic
 contracta, & ligata indissolubiliter omnis tua potentia,
 & cujuslibet alterius tibi faventis, & verbis divinis re-
 sistentis, & mandatis meis, immò Jesu Christi filii Dei
 omnipotentis, cujus auctoritate, & officio nunc fun-
 gor, licet immeritus, & miser peccator sim, & insuffi-
 ciens mei fragilitate, & defectu virtutis. Et sicut Chri-
 stus ad columnam ligatus fuit, & acriter à Judæis fla-
 gellatus, & Cruci clavibus affixus, & coronatus ab i-
 psis absque ulla misericordia, & terra mota est, velum
 Templi scissum est in duas partes à summo usque de-
 orsum, & multa corpora Sanctorum, qui dormierant,
 surrexerunt, sic omnia, quæ dixi, & dicam, & facturus
 sum, veniant super te cum effectu. Amen.

Vide cap. 8.
 huius ope-
 ris.

De his nom-
 inibus

Vide cap. 2.
 Fustus.

Ioan. 18.

Mat. 29.

ORATIO.

Apost. 15.

Gen. 1.

Psal. 113.

Domine Deus meus, qui es Rex regnum, & dominus dominantium, te suppliciter exoramus, ut festinanter sine mora aliqua hæc adimpleas in furore, & ira tua grata misericordia, in virtute, & potentia tua, & sicut dixisti, fiat lux, & facta est, sic omnis maledictio, & poena dicta, & dicenda, & facienda fiat, & facta sit: & non sit illi adjutor, Domine nomen ejus deleatur, quoniam dilexit maledictionem, & noluit benedictionem: da nobis auxilium, & fortitudinem contra hunc nequissimum spiritum stare. Adjuva me domine Deus meus. Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum speravimus in te. Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam: omnem que maledictionem, & poenam, quam ei auctoritate tua in virtute, & potentia tu potenter, & viriliter tribui, & impendam, tu Domine Deus meus potenter confirma, tua benigna misericordia: extende manum tuam, & fulmina eum, & devorabit eum terra: revertatur que in terram suam. Amen.

Hic Exorcista projiciat imaginem pictam in ignem, & conversus ad demonem obsidentem dicat.

Pereant ergo omnes cogitationes tuæ in tuum detrimentum, & confusionem, o spiritus maledicte, ad laudem Dei, & poenam tuam terribilem, & maledictionem æternalem, & expulsionem tuam subitanam ab hac creatura Dei N. ubicunque latitas, nomen tuum, & imaginem tuam diabolicam, o spiritus nequam, nomini tuo fabricatam viriliter: & potenter in ignem posui hucusque suffumigatam odore horribilissimo, ut nomen, & imago tua diabolica: quæ pro nunc tibi appropriatur, festinanter, & horribiliter comburatur, ita ut sicut successivè comburitur nomen tuum, & imago, sic statim sine mora ulla in tua substantia, & in temer-

temetipſo ſpiritus maledicte æternaliter ſentias, &
 horribiliter comburaris acius, & durius plus in mille-
 cuplo, quàm ignis iſte hanc ſchedulam, & imaginem
 comburit; quæ pœna ſemper augmentetur uſque ad
 diem Iudicii, ſic, & taliter, quod feſtinanter victus po-
 tenter exire coarctæris de hac, & ab hac creatura Dei N.
 ubicunq; latitas, eo modo, & ea conditione, ut ſupe-
 rius tibi injunxi, cui pœnæ non poſſis reſiſtere aliquo
 modo, quin recedas victus, & confuſus; quam pœnam
 non ſit aliquis ſpiritus magnus, vel parvus, cujuſcunq;
 conditionis, virtutis, & potentia; exiſtat, ita auſus, nec
 ita præſumptuoſus, quæ eam tibi auferre, nec reſiſtere
 ei poſſit, nec aliquod ſubſidium tibi dare, nec obedire
 per potentiam, & virtutem Domini mei fortis, & terri-
 bilis, fiat ſtatim indiſſolubiliter quicquid dixi. Et tu
 domine Deus meus confirma hæc tua virtute, & po-
 tentia nunc, & uſque in æternum, ſicut confirmaſti o-
 mnes Angelos in gratiam, qui tecum remaſerunt, &
 ſteterunt, ſic nunc confirma omnia, quæ dixi cum effe-
 ctu in nomine tuo. Amen. Exurge Domine in ira tua:
 & mitte iram tuam, quæ devoret eum. Egrediatur di-
 abolus iſte ante pedes noſtros, & corruat interram: in
 furore tuo, Domine, exeat ſpiritus iſte. Dominus
 ſolvit compeditos: Dominus illuminat cœcos. Do-
 minus erigit eliſos: Dominus dirigit juſtos, Dominus
 cuſtodiat advenam, pupillum, & viduam ſuſcipiet: &
 viam peccatorum diſperdet. Non nobis Domine, non
 nobis; ſed nomini tuo da gloriam. *Pſal. 137.*
 Dexterâ Domini fecit virtutem: dexterâ Domini exaltavit me. *Pſal. 117.*
 In te Domine confido: non confundar in æternum. Etenim u-
 niuerſi, qui te expectant, non confundentur: da mihi
 auxilium, & adjuva me, domine Deus meus. Domine
 exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat. *Pſal. 129.*
 Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis
 meæ. Eſto Domine turris fortitudinis: à facie omni-
 um malignorum ſpirituum. Pone cum Domine, ut
 xoram: & ſicut ſtipulam ante faciem venti. Amen.

FLAG. DÆMONUM
CONIURATIO.

Psal. 90.

*Divus
Hierony-
mus ubi
supra.*

Ioan. I.

Iterum, atque iterum novissime conjuro te dæmon
† adjuro † confessor † in nomine, & virtute, atque
potentia Agni Divini immaculati, qui potenter am-
bulat super aspidem, & basiliscum : qui conculcavit æ-
ternaliter leonem, & draconem : & potenter, atque
strictissimè exorcizo te † vilissimum, & perpetualiter
damnatum diabolum nequissimum antiquum, per vir-
tutem illius, qui cunctos spiritus creavit ex nihilo, &
per virtutem Jesu Christi Nazareni crucifixi Judæo-
rum regis. Et per virtutem omnium Sanctorum ineff-
abilium potentissimorum nominum, scilicet Hel †
Heloym † Adonay † Saday † Sother † Emanuel †
Sabaoth † Thetragrammaton † Alpha, & Omega †
Principium, & Finis † Agyos † Yschyros † Otheos †
Athanasos † Agla † Yehova † Homousson † Ya † Je-
sus † Christus † Messias † Eloa † Eheye, † & per po-
tentiam omnium istorum nominum simul ineffabi-
lium : & per virtutem omnipotentis, summi, & ex-
celsi Dei cæli, & terræ, & universi conditoris orbis, per
quem cuncta creantur, & reguntur : per ineffabilem,
& mirabilem ejus potentiam, & per virtutem illius,
qui potenter penetrat, & super omnem ignem domi-
natur : per virtutem, & in virtute illius, cujus sedes est
ignis, & ignis ante eum exiet, & percutiet, & com-
buret quemcunque, qui contra eum dixerit, & verbis
suis non obedierit, ac protinus sua præcepta non adim-
pleverit, per virtutem beatæ, & gloriosæ Mariæ. Et
per summam potentiam Dei, & per virtutem omnium
operationum, quæ ab ipso factæ fuerunt, & in virtute
omnium verborum, quæ superius nominavi, cujuscun-
que conditionis, & virtutis existant, quibus tu nefan-
dissime spiritus aliquo modo possis in virtute Dei
conjurari, & constringi obedire, & facere quod ego
volo : & quibus posses ligari, vel fugari, vel cruciari,
vel ad pœnas aliquas damnari, tu nequissime serpens
festinanter conjuratus, & confusus discedas, & victus
sine

sine terrore omnium hic existentium sine mora recedat ab hac creatura Dei N. ubicunque latitas de omnibus capillis ejus, & de omnibus partibus hujus corporis, & de toto corpore, & persona, ubicunque latitas tu spiritus maledicte, lupe rapacissime, & de omnibus pannis lincis, & laneis ejus, nullumque locum habeas in ea, nec posse aliquid super eam deinceps, non obstantibus quibuscunque incantationibus, cujuscunque conditionis, & virtutis existant: aut in verbis: aut in imagine: aut in herbis: aut in pluribus imaginibus: aut in scheda aliqua; aut in quibuscunque aliis ligaminibus cujuscunque virtutis, & conditionis existat, quibus huc venisti, & missus fuisti, & teneris maledicte diabole, & quibus posses habitare, & stare circa istud vas, & plasma Dei, quocunque modo, et quacunque alia causa factum sit, & quotidie fieret in favorem tui, & subsidium, diabole, ut tenearis huc; non rediturus deinceps, nec tu, nec alter spiritus diabolicus, cujuscunque conditionis, & virtutis existat, ad eam creaturam Dei N. in profundum abyssi vadas statim audito verbo, ibi perpetuo cruciandus, & acrius solito, sine latione hujus corporis, & omnium astantium, & eum sanum dimittas, ut quando ad eum venisti: & exinde nunquam exiturus usque in diem Judicii cum omnibus sibi faventibus, auctoritate domini nostri Jesu Christi, per omnia, quae dixi, dicturus, & facturum sum in tuum detrimentum, & expulsiorem tuam, ad laudem omnipotentis Dei. Et ego auctoritate domini nostri Jesu Christi, per totam *Cu- Luc. 23* riam coelestem, ejusque potentiam & per omnia, quae superius nominavi, absolvo hunc famulum Dei N. ab omnibus maleficiis facturarum, & ab omnibus incantationibus, quae factae sunt, & quotidie fient, cujuscunque conditionis, & virtutis existant, adversus eum a diabolo, & ab omnibus aliis spiritibus malignis, in nomine domini nostri Jesu Christi, & per virtutem omnium verborum, quae nominavi, sic amodo contracta, & lacerata omnis tua potentia, sicut Chri-

*Psal. 13.**Apoc. 20.**Ex stine-
vario Cle-
mentis.*

stus per mortem suam fregit portas inferni; & amodo sit ligata per omnia, quæ dixi, omnis tua potentia, & virtus, o nequissime spiritus, qui indebite habitas in isto corpore, sicut Satanas ab Angelo fuit ligatus: & sicut per orationes beati Petri Apostoli defecerunt & ad nihilum redactæ fuerunt incantationes Simonis in conspectu populi Romani, sic per potentiam, quæ te de cælo præcipavit, omnia vincula, ligamina, & incantationes cujuscunque conditionis, & virtutis existant, subito, & statim deficient, & ad nihilum deveniant. Et sicut sancta Maria Virgo beatissima, & omnes virgines Dei gaudent cum Christo gloria æterna, ira tua immediate per nomen domini nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi, & in virtute suæ passionis recedas subito ab hac creatura Dei N. & vadas in profundum abyssi cum signo evidenti, absque læsione ipsius, & omnium astantium: eo modo, & ea conditione, ut superius tibi injunxi, fractis omnibus tuis vinculis, ligaminibus, & incantationibus, non obstantibus illis tuo recessui: & audi spiritus nequissime nunc, & deinceps non audeas stare, nec permanere in isto velle, & plasmate Dei, ubicunque latitas, sive intus, sive extra: per virtutem omnium, quæ nominavi, tibi potenter præcipio, & strictissime mando, auctoritate domini nostri Jesu Christi. Fuge, fuge vilissime, & rebellis Dei, & suorum nominum, & omnium verborum sanctorum. Da locum, durissime, da locum, impississime, da locum Jesu Christo: recede subito, vilissime spiritus, & non sit, qui tibi obediat, nec faveat: alioquin omnia hucusque nominata reperam, ad laudem Dei, & ad confusionem tuam, & in stagnum ignis, & sulphuris te præcipitabo æternaliter concremandum, & condemno te strictissime usque in diem iudicii, & te maledicam potenter, & terribiliter, & anathematizabo, & te strictissime ligabo in infernum inferiorem, ubi nulla erit tibi requies in æternum: o serpens crudelissime, & devorator nequissime, venit de sancta sede sua verbum Dei Patris cujus nomen

nomen est Adonay, & descendit de cœlo, ut genus humanum salvaret: & te, diabole spiritus vilissime, & nequissime à Deo maledicte, & à tota cœlesti Curia: & ut etiam per nos ministros suos (licet indignos) excruciet, & horribiliter in profundum abyssi fulminet: quoniam omnia verba sua à me prolata, sunt ignes ferventissimi, qui te, & omnes faventes tibi comburent potenter, & horribiliter, & sunt verba, per quæ totus mundus contremittit, & omne genus creaturam, cœlestium, terrestrium, & infernorum timet, obedit, adorat, & contremiscit: & tu spiritus maledicte credis, & vis esse rebellis semper tuo Creatori? Veli tibi maledicte, & vilissime spiritus: recede nequissime ad juras perrot, & tam sacratissima verba: durum est tibi contra stimulum calcitrare, & Christo velle resistere: quia quanto tardius exis, tanto majus tibi supplicium crescit: quoniam non hominem contemnitis, sed eum, qui est Rex regum, & dominus dominantium, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & te proditor gentium: Sancta Trinitas, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, vera majestas te diabolum statim fulminet usque in inferiorem locum inferni, nunquam adhuc famulum suum rediturus. Exurge domine Deus meus, exurge Domine in ira tua, exurge, & intem te judicio meo, Deus meus excita potentiam tuam, & supplantata eum, dissipa, & potenter sine mora horribiliter fulmina illum. Adjuva me Deus meus, da mihi auxilium tuum. Exurge Domine, exurge gloria mea. Inclina cœlos tuos & descende, tange eum, & dissipabis. Emitte sagittas tuas, & illum acriter fulminabis, fulmina eum statim horribiliter, Deus meus, qui sedes super Cherubin, & Seraphin; peccavi domine Deus meus, miserere mei, Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum speravimus in te: domine Deus salutaris meæ, spes mea, & refugium meum est. Amen.

*Philip. 3.**Apo. 9.**Psal. 142.*

*Hic Exorcista signando membra vexati, dicat
sequentem orationem.*

ORATIO.

EXpelle ergo domine sancte pater, omnipotens æter-
ne Deus, diabolum istum ab hac creatura tua
N. à capite, à capillis, à vertice, à fronte, ab o-
culis, à lingua, à sublingua, ab auribus, à naribus, à col-
lo, à maxillis, à dentibus, à gutture, à gingivis, ab ore, à
palato, à cerebro, à panniculis cerebri, à ciliis, à superci-
liis, à pilis, à pedibus, à tibiis, à genibus, à cruribus, à
partibus verecundis, à renibus, à lateribus, ab intestinis
superioribus, & inferioribus, à fœmore, à ventre, à sto-
macho, à corde, à spatulis, ab humeris, à pectore, ab u-
beribus, à brachiis, à manibus, ab unguibus, ab ossibus,
à nervis, à venis, à medullis, à pulnone, à compaginibus
membroꝝ suozum, ab omnibus juncturis, à toto cor-
pore suo intus, & foris, de quinque sensibus corporis, &
animæ. Nullumque locum habeat in ipsa intus, & ex-
tra amplius, ut sana, & salva fiat, per invocationem san-
ctissimi nominis Filii tui unigeniti, & per invocationem
Spiritus sancti coætèrni. Tu igitur Deus omnipotens
qui corpus. & animam hujus creaturæ tuæ N. dignatus
es creare, digneris etiã totum corpus, & animam ipsi-
us à spiritibus immundis liberare. & salvam facere. Per
dominum nostrum Jesum Christum filium tuum,
qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus
sancti Deus, per omnia secula secu-
lorum. Amen.

Explicit Exorcismus sextus.

EXOR-

EXORCISMUS VII.

TERRIBILIS ADVERSUS dæmones opprimentes corpo- ra humana.

Exorcista accedens ad conjurandum, premissis ordine posita supra in primo Exorcismo, signet se ipsum, & dicat.



Nomine Patris, & Filii, & Spiritus
† sancti. Amen.

*Deinde vadat ad obsessum, & asper-
gat eum aqua benedicta, di-
cendo.*

Per aspersionem hujus aquæ cum Dei adiutorio, ex-
eat de te N. spiritus malignus, & ingrediatur in te vir-
tus Spiritus sancti, & maneat semper tecum: quia nunc
est judicium mundi; nunc princeps hujus mundi ejicie-
tur foras. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus † san-
cti. An. n

Ioan. 8. 12.

*Deinde ostendendo digito corpus Christi in Cali-
ce, vel tabernaculo, dicat hæc verba.*

Adest, o nequissime spiritus, summa pietas; adest *Ibidem.*
ille, qui pro nostra salute passus est. Nunc (inquit)
princeps mundi hujus ejicietur foras. Hoc est il-
lud corpus, quod de corpore Virginis sumprum est,
quod in stipite Crucis extensum est, quod in tumulo
jacuit, quod de morte surrexit, quod videntibus Disci- *Mar. 16.*
pulis in coelum ascendit. In hujus ergo majestatis terri-
bili potestate, tibi spiritus maligne præcipio, ut ab hac
forma Dei N egrediaris, & confugas istam, nec eam de-
inceps præsumas molestare. Amen.

Hic

Hic Exorcista genus flexus, dicat.

Adjuutorium nostrum in nomine domini,
 R. Qui fecit cœlum, & terram.
 V. Ostende nobis Domine misericordiam tuâ.
 R. Et salutare tuum da nobis.
 V. Domine exaudi orationem meam,
 R. Et clamor meus ad te veniat.
 V. Dominus vobiscum.
 R. Et cum spiritu tuo.

O R A T I O.

Gen. 1.

Omnipotens sempiterne Deus, qui cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt, creasti, & qui hominem de limo terræ formasti, salva, & libera famulum tuum N. ab istis spiritibus malignis, & ab omni potestate diabolica: ita, ut omnes homines cognoscant, quanta est misericordia tua, & potentia infinita. Qui vivis, & regnas in secula seculorum, Amen.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, filii Dei vivi, libera famulum tuum N. ab omnibus languoribus, & motibus umbrarum, ac malorum spirituum per tuam sanctam clementiam, & misericordiam tuam sanctissimam. Deus Sabaoth, Deus Emanuel, Deus Heloym, & Deus Agla, libera eum precib. meritis, & intercessione beatæ Mariæ Virginis matris tuæ, & omnium Sanctorum, & intercessione beati Michaelis Archangeli, & omnium Angelorum; sancti Joannis Baptistæ, & sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, & Matthæi, Simonis, & Thadæi, Barnabæ, & omnium Sanctorum, & Sanctarum tuarum; Per virtutem cœlorum Cherubin, & Seraphin, qui quotidie laudant tuam clementiam, dicentes. Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus Sabaoth. Domine Deus Pater omnipotens, qui omnes homines vis salvos fieri, & ad cognitionem veritatis ve-

Isai. 6.

nire.

nire, propitius esto mihi peccatori, & suscipe orationem meam, quam fundo ante conspectum clementiæ tuæ pro famulo tuo N. qui à dæmonio vexatur, & ad misericordiam tuam confugit. Per eundem dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, &c.

O R A T I O.

Domine Deus Abraham, Isaac, & Jacob ostende hodie, quia tu es Deus Israel, & ego servus tuus (licet indignus) & juxta præceptum tuum feci omnia hæc: exaudi me Domine, exaudi me, ut discat populus iste, quia tu es Deus omnipotens, qui convertisti corda eorum. Exaudi me, quæso, per tuam misericordiam, conditor dulcissime, & altissime. Amen.

Hic Exorcista surgat ab oratione, & ponens manum super caput vexati, dicat.

Extinguatur in te N. omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarum: quinimo per invocationem omnium Sanctorum, Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, & Confessorum, atque Virginum, & omnium simul Sanctorum. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

*Ecclesia in
extrema
unctione.*

¶ Sequentia S. Evangelii secundum
Matthæum.

In illo tempore. Ductus est Jesus in desertum à spiritu &c. *Quare supra sol. 348.*

Deinde. V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R A T I O.

Visita quæsumus Domine habitationem, & creaturam istam: & omnes insidias inimici ab ea longe repelle: & angeli tui sancti Michael, Gabriel, & Raphael habitet in ea, qui illam in pace, & à spiritibus immundis custodiant: & bene tibi dictio tua sit super nos semper. Per Dominum nostrum Jesum, &c.

*Ecclesia
Romana.*

Hic Exorcista incipiat adjurare demones existentes in

Hic Exorcista incipiat adjurare demones existentes in corpore, ut exeant. Sed cavere debet, ne sine necessitate verbis eorum respondeat: quia cum illi sint spiritus astuti, & deceptores, verbis suis querunt decipere, ac impedire hujus artis conjuratores: & sæpè turpiter ministris minantur, & imperant, ut dimittant eos: sed potenter, & audacter dicat.

CONJURATIO.

Matt. 16.

Matt. 25.

Conjuro vos † dæmones, maledictos existentes in hoc corpore, de quacunque parte mundi sitis, quibus data est potestas à Deo, & Angelis suis sanctis super hanc creaturam Dei N. & vos aëreas potestates, & principes infernales & vos omnes spiritus speciales, ac generales dæmoniorum, de quocunque genere sitis, missos ab Oriente, & ab omnibus plagis terræ per potentiam Dei Patris, & sapientiam Fi † lii ejus, & per virtutem Spiritus † sancti, auctoritate, qua fungor, domini nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi, filii Dei, potentissimi Creatoris, qui vos, & me, & omnes creaturas ex nihilo creavit, & fecit: quod non habetis potestatem tacendi, standi, nec commorandi hac in creatura Dei N: sed constringo vos, & vobis precipio, ut velitis nolitis, omni dolo, fallacia, fraudeque remota, manifestetis mihi nomina vestra; & per eandem auctoritatem, & per merita beatissimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, dissolvo vos omnes prædictos spiritus ab ista creatura Dei N. & mitto vos ad profundum Inferni, abyssi. Idèo ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est vobis, & omnibus sociis vestris & si fueritis rebelles, contumaces, & mihi inobedientes, eadem auctoritate conjuro, voco, constringo, ac potenter impero, & mando omnibus dæmonibus inimicis vestris, omnibus principibus inferni, & turris infernalibus, in nomine Jesu, ut viventes affligant, & excru-

exercucient vos; ad denique ducant ac poenam supradictam abyssi, & ibi ligent vos per hæc sanctissima nomina Dei Hel, † Heloay † Heloa † Sabaoth † Heloym † Esercheje † Adonay † Jehova † Ya † Thetragrammaton † Saday † Messias † Agyos † Ischiros † Ortheos † Athanatos † Sother † Emanuel † Agla † Jesus, qui est Alpha, & Omega † Principium, & finis † mittat vos in profundum abyssi in ignem infernalem; ut deinceps nullam habeatis potestatem standi, morandi, nec habitandi in hac creatura Dei, & imagine Christi N. nec locum istum, neque alium locum habeatis per virtutem, & in virtute supradictorum nominum. Et Angelus Michael liget vos in profundo abyssi. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus † sancti. Amen.

Divus Hieronymus, ubi supra.

Apoc. 18.

¶ *Sequentia S. Evangelii secundum Lucam.*

In illo tempore. Erat Jesus ejiciens demonium, &c.

Quare sup fol. 347.

ORATIO.

Domine Deus pater omnipotens, qui verbo tuo cuncta creasti; qui prius, quam fierent imagines, & preces, & ante secula justus fuisti, es, & eris, nec desines post secula esse unus Deus summus; sub cuius voluntate cælum, & terra, mare, & omnia, quæ in eis sunt, subjiciuntur: custodi nos, & confirma hoc, quod operatus es in nobis: porrige dexteram, & nos famulos tuos indignos ab omni adversitate custodi; & emitte sanctos Angelos tuos de cælis, qui nos, & creaturam istam custodiant, confirmet, & adjuvent, corroborent, & audaces nos efficiant, & denique reddant, per virtutem tuorum nominum, Jehova, Agla, Hel, Adonay, Saday, Thetragrammaton, Elohim. Adsis nobis, piissime, ac misericors Deus protector, & verè auxiliator, & clypeus salutis; quia tu es Deus solus in Deitate, & nullus alius præter te. Qui vivis, & regnas in secula seculorum. Amen.

Gen. 1.

CON.

CONJURATIO.

Conjuro vos † dæmones, & spiritus immundos,
 ex omnibus quatuor partibus mūdi, quibus data
 est potestas nocendi huic creaturæ Dei N. & vos
 aereas potestates, & infernales principes: & vos omnes
 spiritus speciales, & generales dæmoniorum, de quo-
 cunque genere sitis, a meridie missos à quocunque dæ-
 mone, & ab omnibus partibus totius tetraë, & mundi:
 per Pa † trem, per Fi † lium, & per Spiritum † sanctum,
 auctoritate, qua fungor, domini nostri Jesu Christi
 Nazareni crucifixi, filii Dei vivi potentissimi Crea-
 toris, qui me, & vos ex nihilo creavit, & fecit omnes crea-
 turas, ut non habeatis potestatem, nec facultatem stan-
 di, morandi, nec quiescendi in hac creatura Dei N.
 amplius: sed sentetio vos per sententiã latam per altis-
 simum Creatorem: & constringo vos, ac vobis præci-
 pio, ut velitis, nolitis, omni dolo, fallacia, & fraude
 postposita, dicatis mihi nomina vestra, ita, ut amoto
 omni impedimento, sine dubio, atque deceptione
 aliqua, interveniente gratia, & potentia altissimi Salva-
 toris, domini nostri Jesu Christi, invenire, & scire no-
 mina vestra possimus. Et per eandem auctoritatem,
 & sententiam dissolvo † vos de isto corpore, & mitto
 vos omnes suprädictos spiritus ad profundum aby-
 ssi in ignem æternalem: Ideo ite maledicti in ignem
 æternū, qui parat⁹ est vobis, & servis ni virtute vestri: &
 per hæc sanctissima nomina Dei magna, & istorum no-
 minum relego vos ad profundum abyssi. Hel † He-
 loym † Heloa † Sabaoth † Helyon † Esercheie
 † Adonay † Jehova † Ya † Thetragramaron †
 Saday † Messias † Agyos † Yschyros † Otheos
 † Athanatos † Sother † Emanuel † Agla † Je-
 sus, qui est † Alpha, & Omega † Principium, &
 Finis † mittat vos ad profundum abyssi in ignem
 æternum, & deinceps nullam habeatis potestatem stan-
 di nec morandi, nec amplius habitandi in hac creatura
 Dei, & imagine Christi, nec in loco isto, neque in a-
 liquo alio, neque in alia creatura per virtutem, & in
 virtute

Luc. 9.

Matt. 25.

Divus Hi-
 eronymus.
 ubi supra.

virtute supradictorum nominum. Et Angelus Gabriel
religet vos in profundo abyssi in igne æternali, per sanctā
fidem Adonay † per Alpha, & Omega usque ad diem Ju-
dicii, & virtus altissimi triumphatoris domini nostri Je-
su Christi vos affligat. In nomine Pa † tris, & Filii, &
Spiritus † sancti. Amen.

¶ In initium S. Evangelii secundum Joannem.

In principio erat verbum, &c. *Quare supra fol. 327.*

ORATIO.

Domine Jesu Christe, fili Dei vivi, Deus meus mi- *Psal. 25.*
serere mei, & ne perdas cum impiis animam me-
am Heloym fortis, Heloym clemens, dominus ti-
moris, dominus exercituum, dominus misericordiæ,
domine æternæ vitæ, Adonay, dominus mirabilis, domi-
nus ineffabilis, Amor omnipotens, Saday, virtus indefi-
ciens, cuncta perspiciens, benignitas Salvatoris, seu Cre-
atoris, Alpha, & Omega fortissime, Deus altissime, &
clementissime, Dominus, qui à peccatoribus exorari *Apoc. 1.*
voluisti hostiâ laudis, & precibus, suppliciter exoramus,
exaudi nos, miserere nostri, libera nos, salva nos indi-
gnos Creator, & Redemptor noster per gloriam, ma-
gnificentiam, & pietatem tuam, propter nomen sanctū *Luc. 1.*
tuum gloriosum, quod est super omne nomen, Redem-
ptor, qui in hunc mundum venisti, nascens ex Maria
Virgine sine peccato. iniquitatem si aspexeris, non ex-
audies; te ergo quæsumus, tuo famulo subveni, quem
pretioso sanguine redemisti, salva nos clementissime
pater. In manus tuas commendo spiritum meum, &
corpus meum hodie, nunc, & semper, omnibus horis,
ac momentis, & conserva me famulum tuum inanem,
et peccatorem, et istam creaturam tuam N. ut in tua
Ecclesia tibi gratias referamus, et actiones. Qui vivis,
et regnas, &c.

CONJURATIO.

Conjuro vos † omnes spiritus immundos ex om-
nibus quatuor partibus mūdi, quib. data est pote-
tas

Ec

stas

stas nocendi huic creaturæ Dei N. & vos aëreas potestates, & infernales principes, & vos omnes spiritus speciales, & generales dæmonum, de quocunque genere sitis, missos à parte Occidentis, & ab omnibus plagis totius mundi. Iterum conjuro, † & exorcizo vos omnes dæmones spiritus supra nominatos, & quocunque alios existentes in quacunque parte mundi, & contrango vos de terra, ligo vos de aëre, constringo vos de vento, ligo vos de igne, & coarcto vos de aqua, & de cavernis petrarum. Ego vobis præcipio de cavernis, montium, vobis de summis, vobis de abyssis, de inferno, vobis de omnibus locis sub cœlo per Patrem, & Filium, & Spiritum † sanctum, auctoritate, qua fungor, domini nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi, filii Dei vivi, & veri, ac potentissimi Creatoris, qui me, & vos creavit, & fecit omnes creaturas, quod non habeatis potestatem jacendi, tacendi, nocendi, morandi, ac standi in hac creatura Dei N. sed sententio vos per sententiam Iaram per altissimum Creatorem, & constringo vos, & præcipio vobis, ut velitis nolitis, omni dolo, fraude, fallacique remota manifestetis, ac nobis aperiatis nomina vestra; ac per eandem sententiam relego vos in profundo abyssi in igne æternali; dic nobis, o inique diabole, quod est nomen tuum, & magistri tui?

Luc. 9.

Hic Exorcista poterit interrogare dæmonem de nomine, sociis, & de omnibus concernentibus ad liberationem obsessi. Postea sequatur incipiam conjugationem.

Mat. 25.

IDeo ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est vobis, ac servis vestris; & per hæc sanctissima nomina magna Dei dissolvo vos de isto corpore, & in virtute istorum verborum, & sanctissimorum nominum relego vos ad profundum abyssi in ignem æternalem, Hel† Heloym† Eloa† Sabaorth† Helyon† Eferheje† Adonay† Jchova† Thetragrammaton† Saday† Messias† Agios

D. Hieron. ubi sup.

† Agios † Yschyros † Otheos † Athanaros † Sother † E-
 manuel † Agla † Jesus, † qui est Alpha, & Omega † Princi-
 pium, & Finis † Radix Jesse † Leo de tribu Juda mitta-
 vos in profundum abyssi, ut deinceps nullam habeati-
 potestatem jacendi, morandi, nec standi, aut habitand-
 in hac creatura Dei N. & imagine Christi, nec in loco
 isto, nec in aliquo alio per virtutem, & in virtute dicto-
 rum nominum; & Angelus Raphael liget vos in pro-
 fundo abyssi, & ibi sitis ligati, & afflicti usque ad diem
 Judicii. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus † sancti.
 Amen.

¶ Sequetia S. Evangelii secundum
 Marcum.

In illo tempore. Recumbentibus undecim Discipu-
 lis, &c. *Quare sup. fol. 347.*

ORATIO.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in principio cū-
 cta creasti ex nihilo; & cui omnes creaturae, quas
 creasti, obediunt; & omne genua flectitur,
 caelestium, terrestrium, & infernorum, Angeli, Archā-
 geli, Throni, Principatus, Potestates, & Dominationes
 & qui in manu tua omnia claudis, & Adā, & Evā ad tu-
 am similitudinē fecisti; & Angelos Saranae per suam su-
 perbiam in profundum Tartari dejecisti. Te ergo omni-
 potens clementissime Deus, Pater, quaeso, & obsecro p-
 Jesum Christum filium tuū, in cujus potestate sunt om-
 nia, qui sedet ad dexterā tuā; qui venturus est judicare
 vivos, & mortuos, & seculū per ignē, & qui est Alpha, &
 Omega, Primus, & Novissimus, Rex regum, & Domi-
 nus dominantium, Hel, Yschyros, Messias, & per hæc
 nomina sanctissima, & per omnia alia invoco, & obsecro
 te per Nativitatem Jesu Christi filii tui, & per ipsum
 Crucem bajulantem; per baptismum, & passionem;
 per resurrectionem, per ascensionem suam, & per vul-
 nera in corpore suo, per mortem, & sepulturam suam,
 per omnipotentem, ac ineffabilem virtutem suam: per
 sanctam

Philip. c. 2.

Apoc. 1.

Matt. 26. sanctum sacramentum, quod dedit Apostolis suis pridi-
 e, quam passus fuit: & per sanctam, & individam Tri-
 nitatem, & per beatam, & gloriosam virginem Ma-
 riam, per Angelos, & Archangelos, Thronos, & Domi-
 nationes, Principatus, ac Potestates, Virtutes, Cheru-
 bin, & Seraphin: per Patriarchas, & Prophetas, & per
 omnes Sanctos, ac sanctas tuas: per omnia mysteria,
 & sacrificia, quæ sunt in honore tuo: & per sanctissima
 tua nomina te invoco, & adoro: te obsecro, te benedi-
 co, & rogo, ut acceptas habeas has orationes, conjura-
 tiones, & omnia verba oris mei, quibus uti poterò: &
 ut mihi des virtutem super Satanæ Angelos, qui de cœ-
 lo dejecti sunt, & decipiunt humanum genus, ad eor-
 um loquelam attrahendam, & ad constringendum,
 ligandum, & expellendum eos: ut in continenti iussa
 mea humiliter coram me expleant, & quotiescunque,
 & ubicunque voluero: & verba & vocem meam nullo
 modo contemnant, sed dictis meis, & mihi hodie,
 nunc, & semper & ubicunque voluero, obediant, &
 me timeant per pietatem, & misericordiam tuam, per
 quam te deprecor, & peto Emanuel, per omnia nomi-
 na tua, & per omnes Sanctos, & Sanctas, & per omnes
 Angelos, & Archangelos, Potestates, & Thronos, &
 per Adonay, Hel, Jehova, Agla, Saday, Thetragram-
 maton, & omnia sacra nomina, quæ scripta sunt in libro
 hoc: quatenus des mihi potestatem constringendi om-
 nes spiritus malignos, qui sunt super istam creatu-
 ram tuam N. ad respondendum quæ queram: permit-
 tasque constringere benigne, ac humiliter sine læsione,
 timore, & gravamine corporis, & animæ meæ. Pater
 de cœlis, unus in substantia, trinus in persona, qui A-
 dam, & Evam, & multos alios peccare permisisti, &
 etiam pro eorum peccatis filium tuum crucifigi, &
 mori voluisti, Clementissime te rogo, peto, & obsecro,
 ac supplico modis omnibus quibus possum, per Alpha,
 & Omega, qui est Christus filius tuus, ut me adjuves
 constringere, & expellere istos spiritus, & omnes An-
 gelos Satanæ, qui de cœlo dejecti sunt, ex hac creatura
 tua

*Apoc. 12.**Joan. 3.**Apoc. 12.*

tua N. Et ut hanc potestatem mihi præbeas, ecce Domine laudo te, magnifico, & adoro, quod inimici tui isti sceleratissimi facere recusant; tibi me sponte, lætanterque subijcio, quicquid meum, immo tuum, in me est, tibi Deo omnipotenti humiliter offerens, cui isti superbissimi spiritus sunt rebelles, benedicoque tibi in secula sæculorum. Amen.

CONJURATIO.

Conjuro vos † dæmones, & spiritus immundos ex omnibus quatuor partibus mundi, quibus data est potestas a Deo nocendi huic creaturæ suæ N. & vos aereas potestates, & infernales principes, & vos, de quocunque genere sitis, missos à parte Australi, & ab omnibus plagis totius mundi, & quoscunque alios existentes in hac creatura Dei, constingo vos de terra, ligo vos de igne, de ventis, de aqua, vos de cavernis petrarum, impero vobis de montibus, vobis de abyssis, de inferno, & de omnibus locis sub cælo per Pa † trem, per Fi † lium, & per Spiritum † sanctum, auctoritate, qua fungor, domini nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi, filii Dei potentissimi Creatoris, qui me, & vos, & omnes creaturas ex nihilo creavit ut non habeatis potestatem jacendi, standi, morandi, vel habitandi in hac creatura Dei N. sed sententio vos per sententiam latam per altissimum Creatorem, & præcipio vobis, ut omni dolo, fraude, & fallacia remota, debeatis manifestare nomina vestra nobis; ac per eandem sententiam dissolvo vos de isto corpore, & mitto vos ad ignem infernalẽ. Ideo ite maledicti in ignem æternũ, q̄ præparatus est vobis, ac sociis vestris. & per hæc sanctissima nomina Dei, & in virtute istorũ sanctissimorum nominum relego vos in profundum abyssi. Hel † Heloym † Heloa † Sabaoth † Heljon † Esercheié † Adonay † Ichova † Ya † Tetragrammaton † Saday † Messias † Agyos † Yschyros † Otheos † Arhanatos † Sother † Ema- nuel † Agla † Jesus † Christus † Alpha, & Omega † Principium,

Gen. I.

Mat. 25.

Dicitur
Hieronymus ubi
supra

Esaia 6.

cipium, & finis, † & mitto vos ad profundum abyssi, & vos constringo, ut deinceps nullam habeatis potestatem standi, vel occupandi hanc creaturam Dei. Neque & nec locum istum neque aliquem alium, habeatis in virtute supradictorum nominum, & per illum, qui sedet in Throno, & cui licet judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem: & in virtute illius condemno vos ad æternam combustionem, ad ignem æternum: & ibi ligo vos usque ad diem Judicii. In nomine Patris & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

¶ Sequentia S. Evangelii secundum
Lucam.

Cap. 1.

IN illo tempore. Missus est angelus Gabriel à Deo in civitatem Galileæ, cui nomen Nazaret, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen virginis, Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit. Ave gratia plena Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus: & cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei. Ne timeas Maria: invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus Deus sedem David patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei. Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua: & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quæ vocabitur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omnine verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbū tuum. R. Laus tibi Christe.

O R A T I O.

*Ecclesia
Romana.*

Deus invicte virtutis auctor, & insuperabilis imperii Rex, ac semper magnificus triumphator qui inimi-

inimicos non solum gloriæ tuæ, sed & bonorum omnium adversarios potenter expugnas, qui qui ad reparationem lapsi hominis quem diabolus (invidia stimulante) dejecerat, verbum tuum de intemerata virgine Maria carnem suscipere voluisti, obsecramus humiliter tuam omnipotentem pietatem, ut famulum tuum N. qui timet, colit, teque veneratur, à diabolicâ tyrannide, & vexatione hac pessima liberare digneris. Per eum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, &c.

Ioan. 1. 14

CONJURATIO.

Conjuro te, & exorcizo vos spiritus Angelos per-
 cussores Christianorum per Pa- & Fi-
 dum, & Spiritum sanctum: & per individuam
 Trinitatem, & per beatissimæ Virginis Mariæ virginita-
 tem. Adjuro vos, & conjuro per Angelum Michae-
 lelem, Gabrielem, Raphaellem, & per eorum virtutes,
 & per Thronum divinæ majestatis, & per agnum im-
 maculatum de altissimis progenitum, & ex Maria vir-
 gine natum, quem Angelus annuncia vit, & per sancti-
 ssima nomina omnipotentis Dei, Hel & Heloym & He-
 loa & Sabaoth & Eserheic & Adonay & Ya & Thetra-
 grammaton & Saday & Messias & Agyros & Yschyros
 & Otheos & Athanatos & Sother & Emanuel & Agla &
 Jesus & Alpha, & Omega & Principium, & Finis, &
 per hæc, & alia nomina virtuosissima domini nostri Je-
 su Christi filii Dei omnipotentis vivi, & veri vobis con-
 tradico, qui vestra culpa de cœlo ejeti fuistis, & de ex-
 celsa Throno expulsi. Vos iterum exorcizo, & ac vo-
 bis impero per ineffabilem Creatoris potentiam, &
 per quatuor animalia summi Creatoris, & sanctam
 sedem divinæ Majestatis, & per Angelicas potestates
 cœlorum, & per Angelos, Archangelos, Thronos, Do-
 minationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Cheru-
 bin, & Seraphin, qui quotidie non cessant clamare, di-
 centes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus Saba-
 oth: ut sine mora aliqua recedatis de hac creatura Dei, &

*Divus
Hierony-
mus, ubi
supra.*

Apoc. 12.

Esai 6.

immagine Christi, nec possitis nocere alicui creaturæ Dei, & imagini Christi, ut præceptum est vobis. In nomine, Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

EXPROBRATIO IN SATAN MAGNA,
& terribilis, excerpta ex Pricrio.

O Miserrime, & iniquissime spiritus; ecce contra te tuum factorem, ac punitorem invocavi; cujus longanimitatem temerè contemnere non consuevisti impunè. Reminisci debuisses, quemadmodum in te quàm justè, statim ab initio tuæ conditionis, animadvertit. Audi miserrime opprobrium tuum. Deus omnipotens Adonay, magnus, & mirabilis, immo incomprehensibilis, cum esset bonitas, & charitas infinita, nulli indigens, sed in seipso felicissimus: ex sua tamen infinita bonitate producere voluit universum ad suam quidem gloriam, sed ad utilitatem aliorum, immo ipsam suæ gloriæ manifestationem in bonum suæ creaturæ ordinavit: quippè qui est bonitas infinita, atque purissima: in quo quidem universo voluit esse creaturas rationales, cum quibus haberet sanctæ charitatis amicitiam: & quibus tandem suæ foelicitatis communionem largiretur. Inter has autem tuus dominus Acherontinus Lucifer supremus creditur exstitisse. Vos autem spiritus nunc quidem brutales, olim verò gloriosi, omnes à Deo omnipotente producti fuistis donis naturalibus sublimes, sed gratuiti sublimiores. Quin in ipso mox vestræ conditionis exordio, conditori vestro non solum ingratis, verum etiam & rebelles exstitistis, in superbiam, in livorem, & odium maximum prorumpentes. O ingratitudinem maximam. O inauditam remeritatem. O flammis æternis exurendum scelus. Audiatis, quid de vestro principe, & singulis vestrum sub modo sub figura Nabuchdonosor superbissimi: immo quid de Nabuchdonosor ad instar Satanæ, dicat per Isaiam magnus, & admirabilis conditor vester.

Quo-

Ez. 66. 31.

Esai. 14.

Quomodo (inquit) cecidisti de cœlo Lucifer? id est,
 quomodo in te potuit esse tanta ingratitude, tanta su-
 perbia, tanta iniquitas, ut subito de cœlo caderes, om-
 nipotenti virtute præcipitatus? Qui mane oriebaris, id *Ibidem*
 est, qui in tuæ conditionis exordio, instar syderis matu-
 tini, atque pulcherrimi cœperas in mundo rutilare.
 Corruisti in terram, scilicet infernalem, atque sulphu-
 ream. qui vulnerabas gentes, id est qui tyrannorum in-
 star gentes vulnerantium ambiebas principatum: & in
 reliquos spiritus superbam tyrannidem exercebas. *Ibidem.*
 Corruisti inquam tu, qui tua pulchritudine delectatus, di-
 cebas, in corde tuo, tuum scilicet blasphemando con-
 ditorem, unde laudare debuisses. In cœlum conscendam
 id est, supernaturalem fœlicitatem mea virtute nanci-
 scar: super astra cœli, id est super omnes cœlestes spi-
 ritus exaltabo solum meum: volens scilicet reliquis
 spiritibus Angelicis inesse gratuito, atque felici princi-
 pari. Sedebo in monte testamenti, id est in cœlesti Hie-
 rusalem: in lateribus Aquilonis, id est in medio Templi
 five Ecclesiæ cœlestis: propterea quòd in materiali Hie-
 rusalem Templum esset in lateribus Aquilonis mon-
 tis Syon. Ascendam super altitudinem nubium, id est
 omnes creatos spiritus dignitate, & potestate tran-
 scendam, Similis ero altissimo Deo scilicet omnipoten-
 ti, qui propria non aliena virtute, beatus est, omnes be-
 atos spiritus beatificans. O verbum totius temerita-
 tis, & cui meritò per magnum admirabilem Adonay
 iustissimè respondeatur. Veruntamen, ò spiritus in-
 grate, atque superbissime ad infernum detraheris, in
 profundum lacu: quia nihil æquius, quàm humiliare
 superbum. Qui te viderint post tantam dignitatem *Ibidem.*
 obsidentem corpora humana, & infra intestina sterco-
 rea latitantem, bestiales gestus, rugitusque porcinos
 cum femineis ejulatus exercentem, ad te contem-
 plandum præ admiratione inclinabuntur, ut videant ad
 quantam profunditatem, de tanta sublimitate explo-
 sus, ruensque descenderis, dicentque. Nunquid iste est *Ubi supra.*
 vir, propter naturale scilicet ingenium: revera aut bestia

propter perfidam voluntatem, & prædo infernalis, qui conturbavit terram: quia perdita charitate, & spe salutis, in suam rebellionem, atque conjurationem genus humanum attrahere sua fallacia curavit, unde infinita mala, & perturbationes cuncta provenere, adeo, ut orbem universum desertum cognitione divina staterit: dum ista bestia scabiosa ubique adorari voluit vice suæ conditoris.

Cap. 28.

Ibidem.

Ubi supra.

Ibidem.

Illud vero miserrime, quomodo sufferre jam potes, quod omnipotens Deus de superbissimo Tiro, sub tua persona, qui cum tuo factu docuisti, per Ezechieliam profiteretur, & dicit? Et tu Cherub, olim scilicet, nunc autem prædo, bestia, serpens, & sus macra, famelica & immundissima, adeo turpis, ut semper vincat omnem sermonem rei magnitudo. Signaculum expectatum, scilicet atque clarissimum, similitudinis, id est se millimum Deo omnipotenti, plenus sapientia, harumque, scilicet atque ratuita, nunc autem plenior stoliditas te, & plenissimus iniquitate morali, perfectus decore scilicet gratiæ: in delitiis paradisi Dei fuisti: quia beatus eras in spe habituali, & in arra sanctæ charitatis. Ornis lapis pretiosus, id est omnis spiritus Angelicus experimentum tuum: quia novem Angelorum agminibus ornabaris. Sardius, Topatius, Jaspis: ecce unam Hierarchiam triplicis ordinis: Crisolitus, Onyx, & Beryllus: ecce secundam: Saphyrus, Carbunculus, & Smaragdus: ecce tertiam: Aurum quoque decoris tui, id est natura splendens, atque pulcherrima: & foramina tua, id est vires naturales, ingenium, scilicet atque volentia, in quibus, quasi in foraminibus anuli aurei, includerentur gemmæ spiritualium habituum, atque donorum: in die, qua conditus es, præparata sunt: quia nulla fuit in eis imperfectio, nulla indispositio, & macula nulla. Tu Cherub, significatus, scilicet per Cherub, sancti factorum, extensus ala duplici, contemplationis videlicet & amoris, & protegēs, id est operiens arcam, scilicet domini Sabaoth, id est Ecclesiam coelestem, vel corpoream creaturam: posui te in monte sancto Dei, id est sublimē in tem-

in templo coelesti, In medio lapidum ignitorum, id est
 sanctorum Angelorum, ardentium amore divino: am-
 bulasti uno duntaxat passu primæ operationis tuæ: per-
 fecisti in visis, id est in operationibus tuis: quia, & si u-
 na fuit tua operatione mensura, fuit tamen multiplex
 ratione potentia, cognitio videlicet, atque amor: à
 die conditionis tuæ, id est à primo instanti tui esse, do-
 nec inventa est iniquitas in te, in secundo, scilicet tui
 esse instanti. In multitudine, id est propter multitudi-
 nem negotiationis tuæ, id est donorum naturalium, &
 gratuitorum repleta sunt interiora tua iniquitate, & pec-
 casti, scilicet irreparabiliter propter Deiforme inge-
 rium, quod tibi dedi, & inviolabilem meam justitiam,
 quam institui: & eieci te superbum, tumidum, & be-
 stialem de monte sancto Dei, id est de coelo Empyreo
 ad sedes infernales: & perdidisti te, ò Cherub, protegens
 olim de medio lapidum ignitorum, quorum confor-
 tio te insignum effecisti. Perdidisti sapientiam (Deo
 teste) licet tu apud mulierculas, & Necromanticos de
 sapientia glories: & ex Angelo effectus es bestia te-
 rrima, & scabiosa.

*Ibidem**Ibidem.*

O miserrime, quo nulla creatura miserior, vel impu-
 dentior est, quomodo post tantam gloriam audes com-
 parare: & brutales, imò porcinos, moliri rugitus? Er-
 rubesce miselle, & fuge, Dei omnipotentis imperia ve-
 ritus. Nam ego, Jesu Christi Nazareni crucifixi indi-
 gnus Sacerdos, & famulus auctoritate, & virtute Dei
 omnipotentis Patris, † & Filii, & Spiritus † sancti præ-
 cipio tibi, ut Dei templum desinas occupare. Et ne di-
 cas in die Judicii, nemo me adjuravit, nemo mihi con-
 tradixit. Ecce infelix, & floccipendende; ego licet in-
 dignus Dei omnipotentis Sacerdos, & famulus Jesu
 Christi Nazareni crucifixi: ex parte Dei omnipotentis,
 & domini nostri Jesu Christi tibi contradico, & impe-
 ro fugam: & contra te invoco testes, ac punitores cæ-
 lum, & terram: contra te invoco sanctam Trinitatem,
 ultricem contumaciæ tuæ: beatam virginem Mariam;
 omnes bonorum spirituum choros; omnes electos Dei,
 quos

Mar. 16.

quos omnes humiliter precor, ut mihi aduersum te sint in adiutorio, Omnes autem Tartareas legiones, non quemdem inuoco (absit enim quia suffragio gratiæ diuinæ, omnibus virtutibus infernalibus tam diuisim, quam conjunctim simul me existimo fortiorem) sed inuoco, cito, conjuro, & ex parte Dei omnipotentis præcipiendo, adjuro contra te, ut sint contumaciæ tuæ punitrices. Fuge miserrime, fuge latro; quia iudex adest iratus; adest tortor funestus, atque eruentus: qui tanquam latronem, atque prædonem, in furca infernalis patibuli te suspendere festinat: adest contra te iudicium Jesu Christi Nazareni crucifixi. Qui venturus est iudicare vivos, &c.

*Hic Sacerdos ponat librum super caput obsessi,
& ostendendo ei Crucifixum dicat.*

Per istius libri orationes, & conjurationes, & per omnes earum virtutes, & per omnia signa, & verba Salvatoris nostri Jesu Christi, & per omnes orationes, quæ sunt in cælo, & in terra, & per omnes virtutes cælorum in virtute, & per virtutem Sanctorum Dei nominum præcipio vobis, ut deinceps hic manere non debeat, nec possitis, sed faciatis quæcunque vobis iusserimus; alioquin in stagnum ignis, & sulphuris vos præcipitabimus, æternaliter concremados. In quacunque ergo parte hujus corporis sitis, siue intus, siue foris, venite, & videte signum sanctæ Crucis † à summo Creatore domino nostro Jesu Christo consecratum, quia per virtutem illius nobis obedire tenemini. Et per ipsum vos ligamus, ut coram nobis contra vestram voluntatem venire debeat; quoniam verba Dei, quæ de ore nostro exeunt, sunt ignes feruentissimi, qui vos comburent æternaliter; & hoc est signum per quod totus mundus tremit, & omnis creatura contremiscit, & vos rebelles estis nostro, ac vestro Creatori? Maledicti ergo, & excommunicati, atque blasphemi sitis in pœnâ æternali; & nulla sit vobis requies in aliqua hora, si statim

statim non eritis obedientes præceptis meis vobis facti in virtute Jesu Christi, & verbis quæ de illo dicuntur, qui orbem contremere facit: in cuius nomine, virtute, ac potestate vobis præcipio, ut statim, recedatis. Per eum, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

SENTENTIA FERENDA AB EXORCISTA
contra daemones obsidentes.

Quia verò in hoc iudicio tanquam vicarius illius summi iudicis, potestate mihi tradita ab illo, quando Discipulis suis dixit: Quodcumque ligaveritis super terram, &c. nomine illius invocato, & beatæ Virginis Mariæ ejus matris, nec non beatorum Confessorum Prosperi, Geminiani, & Zenonis, ac sanctorum Cypriani, & Justinæ martyrum, ac totius Curiaë triumphantis, ratificando, & approbando laram superius sententiam per summum Creatorem; Ita ego pronuncio tanquam Vicarius, ut supra, & declaro, ac impero vobis quòd sine mora, ac omni occasione postposita, hanc creaturam Dei Nquam tantum molestastis, amodo relinquatis suæ pristinae sanitati, & nunquam deinceps molestare valeatis. Item impero, mando, jubeo, & præcipio, auctoritate, qua supra, Luciferò, Beelzebub, Satanæ, & omnibus furiis infernalibus, quòd, statim & sine mora vos in stagnum ignis, & sulphuris, & in profundum inferni præcipitent, ut supra sententiatum est, & indispensabiliter vos ligent, & affligant omnibus pœnis usque in diem Judicii; & quia vestro Creatori rebelles fuistis, & nobis, & præceptis suis, beatæ Virg. & dictis Apostolorum, & Evangelistarum, Martyrumque neglexistis, vos omnes condemno ad infernale supplicium; & ignis, qui vos urat, ex ipsius præsentia Dei exeat, qui vos comburat, ipso jubente. Qui unum cum Patre, & Spiritu sancto vivit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Matt. 16.

Ibidem.

Hic Exorcista iterum ostēdat demoni crucifixum, conjurando, quòd per illud signum, & nomina Dei

Dei debeat exire: Et si spiritus diceret, quòd non possit exire, eo quòd per incantationes, vel Exorcismos, & vincula aliqua sit ligatus super dictam creaturam, tunc conjuretur hoc modo.

SOLUTIO DÆMONUM FIENDA

ab Exorcista.

Ego conjuro vos, † adjuro, & contestor, exorcizo, & atque dissolvo † omnes spiritus maledictos, qui estis ligati super istam creaturam Dei N. & per omnes supradictas virtutes miracula, gratias, & potestates Dei, & istius sanctissimæ imaginis Crucifixi, & omnium nominum Dei; & per omnes alias conjurationes, orationes, & Exorcismos, quibus in nomine domini nostri Jesu Christi potestis damnari, cruciari, & constringi: & per potestatem, & gratiam Dei, & per illud tremendum Judicium Dei, quando omnes vos perpetually ligabit in stagno profundo abyssi, & in igne, & sulphure æternali, vobis præcipio, quòd debeat is rebelles Jesu Christi Nazareni exire, & recedere ab isto corpore humano sine aliquo nocumento, & læsione corporis, & anime per virtutem Dei vivi, & veri. In nomine Pa†ris, & Fi†lii, & Spiritus † sancti. Amen.

Mnt. 25.

Exorcista exigere poterit sequens promissum à dæmonio vexante corpus, in quocumq; loco hæretur conjurationum sibi videbitur expedire, & illud conetur habere veritatem, præceptis, & aliis comminationibus

PROMISSUM DIABOLI AB EXORCISTIS exigendum ad extorquendam veritatem omnium pertinentium ad liberationem obsessi.

Ego promitto tibi Sacerdoti, seu ministro Christi observare omnia illa, quæ præceptis mihi ex parte Dei, & domini Jesu Christi Nazareni crucifixi pertinentia ad honorem ejus, ad liberationem hujus creature, vel ad charitatem proximi tui. Quòd si in nullo desce-

lo defecero ex his, quæ tibi promitto, ex hunc invoco ipsum Deum omnipotentem iracundum contra me; qui tanquam ultor, & vindex hujus meæ promissionis mittat sanctos Angelos suos potentes in prælio, qui me eiciant, & expellant ex hoc corpore. Voco similiter Luciferum unâ cum omnibus aliis principibus, furiis, & pœnis infernalibus, qui omni sua indignatione, & furore indignati contra me insurgant, & ducant me in profundissimum, & pœnosissimum locum inferni, ubi acrius, & durius mille millies magis solito omni pœna, dolore, & cruciatu infernali sim cruciatus; à quibus non possim liberari in secula seculorum. Amen.

Quia sæpè contingit Energumenos non posse liberari à spiritibus immundis ipsos vexantibus prima, & secunda, vel tertia vice, ideo Sacerdos, volens finem imponere conjurationi, præcipiat spiritibus egressis è corpore hoc modo.

PRÆCEPTUM FACIENDUM OMNIBUS
spiritibus immundis, egressis è corporibus obsessis.

Precipio vobis omnibus spiritibus immundis, qui egressi estis, ex hoc corpore, in nomine sanctissimæ Trinitatis Pa tris, & Fi tris, & Spiritus sancti, quod non habeatis auctoritatem, potestatem, seu virtutem ostendendi vos huic creaturæ Dei Nec faciendi illi aliquam illusionem tam phantasticam, quam realem, nec possitis illam offendere, neque lædere tam in corpore, quam etiam in anima, nec denuò possitis ingredi ad illam vexandam, nec mittere alios dæmones loco vestrum: sed sitis constricti supradicto præcepto ira ad sedes infernales, vel ad loca vobis deputata à Deo, ubi nullam creaturam tam rationalem, quam irrationalem lædere valeatis. Ecce Crucem tr Domini, fugite parres adversæ, vicit leo de tribu Juda, radix David.

Apoc. 6, 5.

Si Ener-

Si Energumenus non fuerit liberatus, & tamen (urgente necessitate) dimittenda sit conjuratio, tunc præcipe omnibus spiritibus remanentibus in corpore, eos cogendo, ut recedant à capite, à corde, & à stomacho, & descendant ad partes inferiores corporis, puta in ungues mortuos pedum: & cave, ne ullo pacto sinas eos remanere sursum: cum autem illuc descenderint, tunc facias illis sequens præceptum.

PRÆCEPTUM FACIENDUM OMNIBUS SPIRITIBUS REMANENTIBUS IN CORPORE, cum necesse fuerit dimittere conjurationem.

Precipio vobis omnibus spiritibus immundis, qui estis in hoc corpore, in nomine sanctissimæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus sancti; & sub pœna immersionis in stagnum ignis, & sulphuris per annos mille statim ab exitu vestro, quatenus non habeatis auctoritatem, seu potestatem ascendendi superius ad caput, vel ad membra hujus creaturæ Dei N. & ipsam laudandi; sed cogamini manere deorsum, donec vocati fueritis à me seu ab aliquo alio Exorcista: vel permissi à Deo ascendere ad honorem ipsius, ad salutem hujus creaturæ Dei, & ad confusionem vestram, vel augmentum pœnarum vestrarum, & sinatis ipsam orare, comedere, bibere, quiescere, & omnia illa agere, quæ spectant ad honorem Dei, & salutem animæ suæ. Et sicut Christus mortuus est, & descendens ad inferos, dixit. Atrollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ, & ibi ligavit superbissimum Luciferum; ita auctoritate, qua fungor, ligo vos in loco vobis assignato. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Explicit Exorcismus septimus.

GRA.

GRATIARUM ACTIONES

Pro Energumeno liberato.

Cum liberatus fuerit obsessus, dic.

TE Deum laudamus: te Dominum confitemur.
 Te æternum Patrem: omnis terra veneratur.
 Tibi oēs Angeli: tibi cœli, & universæ potestates.
 Tibi Cherubin, & Seraphin: incessabili voce proclamāt.
 Sanctus, Sanctus, Sanctus: dominus Deus Sabaoth.
 Pleni sunt cœli, & terra: majestatis gloriæ tuæ.
 Te gloriosus: Apostolorum chorus.
 Te Prophetarum: laudabilis numerus.
 Te Martyrum candidatus landat exercitus.
 Te per orbem terrarum sancta confitetur Ecclesia.
 Patrem immensæ majestatis.
 Venerandum tuum verum, & unicum Filium.
 Sanctum quoque paraclytum Spiritum.
 Tu rex gloriæ Christe.
 Tu patris sempiternus es Filius.
 Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horrui-
 sti Virginis uterum.
 Tu devicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna
 cœlorum.
 Tu ad dexteram Dei sedes: in gloria Patris.
 Judex crederis esse venturus.
 Te ergo, quæsumus, tuis famulis subveni: quos pretioso
 sanguine redemisti.
 Æterna fac cum Sanctis tuis: gloria munerari.
 Salvum fac populum tuum Domine: & benedic hære-
 ditati tuæ.
 Et rege eos, & extolle illos: usque in æternum.
 Per singulos dies benedicimus te.
 Et laudamus nomen tuum in seculum: & in seculum
 seculi.
 Dignare Domine die isto: sine peccato nos custodire.
 Miserere nostri Domine: misere nostri.

Divus
 Ambrosi-
 us, & Au-
 gust.

Fiat misericordia tua Domine super nos : quemadmodum speravimus in te.

In te Domine speravi : non confundar in æternum.

Quo finito, dic sequentia verba.

V. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

℞. A templo sancto tuo, quod est in Hierusalem.

V. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

℞. Et salutare tuum da nobis.

V. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Gratias agimus tibi domine sancte Pater omnipotens æterne Deus : gratias agimus tibi Christe, verbum æterni Patris : gratias agimus tibi Spiritus alme : gratias agimus omnibus, tum Angelis, tum hominibus : quia omnipotenti virtute Dei per nostras manus elisus est draco. Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob miserere famulo tuo N. quem à diabolica potestate liberaſti, & in ejus adjutorium sanctum dirige Michaellem, qui eum protegat, viſitet, atque defendat ab omnibus inimicis ſuis. Qui vivis, & regnas in ſecula ſeculorum. Amen.

ORATIO.

Omnipotens ſempiternæ Deus, qui liberare dignatus es hunc famulum tuum N. ab omni vexatione Satanæ, & miniſtrorum ejus : mitte in eum ſempiternum Spiritum ſanctum tuum paraclytum & cælis. ℞. Amen, Spiritum ſapientiæ, & intellectus. ℞. Amen, Spiritum conſilii, & fortitudinis. ℞. Amen. Spiritum ſcientiæ, & pietatis. ℞. Amen. Adimple eum Spiritu timoris tui, & ſignâ eum in vitam propitiatus æternam. ℞. Amen.

V. Dominus vobiscum.

℞. Et cum ſpiritu tuo.

Isaias.

ORA-

ORATIO.

TE Deum Patrem ingenitum, te Filium unigeni- *Ecclesia*
 tum, te Spiritum sanctum Paraclytum, sanctam, *Romana.*
 & individuum Trinitatem toto corde confitemur,
 laudamus, atque benedicimus tibi gratias agentes, quia
 tua virtute hodie confusus, turbatus, verberatus, ac
 denique expulsus est diabolus cum sociis suis de hac
 creatura tua N. quam per filium tuum unigenitum re-
 dimere dignatus es. *Quæso* igitur te domine sancte
 Pater omnipotens æterne Deus, Sancta Trinitas, virtus
 una, atque indiscreta majestas, Deus noster omni-
 potens, ut hanc creaturam N. custodire, & defendere
 digneris per sanctos Angelos tuos & defendere
 digneris per sanctos Angelos tuos ab omni incurso Sa-
 tanæ, & ministrorum ejus: & infunde super eam bene-
 dictionem tuam sanctam. Per Christum dominum no-
 strum, Amen. Ecce Crucem † Domini, fugite partes
 adversæ, vicit leo de tribu Juda, radix David. *Jesús*
 Christus beatissimæ virginis Mariæ filius, mundi salus,
 & dominus, qui dixit discipulis suis. In nomine meo *Mar. 16.*
 dæmonia ejicient, ipse impleat verbum suum, & sit ti-
 bi propitijs, & clemens. Et hoc signum sanctissimæ
 Crucis † sit tibi clypeus, & municea adversus omnes
 insidias diaboli. Amen.

ORATIO.

Sanctificet te Deus signaculo sanctæ Crucis † suæ,
 ut recedant à te omnes inimici tui. Defendat te
 Jesus Christus filius Dei vivi per signum sanctæ †
 Crucis. Defendat † te ab omnibus malis præsentibus,
 & futuris, exterioribus, & interioribus. Signo † te
 signacula sanctæ Crucis, ut à persecutionibus diaboli
 liberet te Deus. Signaculo hujus Crucis † proster-
 nantur ipsi diaboli adversarii tui, & fugiant à te. Per
 istius sanctæ Crucis † signaculum liberet te Deus à
 periculis mundi: & mittat sanctos Angelos suos, qui te
 custodiant. Benedictio Dei Patris, & Filii, & Spiritus
 † sancti sit super te. Benedictio † Jesu Christi sit su-
 per te.

per te, Virtus sanctæ Crucis † sit super te, intra te, ante te, post te, & in omnibus partibus tuis. Benedictio † beatæ Mariæ matris Dei sit super te. Benedictio † Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei sit super te. Amen.

O R A T I O.

*Ex missæ
Angelo-
rum.*

Sancte Michael Archangele defende creaturam istam N. in prælio, ut non pereat in tremendo iudicio: per gratiam, quàm meruisti, te deprecor, ut eam ab omnibus periculis animæ, & corporis, & ab universis insidiis dæmonum, & custodias eam, ut omnes, spiritus maligni non possint nocere ei in quocunque loco fuerit. Per Jesum Christum salvatorem nostrum. Amen.

*Hic Sacerdos, seu Exorcista signando
obsessum dicat.*

Signaculum domini nostri Jesu Christi † impono in frontem tuam. Signo † oculos tuos, ut videas claritatem Dei. Signo † aures tuas, ut percipias verba Dei, ac salutis tuæ. Signo † nares tuas, ut percipias odorem suavitatis. Signo † cor tuum, ut confitearis peccata tua. Signaculum Dei Patris † omnipotentis, & Filii † & Spiritus † sancti appono, quod te sanum faciat in omni tempore vitæ tuæ, ut nullam habeat diabolus potestatem in te, nec in aliqua parte tui: sed sancta Trinitas divina regat te, & perducatur in vitam æternam. Am.

Hic benedicas eum, dicens.

Bene † dicat tibi dominus noster Jesus Christus, & custodiat te.
R. Amen. Ostendat tibi faciem suam Dominus, & misereatur tui.

R. Amen. Convertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem.

R. Amen. Pax & benedictio Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus † Sancti descendat super te, & maneat tecum in æternum. Amen.

F I N I S.

EFFICACISSI- MA IN MALIGNOS SPIRITUS

EXPELLENDOS,

*Facturasq; & maleficia effuganda de obsessis
corporibus: cum suis benedictionibus.*

ORDO AD FACIENDAM
aquam benedictam.

*Sacerdos indutus Sacerdotalibus indumentis,
vel saltem stola, absolute dicat.*

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum & terram.

EXORCISMUS SALIS.



XORCIZO te creatura salis per Deū
† vivum, per Deum † verum, per Deum
† sanctum, per Deum, qui te per Elise-
um Prophetam in aquam mitti iussit,
ut sanaretur sterilitas aquæ: ut efficia-
ris sal exorcizatum in salutem creden-

*Ecclesia
Catholica*

4. Reg. 2.

tium, & sis omnibus sumentibus te sanitas animæ, &
corporis, & effugiat, atque discedat à loco, in quo a-
persum fueris omnis phantasia, & nequicia, vel versutia
diabolice fraudis, omnis que spiritus immundus adju-
ratus. Per eum, qui venturus est iudicare vivos, & mor-
tuos, & seculum per ignem. Amen.

Ff 3

ORA

ORATIO.

Ibidem.

Immensam clementiam tuam, omnipotens æterna Deus, humiliter imploramus, ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti, benefidicere, & sancti fidei tua pietate digneris, ut sit omnibus sumentibus salus mentis, & corporis; & quicquid ex eo tactum, vel respersum fuerit; careat omni immunditia, omniq; impugnatione spiritalis nequitia, Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, &c.

EXORCISMUS AQUÆ.

Ibidem.

Exorcizo te, creatura aquæ, in nomine Dei Patris omnipotentis, & in nomine Jesu Christi filii eius domini nostri, & in virtute Spiritus sancti; ut has aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare, & explantare valeas cum Angelis suis apostaticis. Per virtutem eiusdem domini nostri Jesu Christi qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem, Amen.

ORATIO.

Deus, qui ad salutem humani generis maxima quæquæ sacramenta in aquarum substantia condidisti; adesto propitius invocationibus nostris, & elemento huic multimodis purificationibus preparato, virtutem tuæ benedictionis infunde, ut creatura tua mysteriis tuis serviens, ad abigendos demones, morbosq; pellendos divinæ gratiæ sumat effectum; ut quicquid in domibus, vel in locis fidelium hæc unda resperferit, careat omni immunditia; liberetur à noxa; non illic resideat spiritus pestilens; non aura corrumpens; discedant omnes insidiæ latentis inimici; & si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti, aspersione hujus aquæ effugiat, ut salubritas per invocationem sancti tui nominis experta, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per dominum nostrum Jesum Christum, &c.

Hic

*Hic mittat sal in aquam in modum
crucis, dicendo semel.*

Commistio salis, & aquæ pariter fiat; in nomine Pa- *Ecclesia*
tris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. *Romana.*

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Deus invictæ virtutis auctor, & insuperabilis impe-
rii Rex, ac semper magnificatus triumphator;
qui adversæ dominationis vires reprimis, qui ini-
mici rugientis sævitiam superas, qui hostiles nequicias
potenter expungas, te Domine trementes, & suppli-
ces deprecamur, ac petimus, ut hanc creaturam salis,
& aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis
tuæ sanctifices, ut ubicunque fuerit aspersa, per in-
vocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immū-
di spiritus abigatur, terrorq; venenosi serpentis procul
pellatur, & præsentia sancti Spiritus nobis misericordi-
am tuam poscentibus, ubique adesse dignetur. Per do-
minum nostrum Jesum Christum, &c.

**BENEDICTIO OLEI PROB-
tissima ad expellendas omnes facturas, ma-
leficia, ligaturas, & omne opus nefarium
diaboli de humanis corporibus, quæ ab ali-
quibus ascribitur sancto Cypriano.**

Modusque sumendi dictum oleum.

*Sacerdos habeat vas preparatum cum oleo bene-
dicendo, & indutus sacerdotali stola, benedicas
ipsum, dicens.*

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.
Amen.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum, & terram,

Ff 4

V. Ostem

V. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

R. Et salutare tuum da nobis.

V. Adjuva nos Deus salutaris noster.

R. Et propter gloriam nominis tui libera nos.

V. Nihil proficiat inimicus in nobis.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

V. Fiat misericordia tua Domine super nos.

R. Quemadmodum speravimus in te.

EXORCISMUS.

EXorcizo te immundissime spiritus, omnis incurfio Saranz, & phantasma, in nomine Dei Pa tris, in nomine Dei Fi lli, & in nomine Dei Spiritus tr sancti, ut recedas ab hoc oleo, ut possit effici potatio spiritualis ad sanandum infirmos; ut in eis possit habitare Spiritus sanctus, per nomen Dei patris, per nomen domini Jesu Christi dilectissimi filii eius. Qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

ORATIO.

EMitte Domine septiformem Spiritum sanctum paraclytum de coelis in hanc pinguedinem olivæ, quam de viridi ligno producere dignatus es ad refectionem mentis, & corporis, ut tua benedictione sit semper tangenti tutamentum mentis, & corporis ad evacuandos omnes humores melancholicos, omnes dolores, omnes infirmitates, omnesq; ægritudines mentis, & corporis, unde unxisti Reges, Prophetas, & Martyres unctione sancta tua perfecta. Domine abs te ostende nobis, ut benedictum permaneat in visceribus famulorum tuorum, in nomine domini Jesu Christi. Qui tecum, & cum Spiritu sancto vivit, & regnat per omnia secula seculorum Amen.

Num. 16.

Hic sacerdos habeat vexatum, seu maleficiatum presentem, si commodè fieri potest, & positus manibus super caput eius, adjuret demonem hoc modo.

Adjuro

A Djuro te, ò Satana, & omnes malignos spiritus per nomen Dei vivi, † veri, † sancti † per nomen, & Merita Virginis Mariæ: per potestatem omniũ spirituum cœlestium; & per novem ordines cœlestes, in maledictionem, confusionem, & augmentum pœnarum tuarum in centuplum de die in diem, usque ad ultimum tremendum diem finalis Judicii augmentandam, si nunc non recedas maledicte Satana ab hoc famulo Dei N. Per eum qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

CONJURATIO.

I Terum conjuro te, ò Satana, q̄ non requiescas, neq; cesses à labore continuo de loco, in quo es penitus remove ab officio, & societate damnata cujuscunque principatus, & tuam, & omnem malignam fascinationem ab hac creatura Dei N. facturas, infirmitates, & dolores animæ, & corporis per verba conjurationis prædictæ, maledicte Satana sit nomen, & opus tuum confusum, & maledictum in æternum, & ultra à Deo omnipotente, & à me per potestatem mihi traditam super te, non solum in baptisinate, & aliis sacramentis, sed etiam per administrationem veri corporis, & sanguinis dominostri Jesu Christi, mihi per auctoritatem beatorum Apostolorum Petri, & Pauli concessam. Et si fueritis rebelles, & contumaces, & mihi inobedientes, conjuro contra te, & contra vos omnes spiritus infernales, qui vos nefarios spiritus cum festinatione, quatenus, per virtutem illius nominis, quod Moyles nominavit; & tunc absorpti fuerunt à cavernis Abyssi Dathan, & Abyron, & in virtute illius nominis, usque in profundum abyssi, usque ad ultimum diem vos religent. Amen.

Exo. 29.

¶ Sequentia Sancti Evangelii secundum Marcum.

IN illo tempore. Recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Jesus, & exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia his, qui viderant

Mat. 19.

rant cum resurrexisset, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum uniuersum, predicare Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui uero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo demonia eicient. Linguis loquentur nouis. Serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint: non eis nocēbit. Super agros manus imponent, & bene habebunt. Et dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à Dextris Dei. Illi autem profecti prædicauerunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis, &c. Laus tibi Christe.

A D J U R A T I O.

Mat. 1.

Mat. 18.

Ad iuro etiam vos † omnes immundos spiritus per eum, qui erat, qui est, & qui uenturus est: qui creauit, & redemit nos suo sanguine, per crucem, mortē, sepulturam, & resurrectionem suam: qui hic presens, & ubique est: qui dixit. Ubi fuerint duo, uel tres in nomine meo congregati, ibi in medio eorum sum: & per nomen eiusdem domini nostri Iesu Christi, ut hinc statim recedatis cum maleficijs, & factoris uestris, nunquam redituri. In nomine Pa † tris, & Filii, & Spiritus † sancti. Amen.

V. Ad iutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

V. Exurge Christe ad iuua nos.

R. Et libera nos propter nomen tuum.

O R A T I O.

O Potestas immensa, o Trinitas individua, æternæ Spiritus sancte, te omnes Christi colæ exoramus, ut potentiam, & misericordiam tuam super hanc creaturam tuam N. porrigas: & ab omni spiritu immundo tua pietate liberare digneris. Qui uiuis, & regnas in secula seculorum. Amen.

Hic

*Hic Sacerdos revertatur ad benedictionem Olei,
& dicat.*

Benedicat te creatura olei † Imperialis majestas:
protegat te † regalis divinitas: defendat te † inmen-
sa Trinitas; foveat te † gloriosa unitas: dirigat te †
inestimabilis bonitas: regat te † potentia Dei Patris:
vivificet te † sapientia Dei Filii: deducat te † virtus Spi-
ritus sancti Alpha, & Omega, Deus Sabaoth sit ista invo-
catio, ut det tibi ad omne malum virtutem. Crux †
Christi salvet te: duodecim Apostoli te † custodiant.
Sancti martyres te † adjuvent: sancti Confessores te be-
ne † dicant: omnes Sancti Sacerdotes novi, & veteris te-
stamenti te exorcizent, & sanctificent, † sancti Ange-
li, Archangeli: Throni, & Dominationes, Principatus,
& Potestates, Virtutes caelorum, Cherubin, & Sera-
phin te † defendant: virtuosus Deus trinus, & unus te
bene † dicat, & det tibi ad omne malum, & ad omnes
facturas, & maleficia virtutem: ut per te possim de-
struere, eradicare, & evellere de animabus, & corpori-
bus humanis omnia maleficia, omnes incantationes,
ligationes, facturas, & omne opus nefarium diaboli.
Per Christum dominum nostrum. Amen.

*Hic sequuntur benedictiones dicti olei ad biben-
dum, & ad unguendum facturatos.*

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit caelum, & terram, mare, & omnia quae
in eis sunt.

EXORCISMUS.

Exorcizo te creatura olei per Deum † vivum, per
Deum † verum, per Deum † sanctum, ut omnis vir-
tus adversarii, omnis exercitus diaboli, omnisq; in-
cursio, & omne phantasma Satanæ eradicentur à te: ut
fias omnibus, qui te sumpserint, medicina ad expellen-
das omnes facturas, & fuganda omnia maleficia Sata-
næ, & ministrorum ejus; & ipsum inimicum expellere
cu m

cum omnibus maleficiis, incantationibus, ligationibus) signaturis, & facturis valeas. In nomine Patris omnipotentis, in charitate Jesu Christi domini nostri filii ejus, qui vivit, & regnat cum Spiritu sancto Deus, Per omnia secula seculorum, Amen.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

ORATIO.

Exo, 30.

Creaturarum Deus omnium, & domine Creator, qui per Moysen famulum tuum, permixtis herbis aromatatum, fieri præcepisti sanctificationem unguenti, clementiam tuam suppliciter deposcimus: ut huic oleo, quod oliva, te jubente, produxit, spirituales gratiam largiendo, plenitudinem sanctificationis infundes: sit domine fuga dæmonum, ac omnium maleficiorum, incantationum, ligationum, facturarum, ac omnium operum Satanzæ exterminatio: & præsta nobis, domine sancte pater omnipotens æterne Deus, ut quicumque ex hoc oleo biberint, & devotè unxerint, sic eis perfecta medicina contra oēs diabolicas machinationes, facturas, ligationes, & signaturas, ac malignos spiritus. Per dominum nostrum Jesum Christum, qui lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

Apo, 1.

EXORCISMUS.

Exorcizo te creatura olei in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: ut per hanc invocationem individuz Trinitatis, ac uni us virtute deitatis, omnis nequissima virtus adversarii: omnis inveterata malicia diaboli: omnis violenta incursio, omne confusum & cæcum phantasma eradice tur, fugetur, & discedat ab hoc oleo: & omnes, qui ex eo biberint, & devotè unxerint, fiat sanitas super eos ab omni maleficio diabolico, ut non possit latere ulla malignorum Spirituum nequitia. Per eundem dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Deo Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in secula seculorum. Amen.

ORA-

ORATIO.

DEus omnipotens, sanctificationum dominator,
 cujus pietas sine fine sentitur, Deus, qui caelestia,
 & terrena simul moderaris, & complecteris, ser-
 vans misericordiam tuam populo tuo ambulanti ante
 conspectum gloriae tuae. Exaudi, pie Domine, preces ser-
 vorum tuorum, & copiosa tua bene ¶ dictio descendat
 in hoc oleum in honore nominis tui, & victoriosae Cru-
 cis tuae: & in honore Sanctorum omnium totius coele-
 sti Curiae. Tu, o clementissime Pater, sancti ¶ fica, &
 miserator illustra ¶ proprio splendore clarifica, ¶ & ut
 omnis, qui devotè biberit, & unxerit, ab omnibus spiri-
 tibus immundis, ac operibus eorum sanetur, & salve-
 tur propter nomen tuum magnum, & manum tuam
 fortem, & brachium tuum excelsum. Et tu Deus altis-
 sime libenter protege, & dignanter libera eos ab omni-
 bus spiritibus immundis, maleficiis, incantationibus,
 signaturis, facturis, & ab omni opere Satanae liberare di-
 gneris propter nomen tuum magnum, & admirabile, &
 liberatos aeterna redemptione conserva, ut semper feli-
 ces, semperq; in tua gratia lætantes, constanter in istam
 confessionem Trinitatis in fide Catholica perseverent.
 Per dominum nostrum Jesum Christum &c.

*Et aspergatur aqua benedicta super oleum in mo-
 dum Crucis.*

**BENEDICTIO PANIS NON FERME-
 nati, qui vulgò dicitur (Nevole) qui propter ejus le-
 vitatem consuevit dari infirmis, antequam bibant
 prædictum oleum benedictum.**

*Sacerdos habeat prædictum panem præparatum
 prout necesse fuerit infirmo, & illum benedicat
 sequenti benedictione, dicens.*

Adjutorium nostrum in nomine Domini,
 R. Qui fecit caelum, & terram.

V. Osten-

- V. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.
R. Et salutare tuum da nobis.
- V. Adjuva nos Deus salutaris noster.
R. Et propter gloriã nominis tui Domine libera nos.
- V. Nihil proficiat inimicus in nobis.
R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
- V. Fiat misericordia tua Domine super nos.
R. Quemadmodum speravimus in te.
- V. Nunquid poteris parare nobis mensam in deserto.
R. Pluit illis manna ad manducandum, & panem
coeli dedit eis.
- V. Cibavit illos ex adipe frumenti.
R. Et de petra melle saturavit eos.
- V. Manducaverunt, & saturati sunt nimis.
R. Et desiderium eorum attulit eis.
- V. Panem Angelorum manducavit homo.
R. Per gratiam suam misit eis in abundantiam.
- V. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
- V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, panis Angelorum, panis vivus æternæ vitæ, benedixisti dignare panem istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto, ut omnis, qui ex eo susceperit, & gustaverit, inde corporis, & animæ percipiat sanitatem, & omnis spiritus procellarũ, & æreæ potestates, facturæ, & omnia maleficia, incantationes, ligaturæ, & omne opus nefariũ diaboli, dextera tuæ virtutis prosternantur. Descendat quæsumus domine desuper Spiritus sanctus in istum panem, sicut Samuele cornigerum holocaustum tuum mactante, fragor turbam adversantem repulit, ita effugatus omnibus virtutib, contrariæ potestatis, & omni maleficio diaboli, sive facturis, ligaturis, ac nefariis operibus Satanæ à famulis tuis, incolumes, & sanatos ab omni infirmitate manus servet Angelica protectione superna: ut in lau-

Joan. 6. 6.

Pri. Reg. 7.

in laudis, & spiritualis devotionis, & amoris Dei transe-
at augmentum. Qui vivis & regnas cum Deo patre in
unitate ejusdem Spiritus sancti Deus per omnia secula
seculorum, Amen.

ORATIO.

Domine sancte pater omnipotens æterne Deus,
bene † dicere digneris hanc creaturam panis tua
benedictione, ut sit sumentibus salus mentis, &
corporis; atq; contra morbos, & universas inimicorum
insidias, maleficia, facturas, & omne opus nefarium dia-
boli juramentum, & tua protectione, ac pietate digne-
ris dissolvere, & annullare, ut alligata potestate damo-
num in hac creatura rationali deserviens, deficiat & tur-
berur ad laudem tui sanctissimi nominis, & omnipoten-
tissimæ majestatis tuæ. Per dominum nostrum Jesum
Christum panem vitæ qui de coelo descendit, ut esset
hostia viva, & daret salutem mundo. *Joan. 6.*
Qui tecum, &
cum spiritu sancto vivit, & regnat Deus per omnia se-
cula seculorum, Amen.

ORATIO.

Domine Deus omnipotens, descendat benedictio
Dei Pa† tris, & Fi† lii, & Spiritus † sancti super
hunc panem: ut quicumque ex eo sumserit, ac-
cipiat sanitatem mentis, & corporis, & protectionem,
& tute lam salutis, integritatem charitatis: consolatio-
nem spei; & fidei corroboracionem: virtutumque o-
mnium constantem perseverantiam; ac Spiritus sancti
visitationem. Per Christum dominum nostrum. A-

ORATIO.

Precamur, domine Deus noster, tuæ pietatis cle-
mentiam, ut panem istum cœlesti benedictione
sanctifices, † & ita ex hoc fugare digneris omnem
diabolicam tentationem malefici spirituum immun-
dorum, facturarum, ligationum, traditurarum, & in-
cursum: ut quicumque ex hoc pane comederit, totius
virtutis,

virtutis, & sanitatis dulcedine perfruatur, & tibi sanctificaturi, & salvatori omnium gratias cum gaudio, & lætitia agere mereatur. Te igitur, domine Deus Pater omnipotens, una virtus, salus infinita, Trinitas sancta, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, supplices deprecamur, ut bene ꝑ dicere, exorci ꝑ zare, & sancti ꝑ ficare pro tua pietate digneris hanc creaturam panis, quem nos ministri tui, cum verbis tuis, & in tuo nomine, & dilecti Filii tui, & Spiritus sancti bene ꝑ dicimus, & exorcizamus ad expellendas omnes facturas diaboli, incantationes, ligationes, fascinationes, obstinationes, & omne impedimentum Satanæ, & ministrorum ejus, propter amorem unigeniti filii tui domini nostri Jesu Christi, & hic panis à te benedictus, & sanctificatus sit fuga dæmonum, & omnium maleficiorum, & operum Satanæ exterminatio: ut omnes, qui ex hoc pane gustaverint, omnia opera Satanæ, & omnem virtutem ejus extinguere, & fugare valeant: & siquid venenosi, si quid mortiferæ operationis fuerit in illis, clementer eos liberes propter magnum nomen tuum adonay, ut creatura tua ad te convertatur. Qui in Trinitate perfectus vivis, & regnas Deus per omnia secula seculorum. Amen.

O R A T I O.

Lev. c. 24.

Joan. c. 6.

Exo. 17.

Domine Deus pater omnipotens, qui Moyli, & Aaron famulis tuis præcipiti panes propositionis in conspectu tuo semper adesse: Domine Jesu Christe filii Dei vivi, qui satiasti quinq; millia hominum ex quinq; panibus, & duob. piscib. Domine De⁹ Abraa, Deus Isaac, & De⁹ Jacob, q; filios Israel de Ægypto liberasti in manu forti, & brachio extento, & quadraginta annis in deserto eos satiasti pane cœlesti; supplices nos ministri, & famuli tui (licet indigni) benedicentes panem istum, quæsumus domine nobis supplicantibus, adsit virtus Spiritus sancti, quæ ita eum sanctificet, ut omnes, qui ex eo sumpserint, in pristinam sanitatem revertantur, & omnes incantationes, ligationes, signationes, facturas, & diabolica

diabolica arte factas, cujuscunque conditionis existant, in virtute verborum tuorum absolvant, & annihilent omnia maleficia Satanæ, & ministrorum ejus. Da domine virtutem nomini tuo, quod invocamus super panem istum per magnum nomen tuum Adonay, Thetragrammaton: & per nomen dilectissimi filii tui Jesu Christi, qui tibi factus est obediens usque ad mortem Crucis, quod invocamus super panem istum; habeatque virtutem per invocationem ejusdem nominis filii tui, & Spiritus sancti ad effugandos spiritus malignos, & omnes virtutes eorum, exalteturque nomen tuum in nobis, in confusionem omnium inimicorum nostrorum visibilibus, & invisibilibus. Qui in Trinitate perfecta vivis, & regnas in secula seculorum, Amen.

Phil. 2.

O R A T I O.

Domine sancte pater omnipotens æternæ Deus, qui Ecclesiam tuam per filium tuum in sanguine ejus plantasti, qui Moysi famulo tuo præcepisti, septuaginta viros justos de populo Israel segregari, ut præessent populo tuo. Et ita Apostoli domini nostri Jesu Christi in primitiva Ecclesia septem ministros, per impositionem manuum Apostolicarum ipsos consecraverunt, & erant intèti in oratione, & fractione panis. Exaudi nos clementissime Domine, quos ad officium sacerdotale non nostris meritis clementer numerasti; & da virtutem verbis tuis, & nomini tuo, quod invocamus super panem istum, & præsta nobis famulis tuis, ut quæcunque hunc panem devote sumpserit in nomine tuo benedictum, sanitatem mentis, & corporis recipiat, & ab omnibus maleficiis, incantationibus, signationibus, fascinationibus, signaturis, facturis, & ab omnibus operibus Satanæ, te propitiantè sanetur. Domine Jesu Christe, qui in hunc mundum veniens, panem vivum de cælo esse voluisti: exaudi nos quæsumus Domine, & præsta nobis famulis tuis benedictis dicentibus panem istum in nomine Patris tui, & Spiritus sancti; ut quicunque hunc panem devotè sumpserit, ab omnibus operibus Satanæ munderur, & sanetur.

Num. 11.

Act. 6.

Joan. 6.

Qui cum Deo Patre. & eodem Spiritu sancto vivis, & regnas in secula seculorum, Amen.

ORATIO.

Descendat, quæsumus Domine sancte pater omnipotens æterne Deus, per amorem unigeniti Filii tui virtus Spiritus Sancti, quæ ita istum panem bene ¶ dicat, inflammet, ¶ & exorci ¶ zet: ut quicumque ex eo comederit, sive gustaverit in nomine tuo, & dilectissimi Filii tui, & Spiritus sancti, ab omnibus operibus Satanz sanetur, & salvetur. Da domine sancte pater omnipotens æterne Deus, ut quod rogamus, & exoramus, obtineamus in nomine tuo, & dilecti Filii tui, & Spiritus sancti. Amen.

Aspergatur aqua benedicta in modum Crucis super panem: postea dic sequentem orationem.

ORATIO.

Veni sancte spiritus, & clementer bonitate bene ¶ dic, sancti ¶ fica panem istum: ut omnes, qui sumptulerint, sive gustaverint ex eo, ab omnibus operibus Satanz, & ministrorum ejus sanentur, & salventur in nomine domini nostri Jesu Christi, qui cum patre, & Spiritu sancto eodem vivit, & regnat in secula seculorum, Amen.

DOCUMENTUM PRO

EXORCISTIS.

Advertere debet Exorcista, ne ullo pacto præbeat hoc oleum, vel aliquod aliud remedium potabile alicui infirmo sine consilio, & iudicio Medicorum: quia cum complexionibus, seu naturis infirmorum, sunt diversæ, diversimodè etiã illis applicanda sunt tam ista, quàm alia remedia: quia quod uni aliquando erit proficuum, alteri poterit

terit esse nocivum. Ideo standum est iudicio illo-
ram, cum sum sit complexiones hominum cogno-
scere, & de illis iudicare: propterea hac remedia
poterunt augeri, & minus secundum eorum ju-
dicium.

MODUS SUMENDI OLEUM

prædictum, & panem benedictum: nec non
ungedi patientem ex dicto oleo benedicto.

His benedictionibus finitis, tu, qui curam habes
infirmi, seu vexati, accipe unam, vel duas li-
bras carnis vituli, aut aliam carnem pro op-
portunitate temporis, & illam tandiu sine sale
facias bullire in aqua, donec decocta fuerit. Po-
stea accipe sex, vel octo uncias ex illo brodio,
prius à Sacerdote benedicto illa benedictione
(ad quocunque volueris) vel benedictione (o-
mnium potionum) posita infra, & duas un-
cias prædicti olei benedicti. Et omnia simul in-
corporata, ac tepida dabis patienti summo ma-
ne. Sed antequam infirmus bibat prædictum
oleum sic dispositum, præbe illi panem benedi-
ctum, dicendo.

Accipe panem istum benedictum ad destruenda om-
nia maleficia Satanzæ tibi facta. In nomine Pa-
tris, & Spiritus sancti. Amen.

Sicq; continuabis per octo, vel decem dies. Et
unaquaq; die unge patientem ex prædicto oleo in
istis locis: Ad oculos, ad frontem, ad aures, in pe-
dore, ad cor, ad pulsus manuum, ad manus, ad
pedes, & unguendo singula loca, dicas sequentia
verba.

Ego ungo te N. hoc oleo benedicto, & per ista uncti-

onem absolvo te ꝑ ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligaturis, signaturis, & feturis tibi arte diabolica factis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

BENEDICTIO AD QUODCUNQUE

volueris.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum & terram.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R A T I O.

Bene ꝑ die Domine creaturam istam. N. vel N. **D**ur de
Remedium salutare generi humano, & presta ꝑ
invocationem sancti tui nominis: ut quicumque
ea sumpserint, vel gustaverint, corporis sanitatem, & at
nimæ tutelam accipiant. Per Christum dominum ꝑ
strum. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta in modum

Crucis.

ALIA BENEDICTIO OLEI AD UN-

gendum maleficios, modusq; facien-
di prædictum oleum.

Rutarum.

Salvia.

Anethi.

Cinis olivarum.

Aqua benedicta.

Cinas tres.

An.

Recipe

*Et omnia simul fac bullire in oleo: deinde ipsam
benedicas sequenti benedictione.*

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

EXORCISMUS.

Exorcizo te spiritus immunde, per Deum ꝑvum
per Deum ꝑerum, per Deum ꝑsanctum, qui fecit cœ-
lum, &

lum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt: ut omnis virtus adversarii, omnis exercitus diaboli, omnis incursus, & omne phantasma inimici eradicentur, & effugiant ab hac creatura olei, & omnium herbarum, quæ in eo sunt, ut sit ignis ardens adversus omnes insidias inimici, ut quicumque unctus fuerit hac creatura olei sit sanitas, & sinceritas super eum: & spiritus maligni, & phantasticæ visiones, unctioe hujus olei separentur, & longentur ab eo. Per eum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen. Oremus.

ORATIO.

Domine Deus omnipotens cui astat exercitus Angelorum cum tremore, quorum servitium spirituale cognoscitur, dignare respicere, benedicere & sanctificare hanc creaturam olei, quam ex olivarum succo eduxisti, & ex eo infirmos ungi mandasti: quatenus sanitate percepta, tibi Deo vivo, & vero gratias agerent: Presta quæsumus, ut hii, qui oleo, quod in tuo nomine bene dicimus, usi fuerint, ab omni languore, omniq; infirmitate, & à cunctis insidiis inimici liberentur, & cunctæ adversitates separentur à plasmate tuo, quod pretioso sanguine filii tui redemisti: ut nunquam lædatur à morsu serpentis antiqui. Per eundem dominum nostrum, &c.

Et aspergatur oleum aqua benedicta: postea unge patientem, sicut supra ostensum est.

MODUS SOLVENDI MALEFICIA

Alicui personæ facta, in corpore humano existentia.

Prius advertere debet exorcista, in qua parte corporis maleficium inserat dolorem: quia regulariter in istis tribus partibus consueverunt maleficia inducere lesionem, scilicet in ventre, in stomacho,

macho, & ad cor. Si dolorem immittat inferiori parte corporis maleficiati, præbe illi oleum benedictum prima benedictione eo modo, quo dictum est supra: & omni die, quo infirmus biberit prædictum oleū, debet exorcizari per tres, vel quatuor horas. Si autem dolor reducatur ad stomachū, vel ad cor, tunc præbe illi sequens remedium.

Recipe { Elleboni albi.
Perforati. } añ 3. j. f. O
Sacchari rosati. }

[Thuri.] 3. f.

Et omnia simul in vino albo optimo, quantitate unius libræ tandiu facias bullire, quousq; deveniat ad medietatem: postea ipsum vinum colatum, benedictum, atq; exorcizatum à Sacerdote, propria benedictione posita infra, tribue patienti hora competenti: & per tres dies, si necesse fuerit, sic continuabis uno die, & alio non. Et unaquaq; die, non obstante vomitu, infirmus contritus, & confessus, atq; in statu suæ salutis existens, exorcizetur spatio trium, vel quatuor horarum: quia sic sanabitur, favente gratia Dei.

MEDICINA PRO MALEFICIATIS.

Recipe { Florum Ginesteræ.
Ypericonis.
Marrubii. } añ 3. ij.
Urbicæ, aut Ivc.
Rutæ. }

Et fiat decoctio in aqua ad medietatem: postea benedicatur a Sacerdote benedictione sequenti, & detur Maleficiato hora competentis.

BENE-

BENEDICTIO SYRUPORUM,

atque Medicinæ.

V. Adjuutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui fecisti cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt, benedicere digneris hanc medicinam; & super eã bene dictionem tuam effundere digneris; ut per tuam sanctissimam virtutem, & copiosissimam benedictionem dæmonem hunc, famulum tuum N. vexantem corqueat, fuget & expellat, ipsumque famulum tuum N. preciosissimo domini nostri Jesu Christi filii tui redemptum sanguine, ab omni dæmonum molestia liberatum, per tuam bonitatem custodire digneris, ad laudem tui sanctissimi nominis. Per eundem dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, &c.

*Gen. 1.**1. Pet. 1.**Et aspergatur aqua benedicta in modum**Crucis.*

BENEDICTIO OMNIUM POTIONUM

ad destruendas facturas, & fuganda maleficia de corporibus humanis.

V. Adjuutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

EXORCISMUS

Exorcizo te medicina per Deum vivum, per Deum verum, per Deum sanctum, per illum, qui te ad salutem humani generis creavit. Exorcizo te per incarnationem filii Dei vivi, per nativitatem, & circum-

Luc. 1.

onem

onem eius; per adventū, & gratiam Spiritus sancti paracliti: per beatam Mariam virginem matrem Domini nostri Jesu Christi: per Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin. Per omnes Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Martyres, Confessores, Virgines, Virgines, & continentes Dei, & per omnes virtutes eorum in virtute ipsius Dei destruas omnia maleficia, & incurfus diaboli, ac ministrorum eius: omnes incantationes, ligationes, signaturas; & facturas diabolica arte factas, seu inventas contra famulum Dei N. ita ut ad nihilum redigantur, tanquam si non essent: ut sicut divina potentia spoliavit infernum, ita expoliare valeas & possis hunc famulum Dei N. & imaginem Christi ab omnibus spiritibus immundis, ac operibus eorum, & per te extinguantur omnes ardores, calores, & frigiditates, ceteraque pestilentia facta, sive fienda contra famulam Dei N. omnibus facturis. Per eum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Colof. 2.

Gen 1.

O R A T I O.

OMnipotens sempiternae Deus, qui omnia ex nihilo condidisti: qui hominem ad imaginem & similitudinem tuam creasti, & mirabiles re-demisti: virtutis tuae invictam fortitudinem deprecamur. dñe sancte pater omnipotens aeternae Deus, & te suppliciter exoramus, ut medicinam istā bene tibi dicere, exorcizare, & sanctificare per tua pietate digneris; ut ex virtute divinae majestatis tuae, virtutem tuam contra oēs immundos spiritus, incantationes, ligationes, signaturas, facturas, & omnia maleficia Satanae possit recipere, & expellere à famulo tuo N. quicquid potest pestiferum esse, ut exhibeat plenum sanitas effectum. Deterreat praestigia, fantasticasque visiones compe-scat, per signum sanctae Crucis tui filii tui Domini nostri, tutelam fidelissimam desiderantibus praestet, per hoc tuum domine Iesu Christe, signaculum, tui quod nulli-

nullius dolus, nullius pertinacia destinavit. Qui cum
 Patre, & spiritu sancto vivis, & regnas in secula seculo-
 rum. Amen.

ORATIO.

Benedico igitur te creatura medicinæ in nomine
 Patris, & Filii, & Spiritus sancti, qui te crea-
 vit pro tutela humani generis. Proinde rogamus
 te domine Deus noster, ut hæc creatura medicinæ fa-
 mulo tuo N. in nomine sanctæ Trinitatis efficiatur salu-
 rare remedium, sitque perfecta medicina in visceribus
 ejus. Qui in Trinitate perfecta vivis, & regnas in secula
 seculorum. Amen.

ORATIO.

Descendat quæsumus Domine sancte Pater omni-
 potens æternus Deus in hæc medicinam virtus spi-
 ritus sancti, & per hoc signum crucis fugat o-
 mnes demones, sive phantasmatum, vel quodcumque opus
 diabolicum ab omni imagine Christi, & virtus eorum
 omnino extinguatur, & annihiletur ad honorem excel-
 sæ majestatis tuæ: & omnis creatura facta ad imaginem,
 & similitudinem tuam per hæc medicinam, ab omnibus
 spiritibus immundis, & operibus eorum sanetur, & sal-
 vetur in nomine domini nostri Jesu Christi. Qui cum
 Patre, & spiritu sancto vivis, & regnat, per omnia secu-
 la seculorum. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta in modum Crucis

**BENEDICTIO AQUÆ AD EXPEL-
 lenda, & fuganda maleficia de obse-
 sis corporibus humanis.**

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum, & terram.

EXORCISMUS.

Exorcizo te, & aqua per illum, qui te creavit, & qui
 te baptizari voluit: qui in quatuor flumina de Para- *Gen. 1.*

diso exire iussit, & totam terram irrigare præcepit.
 Exorcizo te ꝑ per illum, qui Naaman Syrum a lepra munda-
 davit. Exorcizo te ꝑ aqua per eum, qui te per suam po-
 testatem in Chana Galileæ convertit in vinum. Exorcizo
 te ꝑ per incarnationem filii Dei vivi, per natiuitatē,
 circumcissionem, per baptismum, & sanctum ieiunium
 eius: per passionem, mortem, & sepulturam eius: per
 resurrectionem, & ascensionem eius: per aduentum, &
 gratiam Spiritus sancti paraclyti: & per beatam Mariā
 Virginem matrem domini nostri Jesu Christi, & per lac-
 ejusdem Virginis Mariæ & per omnes Angelos, Ar-
 changelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Por-
 testates, Cherubin, & Seraphin: per omnia Sacramenta
 Ecclesiæ Catholicæ: per sanctum Joannē Baptistā & per
 omnes sanctos Patriarchas, & Prophetas, Apostolos,
 Martyres, Innocentes, Confessores, Virgines, Viduas
 & Continētes Dei: & per virtutem omnium sanctorum
 & sanctarum eius: ut in virtute Jesu Christi destruas om-
 nne opus nefarium diaboli, & ministrorum eius, om-
 nesq; incantationes, ligaturas, & fascinationes, signatur-
 ras, & facturas, arte diabolica factas, seu inventas contra
 famulum Dei N. ita ut ad nihilum redigantur, & sicut
 divina potētia expoliavit infernum, ita expoliare valdeas
 i lum ab omnib. facturis, & per te extinguantur omnes ar-
 dores, calores, & frigiditates, ceteræq; pestilentia
 Etæ, siue fiendæ contra famulum Dei N. in omnibus ac-
 cturis. Per eum, qui venturus est judicare vivos, & morte
 tuos, & seculum per ignem. Amen.

EXORCISMUS.

Iterum exorcizo te aqua per Deum ꝑ vivum, per
 Deum ꝑ verum, per Deum ꝑ sanctum: per dominum
 nostrum Jesum Christum, qui fecit cælum, & terra
 mare, & omnia quæ in eis sunt, ut omnes virtutes aduer-
 sarii, omnis exercitus Diaboli, omnis incurtus, & omne
 phantasma inimici eradicentur, & effugiant à te: ut sis
 sancta, & salutifera, & ignis ardens aduersus omnes
 insidias inimici: ut quicumque te biberint, siue gustave-
 rint

ritate, sis ei sanitas, & medicina animæ, & corporis, ut in virtute sanctæ Trinitatis effugiat omnis infirmitas, & omne opus nefarium diaboli, potatione tui separetur, effugiat, & elongetur. Per eum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

In Initium Sancti Evangelii secundum Joannem.

In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, IOAN. I.
& Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum.
Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratiæ, & veritatis. *R.* Laus tibi Christe.

O R A T I O.

Benedicat te \dagger aqua, Deus pater omnipotens, qui te suo verbo creavit: & det tibi ad omne malum, & Gen. I.
maleficium virtutem, ut quicumque te devotè sumptulerit, & gustaverit, liberetur ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligaturis, signaturis, & factoris, arte diabolica factis, & ab omni spiritu immundo, & per omnia sancta nomina tua domine Jesu Christe sana cor, & omnia membra hujus famuli tui N. & ipsum libera ab
omnibus

omnibus malis animæ, & corporis. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis, & regnas in secula seculorum. Amen.

Hic exsuffla ter in aquam, dicendo.

Exsufflo te omnis legio Satanz, in nomine Pa + tris, & Fi + lii, & Spiritus + sancti. Amen.

EXORCISMUS

Exorcizo te creatura aquæ in nomine Pa + tris, & Fi + lii, & Spiritus + sancti, ne sis communis uli spiritui immundo, ad honorem sanctissimæ, atque individuz Trinitatis viventis, atque regnantis, ut quicumque te devote biberint, & gustaverint, omnis spiritus immundus, cum omnibus factoris suis ab eis recedant. Itaque exorcizo te + creatura aquæ in nomine Iesu Christi Nazareni filii Dei vivi, Regis, & Judicis nostri, ut sis purgatio omnium maleficiorum, & incantationum factorum huic creaturæ Dei N. quam ipse ad imaginem, & similitudinem creavit, & ad baptismum, & gratiam suam vocare dignatus est. Te ergo invoco, domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, ut hanc aquam exorcizare, & bene + dicere pro tua pietate digneris, ut omnis immundus spiritus locum in ea amplius non habeat, sed in virtute spiritus sancti, omnes, qui biberint ea, recipiant sanitatem corporis, & animæ, & ab omnibus spiritibus immundis, ac operibus eorum sanentur. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

Ibidem.

ORATIO.

Dignare domine Jesu Christe exorci + zare bene + dicere, & sancti + ficare aquam istam ad liberandum, & sanandum famulum tuum, N. ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligaturis, signaturis, & factoris sibi arte diabolica factis, ut ad nihilum redigantur. Et sicut tua potentia infernum spoliasti, ita eadem expoliare digneris ipsum famulū tuum N. ab omni machinamento diabolica arte facto, qui redemisti nos in manu forti, & brachio extento. Da donē Jesu Christe, ut quod

Coloss. 2.

quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Pe-
te Jesu Christe salvator mundi, Amen. IV OFS. NA. UT. U. Q. 2

ORATIO.

TE igitur domine Jesu Christe, qui es fons, & aqua
salientium in vitam aeternam, suppliciter exora- IOAN. 4.
mus, ut hanc aquam benedici dicere, & exorcizare
re pro tua pietate digneris in salutem, adjutorium, &
liberationem famuli tui N. & ipsum tuere ab omnibus
maleficijs, incantationibus, & illusionibus dæmonum,
& ministrorum ejus, & ab ipsis potenter illum defende- IOAN. 16.
re per virtutem tuam, de cujus latere fluxerunt sanguis,
& aqua in remedium, & remissionem peccatorum no-
strorum, ita nos, Domine, famuli tui, clementiam tuam,
& nomen sanctum tuum imploramus, ut quicumque ex
hac aqua biberint, & devoto gustaverint, abluantur ab
omnibus sordibus dæmonum, & reddantur suæ incolu-
mitati: nec in eis futurum nocendi habeat potentiam
adverſa dæmonum, & maleficiorum potestas, Qui san-
ctus, & pius es, & permanens in secula seculorum. A-
men.

Et aspergatur aqua benedicta in modum

Crucis.

BENEDICTIO SALIS, ET AQUÆ
ad curandum dæmoniacos, seu
maleficiatos.

*Sacerdos curaturus Energumenum, vel malefi-
cium, habeat illum presentem contritum, &
confessum, habeatq; Sal, & Aquam prepara-
tã, & prius quam illa incipiat benedicere, fle-
xus genibus, corde devoto, & animo humiliato
faciat confessionem, & absolutionem super in-
firmum, & assistentes hoc modo.*

Conficcor

Confiteor Deo omnipotenti, *totum*. Misereatur nostri omnipotens Deus, *totum*. Indulgentiam absolutionem, & remissionem, *totum*. Deinde legat seprem Psalmos poenitentiales, & sequentes Litanias super Sal, & Aquam.

Litania dicenda super Sal, & aquam.

*Ecclesia
Romana.*

Kyrie eleison,
Christe eleison.
Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de caelis Deus,

Fili redemptor mundi Deus,

Spiritus sancte Deus,

Sancta Trinitas unus Deus.

Sancta Maria.

Sancta Dei genitrix.

Sancta Virgo virginum,

Sancte Michael,

Sancte Gabriel,

Sancte Raphael,

Omnes sancti Angeli & Archangeli.

Omnes sancti beatorum spirituum ordines.

Sancte Joannes Baptista.

Omnes sancti Patriarchae, & Prophetae.

Sancte Petre,

Sancte Paule,

Sancte Joannes.

Omnes sancti Apostoli, & Evangelistae.

Omnes sancti Discipuli domini.

Sancte Stephane.

Sancte Laurenti.

Sancte Vincenti.

Omnes sancti Martyres.

Sancte Sylvester.

Sancte Gregori.

Sancte Augustine.

Omnes sancti Pontifices, & confessores.

eadem.

miserere nobis

miserere

miserere nobis

miserere no

ora pro

ora pro nobis

ora pro nobis

ora

ora

ora

orate pro nobis

ora

ora

orate

ora

ora

ora

orate

orate

ora

ora

ora

orate

ora

ora

ora

orate

Omnes

- Omnes sancti Doctores. orate. *eadem.*
 Sancte Benedicte. ora.
 Sancte Dominice. ora. *eadem.*
 Sancte Francisce. ora.
 Omnes sancti Sacerdotes, & Levite. orate.
 Omnes sancti Monachi, & Eremita. orate pro nobis.
 Sancta Maria Magdalena. ora.
 Sancta Agnes. ora.
 Sancta Anastasia. ora.
 Omnes sancte virgines, & vidua. orate pro nobis.
 Omnes sancti, & sancta Dei. intercedite pro nobis. *eadem.*
 Propitius esto. parce nobis Domine.
 Propitius esto. exaudi nos domine.
 Ab omni malo. libera nos domine.
 Ab omni peccato. lib. nos domine.
 A morte perpetua. lib.
 Per mysterium sanctae Incarnationis tuae. lib. *eadem.*
 Per Adventum tuum. libera nos domine.
 Per Nativitatem tuam. lib.
 Per Baptismum, & sanctum jejunium tuum. lib.
 Per Crucem, & passionem tuam. libera nos domine.
 Per mortem, & sepulturam tuam. lib.
 Per sanctam Resurrectionem tuam. libera nos domine.
 Per admirabilem Ascensionem tuam. libera nos domine.
 Per adventum Spiritus sancti paraclyti. libera nos domine.
 In die Judicii. libera nos domine.
 Peccatores. te rogamus audi nos.
 Ut nobis parcas. te rogamus audi nos.
 Ut nobis indulgeas. te rogamus.
 Ut ad veram poenitentiam nos perducere digneris. te rogamus audi nos.
 Ut Ecclesiam tuam sanctam regere, & conservare digneris. te rogamus audi nos.
 Ut donum Apostolicum, & omnes Ecclesiasticos ordines in sancta religione conservare digneris. te rogamus audi nos.
 Ut inimicos sanctae Ecclesiae humiliare digneris. te rogamus.
 Ut regi-

Ut regibus, & principibus Christianis pacem, & veram
concordiam donare digneris, te rogamus audi nos.

Ut cuncto populo christiano pacem, & unitatem largiri
digneris. te rog.

Ut hanc aquam beneddicere digneris. te rog.

Ut hanc aquam beneddicere, & conservare digneris. te
rogamus audi nos.

Ut hanc aquam beneddicere, sancti ficare, & conse-
cra te digneris. te rogamus audi nos.

Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare, & con-
servare digneris. te rogamus audi nos.

Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona re-
tribuas. te rog.

Ut fructus terræ dare, & conservare digneris. te rog.

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam do-
nare digneris. te rog.

Ut nos exaudire digneris. te rogamus audi nos.

Fili Dei, te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Do-
mine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Do-
mine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster qui es in cœlis, &c.

totum usq;
V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Salvum fac servum tuum.

R. Deus meus sperantem in te.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

ORA

ORATIO.

Domine Deus omnipotens, qui omnes homines *2. Thi. c. 2.*
 vis salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire,
 suscipe orationem meam, quam ante conspectū
 clementiæ tuæ fundo pro famulo tuo N. qui à dæmonio
 vexatur, & ad misericordiam tuam confugit. Per do-
 minum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui te-
 cum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus. Per
 omnia secula seculorum. Amen.

EXORCISMUS SALIS.

V. Adjuvatorum nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum, & terram.

Exorcizo te creatura Salis per Deum † creatorem, & *Gen. c. 1.*
 creaturatum omnium auctorem, qui inter reliqua
 sua opera dignatus est adjuvare virtutem Salis, di-
 gnetur etiam ut arma per virtutem suam celestem gra-
 vissimum inimicum suum persequere. Unde ut nunc
 creatura Salis in presenti opere implicata in sancta vir-
 tute domini nostri Jesu Christi persequere diabolum, &
 omnes ejus insidias, & à visceribus omnium ubicunque
 fueris aspersus, absque ulla molestia omnes infirmitates
 expelles, ut omni animæ accipienti profuturus ad salutē
 perpetuam fias, & perniciem perpetuò ultricis exclu-
 das. Per eum qui venturus est judicare vivos, & mortu-
 os, & seculum per ignem. Amen.

ORATIO.

Benedic † domine hanc creaturam Salis, quam bene-
 † dicimus in nomine sancto tuo, & filii tui Jesu Chri- *Matt. c. 25.*
 sti domini nostri, & Spiritus sancti, ut sic ignis ardens
 adversus insidias diaboli, & sanitatem præstet patienti
 contra omnem dolorem. Per dominum nostrum Je-
 sum Christum, &c. Amen.

ORATIO.

Pæsta quæsumus domne salutare remedium per
 hanc benedictionē, quæ bene † dicimus hanc creatu-
 Hh rana

ram Salis, ut ubicunque affuerit, ad sanitatem corporis, & animæ proficiat. Per dominum &c.

O R A T I O.

2. Cor. c. 1.

Domine sancte pater omnipotens æterne Deus, bene + dicere digneris hanc creaturam salis in tuo nomine, Deus omnipotens, Deus Cœlorum, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Confessorum, Deus Virginum, Deus Sanctorum omnium, quem in usum humani generis bene + dicimus. Bene + dic igitur domine hanc creaturam salis, sicut benedixisti sal, quod dedisti in manu Helisei prophetæ, ex quo sanatae sunt aquæ, ut quicumque gustaverint ex eo, sanitatem corporis, integritatemq; mentis, & tutelam salutis, atq; corroboracionem fidei accipiant, sanetque, atq; custodiat animas, & omnia membra eorum à languore pessimo, & ab insidiis Diaboli, & proficiat ad salutem animæ, & corporis. Per dominum nostrum Jesum Christum, &c. Amen.

4. Reg. 2.

Gen. 1.

O R A T I O.

Gal. cap. 4.

Gratias agimus tibi, & in nomini tuo omnipotens Deus, qui mitte dignatus es Jesum Christum filium tuum dominum nostrum, qui dedit nobis virtutem suam unde resistere diabolo, & insidiis ejus possumus: benedic + ergo hanc creaturam salis, & Spiritu sancto tuo illam illustra, ut si quis ex ea susceperit, accipiat virtutem nominis tui adversus omnia tela, & jaculanequissimi inimici tui. Per dominum, &c. Amen.

EXORCISMUS AQUÆ.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

Ecclesia
Romana.

Exorcizo te creatura aquæ per Deum vivum + creatorem tuum, & omnium creaturarum auctorem, qui te ab initio, suo verbo ab arida terra separavit, & ad potandum, atque abluendum omne quod sordidum est,

est. devenit, ut sicut retines naturalem, & insitam tibi à Deo virtutem à Deo datam, & palpabiles abluis sordes, ita addita virtute, per invocationem divini nominis, invisibiles, si quæ in eo loco sunt sordes, asperzione tua, Christo jubente, in nomine ejus expurges. Per eundem Christum, &c. Amen.

Iahel c. 1.

O R A T I O.

Bene ꝑ dic domine hanc creaturam aquæ, ut sit remedium salutare generi humano, & præsta per invocationem tui nominis, corporis sanitatem, & animæ tutelam, atq; defensionem mentis. Per dominum nostrum Jesum Christum, &c. Amen.

Ecclesia Romana.

O R A T I O.

Bene ꝑ dic domine hanc aquam, adversus humani generis inimicum, & mitte Spiritum sanctum tuum super eam, ut armata defensione cœlestis virtutis, cunctis percipientibus proficiat ad salutem. Per dominum nostrum, &c. Amen.

Eccl. Rom.

O R A T I O.

Bene ꝑ dic omnipotens Deus hanc aquam, qui ad usum humani generis ad abluendum omnium peccatorum crimina præstitisti, ut invocato super eas nomine tuo sancto, quicumque in ea locus fuerit, vel ubi potata, salutaris tui munus invisibile per hanc aquam tribuatur, ut omne quod sordidum est effugetur, & tuæ pietatis beneficium in omnibus convalescat. Per dominum nostrum Jesum Christum, &c. Amen.

Ioan cap. 3.

O R A T I O.

Domine sancte pater æterne Deus exaudi preces nostras, sicut exaudire dignatus es famulum tuum Moysen in mari rubro, propter hoc, quia Pharaon in populo tuo cor suum exacerbavit, ut ipsum manu sui exercit⁹ necaret: & sicut Heliseus propheta cum populus tuus aquam gustare non posset, sal accepit, & profecit.

Exo. c. 17.

*Ecclesia
Romana.*

jecit ad exitus aquarum, & benedixit eas, & dixit, Sanavit dominus aquas istas, & non erit in eis mors, neque infirmitas, & sanatae sunt aquae; ita tu domine sana aquam istam, ut ubicunque aspersa fuerit per domos, sive angulos domorum, & ubicunque maleficium diabolicum delatum fuerit, statim confusum & increparum abscedat, & fugiat; & sit nobis domine haec aqua aspersa aqua omnis virtutis, aqua refrigerans, & diaboli incertus, & liberatus hic famulus tuus N. laudes, & gratias tibi domine sancte Pater omnipotens agat sempiternas. Per dominum nostrum, &c. Amen.

Eadem.

Hic Sacerdos mittat Salem in Aqua in modum Crucis, dicendo.

Commixtio Salis, & Aquae pariter fiat. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

ORATIO.

Deus qui ad salutem humani generis maximaque sacramenta in aquarum substantia condidisti; adesto propitius invocationibus nostris, & elemento huic multimodis purificationibus preparato, virtutem tuae benedictionis infunde, ut creatura tua mysteriorum tuis serviens, ad abjiciendos daemones, morbosque pellendos, diuinæ gratiae sumat effectum; ut quicquid in domibus, vel in locis fidelium haec unda resperferit, careat omni immundicia, liberetur à noxa, non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens, discedant omnes insidiae latentis inimici, & si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti, aspersione hujus aquae fugiat; ut salubritas per invocationem tui sancti nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa, Per dominum nostrum Jesum, &c. Amen.

Eadem.

ORATIO.

Deus invictae virtutis auctor, & insuperabilis imperii rex, ac semper magnificus triumphator, qui omnem diaboli sevitiam reprimis, qui inimici rugientis iracundiam frangis, qui hostiles nequitias poten-

Eadem.

LET

ter expugnas: te domine trementes, & supplicantes deprecamur, ac petimus, ut hanc creaturam salis, & aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ more sanctifices, ut ubicunque fuerit aspersa per invocationem tui sanctissimi nominis, omnis infestatio immundi spiritus abjiciatur, terrorq; venenosi serpentis procul pellatur, & præsentia Sancti Spiritus nobis misericordiã tuam poscentibus, ubique adesse dignetur. Per dominũ nostrum Jesum Christum filium tuum, Amen.

Eadem.

ORATIO.

Descendat quæsumus omnipotens Deus bene ÷ dicitio tua super hanc creaturã salis, & aqua, & cunctam familiam tuã protege, atq; defende, & corporis medicinam tribue: & diabolo ignis inextinguibilis, potatione. seu ablutione hujus aquæ infligatur. Per dominum nostrum, &c. Amen,

ORATIO.

Magnitudinem tuæ potentie interpellamus, omnipotens Deus, qui ex uno fonte paradisi quatuor flumina produxisti, qui per Angelum tuum Agar fontem ostendisti, & ex eo Ismaelem sitientẽ potasti, qui preces pueri Abrahamæ in Mesopotamia ad fontẽ exaudisti, & omne ejus desiderium adimplesti, qui famulo tuo Moysi petram percutere iussisti, & populum tuũ in deserto ex aqua de petra educta potasti, qui aquã amarã, immisso ligno dulcorasti: te supplices exoramus, ut similis benedictio ÷ descendat à te super hanc creaturam salis, & aquæ, ut quicunque aspersa fuerit, vel potata in nomine majestatis tuæ, sanetur, & omnes incantationes inimici impugnet, atque repellat. Iterum etiam rogamus, & petimus, ut sicut Angelum tuum Raphaelẽ ad domum Raguelis mittere dignatus es, ut Asmodeum ligaret, ita simile sit beneficium huic creaturæ tuæ N ubicunque hæc aqua aspersa fuerit, propitius habitatoribus sit, nec illis inimicus suggestionibus inanibus nocere possit: sed te propitiantẽ fugatus abscedat, Per dominum nostrum, &c. Amen.

*Gen. c. 2.**4. Reg. c. 2.**Tob. cap 9.*

ORATIO.

2. Cor. c. 1. **T**E invocamus domine sancte pater omnipotens sempiterne Deus, ut hanc creaturam salis & aquę exorcizare, & beneddicere pro tua pietate digneris, ut omnis spiritus immundus in ea ultra non habeat potestatem, sed ubicunque fuerit aspersa, Angelorum tuorum ibi auxilium descendat. Per dominum nostrum Jesum Christum filium, &c. Amen.

Hic Sacerdos aspergat se, & demonia cum hac aqua, benedicta, deinde dicat.

ORATIO.

Ecclesia Romana. **D**eus qui es medicus salutaris, ad te ferenda sunt jugiter nostra obsequia, tribue nobis tam corporis, quam mentis sanitatem. Per dominum nostrum, &c. Amen.

Hic prebe potum patienti, vel quando tibi placuerit ex aqua. Et nota quod aqua ingrediens potiones, semper prius hac benedictione est benedicenda.

BENEDICTIO VINI AD SANANDUM maleficiosos, & ad expellendas facturas, & omnia maleficia de corporibus humanis.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Hier. 17. **D**omine Deus Pater omnipotens, qui scis omnia, antequam fiant, sive bona, sive mala, & omnes cogitationes

rationes hominum tibi manifestę sunt: tuam exoro piis-
 simam clementiam, ut ab universis peccatis suis, & ma-
 lis, ac malignis spiritibus hic famulis tuus N. mereat-
 ur liberari; sed tu clementissime, & piissime, atque a-
 mātissime Deus oculos cordis ejus illuminare digneris.
 Tu Domine meditationē cordis ejus tibi fac placitam;
 amor tuus ejus desiderium inflammet. Exaudi, pie Do-
 mine, preces servorum tuorum clementissime Deus per
 invocationem sancti tui nominis, & per invocationem
 omnium sanctorum tuorum, & per omnia sancta tua no-
 mina benedice, & sancti fifica in virtute tua vinū istud,
 ut omnes ex eo gustantes, recipiant sanitatem mentis,
 & corporis. Domine Deus pater omnipotens, ne dere-
 linquas famulum tuum N. nec projicias eum in tempo-
 re necessitatis. cū defecerit virtus ejus. Domine si forte
 peccavit contra voluntatem, & mandata tua, & præcep-
 ta tua non custodivit, tamen non te negavit esse verū
 Deum solum, peccavit enim coram te, & angelis tuis
 contra omnes justificationes tuas. Igitur per intercessi-
 onem beatissimę virginis Marię matris filii tui domini
 nostri Jesu Christi ei parcere digneris; quia tu scis, quę
 ei sunt necessaria animę, & corpori. Tu Domine dixisti; *Ezech. 18.*
 nolo mortem peccatoris, sed ut magis convertatur, &
 vivat; & sicut Cananęam, & Publicanum vocasti ad pœ-
 nitentiam; ira famulum tuum; N. ad pœnitentiam voca-
 re digneris; & sicut beatę Marię Magdalenę à te dimissa *Luc. 7.*
 fuerunt peccata multa propter pœnitentiam, & contri-
 tionem ejus; ira piissime Domine famulo tuo N. per po-
 tentiam divinitatis tuę ei parcere digneris. Domine
 Deus Pater omnipotens adesto supplicationibus nostris,
 & sicut convertisti aquam in vinum in Chana Galileę, *Joan. 2.*
 ita benedice, exorciza, & sancti fificare pro
 tua pietate digneris vinum istud, ut sit remedium ef-
 ficax contra omnem potestatem omnium inimicorum
 nostrorum, ac etiam contra omnes facturas, quę factę
 fuerunt, vel factę erunt; & nullus spiritus malus, cujus-
 cunque generis, aut conditionis existat, possit latere, vel
 diu permanere in quacūq; creatura, quę gustaverit, &
 devotē

devotè sumperit ex hoc vino benedictio. Rogamus ergo te, Domine, ut benedicendo bene te dicas, & sanctificando sancti te fices hoc vinum in honorem omnium Sanctorum, & Sanctarum totius cœlestis Curia: ut totaliter destruat omnem potentiam inimici, & ipsum inimicum tuum per potentiam tuam extinguere, & fugare valeat: ac etiam contra omne impedimentum Satanae ipsum vinum sit remedium, ut quicumque ex eo biberit liberetur ab infirmitate sua, & tecum salvetur: quia tu Domine dixisti. Omnis quicumque invocaverit me exaudiam eum, Rogo ergo te, domine Jesu Christe, per immensam clementiam tuam, & per illud sanctum dictum tuum, ut salves illum, ne pereat: salva illum domine ad honorem tuum: & in nomine tuo, o Trinitas beata, fiat ista benedictio, & super vinum istud descendat. & sit purgatio omnium maleficiorum, quae in corpore, vel extra corpus istud sunt facta: & destruantur per virtutem tuam, & per virtutem istius vini, quod est benedictum, & sanctificatum in tuo nomine Trinitas sancta, & individua, audi, & exaudi preces servorum tuorum. Et benedictum sit nomen tuum in æternum in secula seculorum. Amen.

Iohelis 2.

ORATIO.

Mat. 26.

Domine sancte pater omnipotens æterne Deus, qui per filium tuum unigenitum Jesum Christum Dominum nostrum, redimere dignatus es mundum: & ipse benedictus filius tuus, ut memoriam suam relinqueret nobis, corpus suum sub specie panis, & sanguinem suum sub specie vini relinquere dignatus est. Quæsumus immensam clementiam tuam, ut nobis ministris tuis bene te dicentibus hoc vinum in nomine tuo, & in nomine ejusdem dilecti filii tui, & Spiritus sancti, ipsum sit remedium efficax ad salutem famuli tui N. & præsta dñe Sancte Pater omnipotens æterne Deus, per intercessionem omnium Sanctorum Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, & Apostolorum, Martyrum, Confessorum, & Sanctarum Virginum, atque Continentium, & cœlestis Curia: ut quicumque ex eo biberit, & devotè gustave-

omnes creaturæ, quæ vexatæ fuerint à spiritibus imundis, sive maleficiatæ quocumque modo operibus Sarrana, & ministrorum ejus, & ex hoc vino biberint, sanentur, & salventur, atque ab eis decedat omnia maleficia, incantationes, ligaturæ, facturæ, & omne opus nefarium diaboli dextera potentia tua confringantur. Nullusque spiritus immundus, nulla phantasmata, nulla ars inimici possit contra famulos tuos habere virtutem: & non possit latere in illis, à quibus hoc vinum degustatum fuerit, sed confestim discedant à plasmate tuo, nunquam reversuri. O beata, & sancta manus Dei, quæ omnia sanctificas, omnia benedixisti, omnia locupletas: O beata, sancta, & benedicta Trinitas, quæ omnia purificas, omnia mundas, omnia perornas: O beata majestas, quæ cuncta contines, cuncta replet, cunctaque disponis. O sancte sanctorum Deus: tuam clementiam, humillima devotione deprecamur, ut hoc vinum per nostræ humilitatis famulatum, in honore victoriosissimi nominis tui puri & ficare, bene & dicere, exorcizare, sancti & ficare digneris. Per hoc ergo vinum, quæsumus Domine, gratias Spiritus sancti exorcizatum, ægroti sanentur, infirmi curentur, dæmones ejiciantur, cunctaque maleficia, te propitiante expellantur, & omnes dæmoniaci, & maleficiati, qui ex hoc vino biberint, & devote gustaverint, sanitate mentis, & corporis concessa misericordiam, quam præcantur, perpetuò miserationis tuæ munere se obtinuisse glorientur. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

*Et aspergatur aqua benedicta in modum Crucis.
Nota, quod vinum ingrediens potiones, semper
prius hac benedictione est benedicendum.*

BENEDICTIO RUTÆ.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini,
R. Qui fecit cælum, & terram
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum Spiritu tuo,

ORA.

ORATIO.

Bene ꝑ dic domine Jesu Christe hanc Rutam, & infunde ei per tuam virtutem tuam sanctam bene ꝑ dictionem cœlestem, ut quicumque ex ea suffumigatus fuerit, vel supra se eam habuerit, nullus inimicus ei nocere possit, & in quibuscunque locis aspersa fuerit, vel posita, recedat, & contremiscat diabolus, & fugiat pavore, & non præsumat amplius inquietare, vel illudere creaturas tuas. Supplico Domine, ut mittas sanctum Angelum tuum Raphaelē, qui evulsit, & expulit à Sara, & à Tobia dæmonē moriferum, & scelerentem, & illudum: de scamnis, de angulis, de lectis, & de omnibus locis in quibuscunq; habitet, requiescat, vigilet, & consistat: nec valeat amplius inquietare, vel pavores immittere in illos, quos sancta unctio munivit. Bene ꝑ dicaris igitur Ruta in nomine domini nostri Jesu Christi, & sanctæ Trinitatis, ut sis exterminatio diabolica, & omnium contubernalium ejus. Per eum qui vêturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta in modum Crucis.

Tobia 8.

BENEDICTIO IGNIS AD COMBURENDA INSTRUMENTA MALEFICIALIA.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

V. Dominus vobis cum:

R. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Bene ꝑ dicat te creatura ignis, qui creavit te: qui famulo suo Moyse apparuit in igne flammæ rubi: qui in columna ignis per noctis tenebras suum populū antecessit in desertum, qui judicaturus orbē, te judicis faciem præire jubebit: qui te suæ justitiæ instrumentū in spiritus contumaces delegit: ut qui tres pueros majestatis suæ cultores in te servavit illæsos, etiā per te excruciet,

cruciet, & explodat omnes spiritus apostaticos. Benedictico te, & exorcizo, arque conjuro te creatura ignis, & per illum, qui facit orbem tremere, & qui omnia potest, ut adversus infernales prædones sis mihi adiutorium, eos in virtute Dei, & Domini nostri Jesu Christi affligens, excrucians, & exurens plus centuplo, quàm gehenna sulphurea; ut abs te sentiant pœnas importabiles, quæ per singula momenta suæ protervæ obstinationis suscipiant incrementa. Per eum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem, Amen.

O R A T I O.

Gen. 1.

O Adonay magne, & admirabilis, qui universa de nihilo tua potenti virtute creasti; & qui hujus mundi corporeis elementis tantam adeo potes communicare virtutem, ut non solum invisibiles spiritus pro sua temeritate perpetuo excrucient, verum etiam, ut possint rerum transmutare naturas: obsecramus humiliter tuam omnipotentem pietatem, ut huic creature, eam virtutem conferre, tua benignitate digneris, quæ malignis spiritibus non solum infernalium pœnarum amarum recordationem efficiat; verum etiam eos pro sua in te, & in nos ministros tuos contumacia excruciet, exterminet, & expellat. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Deinde aspergatur aqua benedicta, quo facto projice instrumenta maleficialia in ignem, dicendo. Psal.

Exurgat Deus, & dissipentur inimici ejus, & fugiant qui oderunt eum à facie ejus.
Sicut deficit fumus, deficiant sicut fluit cera à facie ignis: sic pereant peccatores à facie Dei.
Et justus epulentur, & exultent in conspectu Dei: & delectentur in lætitia.
Cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus: iter facite ei, qui ascendit super Occasum, Dominus nomen illi.
Exultate

Exultare in conspectu ejus, turbabuntur à facie ejus:
 patris orphanorum, & judicis viduarum.
 Deus in loco sancto suo: Deus, qui inhabitare facit u-
 nius moris in domo.
 Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos, qui ex-
 asperant: qui habitant in sepulchris.
 Deus cum egredereris in conspectu populi tui: cum
 pertransires in deserto.
 Terra mora est, etenim cœli distillaverunt à facie Dei
 Synai: à facie Dei Israel.
 Pluviam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ,
 & infirmata est: tu vero perfecisti eam.
 Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua
 pauperi Deus.
 Dominus dabit verbum evangelizantibus: virtute mul-
 ta.
 Rex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus divi-
 dere spolia.
 Si dormiatis inter medios eleros, pennæ columbæ dear-
 genatæ: & posteriora dorso ejus in pallore auri.
 Dum discernit cœlestis reges super eam nive dealbabū-
 tur in Selmon: mons Dei, mons pinguis.
 Mons coagulatus, mons pinguis: ut quid suspiciamini
 montes coagulatos?
 Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: et-
 enim Dominus habitabit in finem.
 Currus Dei decem millibus multiplex millia lætanti-
 um: Dominus in eis in Synai in sancto.
 Ascendisti in altum, cepisti captivitatem: accepisti dona
 in hominibus.
 Etenim non credentes: inhabitare dominum Deum.
 Benedictus Dominus die quotidie: prosperum iter fa-
 ciet nobis, Deus salutarium nostrum.
 Deus noster, Deus salvos faciendi: & domini domini ex-
 itus mortis.
 Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suo-
 rum: verticem capilli perambulantium in delictis
 suis.

Dixit

Dixit Dominus, ex Basan convertam: convertam in
profundum maris.

Ut intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuo-
rum ex inimicis ab ipso.

Viderunt ingressus tuos Deus: ingressus Dei mei, regis
mei, qui est in sancto.

Prævenerunt principes conjuncti psallentibus: in medio
juvencularum tympanistiarum.

In excelsis benedicite Deo domino: de fontibus
Israel.

Ibi Benjamin adolescentulus: in mentis excessu.

Principes Juda duces eorum: principes Zabulon, & prin-
cipes Nephtalin.

Manda Deus virtuti tuæ: confirma hoc Deus, quodo-
peratus es in nobis.

A templo tuo in Hierusalem: tibi offerent reges mu-
nera.

Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vac-
cis populorum: ut excludant eos, qui probati sunt
argento.

Dissipa gentes, quæ bella volunt, venient legati ex Æ-
gypto: Æthiopia præveniet manus ejus Deo.

Regna terræ cantate Deo: psallite Domino.

Psallite Deo, qui ascendit super cœlum cœli: ad Orien-
tem.

Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, date gloriam Deo
super Israel: magnificentia ejus, & virtus ejus in nu-
bibus.

Mirabilis Deus in Sanctis suis, Deus Israel, ipse dabit
virtutem, & fortitudinem plebi suæ: benedictus
Deus.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto &c.

B E N E D I C T I O I N C E N S I A D P R O -
fumigandum dæmoniacos.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

ORA-

ORATIO.

Domine Deus omnipotens, cui astat exercitus Angelorum cum tremore, dignare beneddicere, & sancti ficare hanc creaturam incensi, ut omnes languores, & spiritus maligni odorem incensi hujus sentientes, fugiant procul, & separentur ab hac creatura tua N. quam redemisti pretioso sanguine tuo; ut de cætero non lædatur à morsu antiqui serpentis. Per te Jesu Christe, Salvator mundi, qui vivis, & regnas in secula seculorum. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta super Incensum.

PROFUMIGATIONES CONTRA
dæmones.

Recipe	}	Galbani.	} añ. 3. iij.
		Sulphuris.	
		Assæ foetidæ.	
		Aristolochiæ	
		Ypericonis.	
		Rutæ.	

Et omnia simul conjurata, ac benedicta sequenti benedictione (nominibus mutatis) projice in ignem, & vexatum, velit, nolit, diu facias super dictum ignem suffumigari.

BENEDICTIO HORRIBILIS

contra Spiritus malignos.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

EXORCISMUS

Exorcizo te creatura incensi, vel sulphuris. vel myrrhae, vel ligni aloë, vel camphoræ, vel assæ foetidæ, per Deum vivum, per Deum verum, per Deum sanctum, per sanctissimam Trinitatem, Patrem, Filium, & Spi-

*Gen. 1.**Mat. 25.*

& Spiritum † sanctum, & per Deum qui omnia creavit ex nihilo, per eum, qui expulit pravorum Angelos de caelo ad ista inferiora, per Iesum † Christum filium eius unicum dominum nostrum, qui dabit praedestinati felicitate regnum aeternum, & reprobatis regnum infernale perpetuum: & per omnia nomina sancta ipsius Dei conjuro, exorcizo, & per omnia supradicta, ut sis in defensionem nostram, & efficiaris perpetua fumigatio exorcizata, bene † dicta, & consecrata in salutem nostram, & omnium fidelium Christianorum, & perpetua penitentia sis omnibus malignis spiritibus, & fortissimus, ac infinitus ignis eorum, & magis, quam sit infernalis spiritibus sulphur, & ignis infernalis, & omnis poena: omnia supradicta sint nobis defensio, & perpetua expulsio, & suffumigatio omnium spirituum, ac solutio omnium ligaminum, facturarum, & praestigiorum, ita ut nihil praedictorum nos, nec hanc creaturam Dei, neque locum istum modo aliquo offendere, & impedire valeat. Per eum, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem, Amen.

O R A T I O.

*De sū. Tri.
& Firmiter.*

Ineffabilem clementiam tuam omnipotens aeterna Deus humiliter imploramus, ut sicut tu es unus in essentia, & trinus in personis, scilicet Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, ita bene † dicere, & consecrare per immensam clementiam, & pietatem tuam digneris hanc creaturam suffumigationis; sic ut sit omnibus Christianis ipsam sumentibus odor, & defensio perpetua contra omnes spiritus malignos, & omnes incantationes, praestigia, ac maleficia, sique perpetua expulsio malignorum spirituum, & omnium incantationum, facturarum, & praestigiorum, annihilatio, ac solutio perpetua omnium ligationum, & dissolutio omnium maleficiorum, & in quocumque loco odor eius venerit, siue affuerit, nullus spiritus nullaque incantatio, nulla ligatio diabolorum, nulla fasciatio, nullum maleficium, nullaque molestia maligni spiritus possit durare, neque stare modo aliquo, sed statim tua immensa virtute, & potentia fungiantur perpetuo, & procul

procul expellantur omnes insidiæ latentis inimici, ac eorum habitationes dissolvantur, annihilentur per signum sanctæ Crucis † domini nostri Jesu Christi. *Qui cum Patre, & Spiritu sancto, vivit & regnat in secula seculorum. Amen.*

Et aspergatur aqua benedicta in modum Crucis.

CONJURATIO CHARTÆ, IN QUA

debent scribi brevia applicanda, seu appendenda collo vexati, vel secum deferenda.

CONJURATIO.

Conjuro te † charta, per verba illa tituli triumphalis Salvatoris domini nostri Jesu Christi: & per omnia alia verba quæ dicuntur de Creatore omnium creaturarum: & per illum, qui potest tribuere, & facere, quod tantam obrineas virtutem, ut omnia, quæ super te scribentur, ad effectum salutis æternæ perducere valeas, & ut omnis fallacia, & virtus diaboli exeat de te, & intret in te omnis virtus prædicta sine mora. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

AD COGNOSCENDUM SI ALIQUIS vexatur à spiritibus immundis, scribe hæc nomina sancta Dei in charta benedicti, ut supra & pone illa super patientem, ipso nesciente.

D. Hieron.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. † Hel † Heloym † Sother † Emanuel † Sabaoth † Agla † Thetragrammaton † Agyos † Otheos † Ischyros † Athanatos † Jehova † Ya † Adonay † Saday † Homousson † Messias † Esereheye † Increatus Pater † Increatus Filius † Increatus Spiritus † sanctus † Jesus † Christus vincit † Christus regnat † Christus imperat † Si diabolus ligavit, vel tentavit te N. suo effectu

fectu, vel per sua opera, Christus filius Dei vivi per suam
 misericordiam liberet te ab omnibus spiritibus imundis,
 qui venit de caelo, & incarnatus est in utero beatissimae
 Virginis Mariae causa humanae salutis, & ejiciendi dia-
 bolum, omnem malignum spiritum à te in profundum
 inferni, & abyssi. Ecce Crucem † Domini, fugite partes
 adversae, vici leo de tribu Juda radix David.

Apoc. 5.

BENEDICTIO DOMUS A SPIRI-
 tibus immundis molestatae, ex antiquis
 Exorcismis excerpta.

*Antequam Sacerdos ingrediatur domum,
 dicat sequentem Orationem.*

Omnipotens sempiternae Deus, qui Sacerdotibus
 tuis praeter ceteris tantam gratiam contulisti, ut quic-
 quid in tuo nomine dignè, perfecteque ab eis
 agitur, à te fieri credatur: quæsumus immensam cle-
 mentiam tuam, ut quod modo visitaturi sumus, visites,
 & quicquid benedicturi, bene † dicas, & ad ea, quæ actu-
 ri sumus dexteram tuæ potentiae extendas, sintque ad no-
 stram humilitatis ingressum, & introitum, sanctorum tuo-
 rum meritis fuga daemonum, Angeli pacis ingressus.
 Per Christum dominum nostrum. Amen.

ORATIO DICENDA CUM PER-
 veneris ad locum molestatum.

Adesto Domine supplicationibus nostris, & hanc
 domum serenis oculis tuæ pietatis illustra, & de-
 scendar super habitantes in ea gratiae tuæ bene †
 dictio: ut in his factis habitaculis cum salubritate ma-
 nentes, ipsi tuum semper sint habitaculum, Per Christum
 dominum nostrum. Amen.

ORATIO.

Bene † dic Domine domum istam: bene † dic Do-
 mine introitum nostrum, bene † dic Domine ingres-
 sus pedum nostrorum, sicut dignatus es domum patrum
 nostro-

nostrorum, Abraham, Isaac, & Jacob benedicere. *Quæ Gen. 14. 63*
 sumus domine Jesu Christe, qui discipulis tuis dixisti: 22.
 In quacunque domum intraveritis, salutate eam, dicen-
 tes: Pax huic domui: ut veniat pax illa super domū istā,
 & omnes famulos, & famulas tuas: & eos domine, ab o-
 mni infirmitate eripere, & liberare digneris, & reple eos
 centesimo fructu vini, & olei, & frumenti, & in futuro
 illis æternam concede gloriam. Qui vivis, & regnas in
 secula seculorum, Amen.

ORATIO.

Benedic, quæsumus domine Deus omnipotens, lo-
 cum istum cum ædificiis suis ut sit sibi sanitas, san-
 ctitas, virtus, & gloria atque humilitas, bonitas, &
 mansuetudo lenitas, & plenitudo legis, obedientiaque
 Deo patri, & Filio, & Spiritui sancto. Hæc benedictio
 sit super hunc locum, & super omnes habitantes in eo.
 Per Christum dominum nostrum. Amen.

ORATIO.

TE Deum patrem omnipotentem oramus pro hac
 domo, & pro dæmoniis hanc habitantibus hac
 spe, ut sanctificare digneris: ut sint promptuaria
 eorum plena, erunstantia ex hoc in illud, tribue eis de
 core cœli abundantiam, & de pinguedine vitæ substan-
 tiam, & desiderium cordis, & vota eorum ad effectum
 tuæ miserationis perducas: introitum verò bene dī dice-
 re digneris, vt benedicere dignatus es Abraham, Isaac, *Gen. 16.*
 & Jacob: & infra parietes domus istius Angelus lucis in-
 habitet. Per Christum dominum nostrum. Amen.

ORATIO.

Prorector in te sperantium Deus, & subditorū tre-
 mentium custos, habitantibus in hac domo famu-
 lis, & famulabus tuis propitius adesse digneris: &
 veniat super eos semper tuæ benedictionis infusio, ut
 pietatis tuæ tunc repleti muneribus, tua gratia semper
 in tuo nomine læti exultent. Per Christum dominum
 nostrum, Amen.

EXaudinos, domine sancte pater omnipotens æternus Deus, ut si qua adversa, & si qua contraria sunt in hac domo, auctoritate majestatis tuæ expellantur. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Deinde aspergendo loca domus aqua benedicta, dic Psalmos sequentes.

P S A L M U S.

AD Dominum cum tribularer clamavi: & exaudivit me.

Domine libera animam meam à labiis iniquis: & à lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatoris. Mei mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

P S A L M U S.

Levavi oculos meos in montes: unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino: qui fecit cælum, & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neq; dormiet, qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet: qui custodit Israel.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua: super manum dexteram tuam.

Per diem Sol non uret te: neque Luna per noctem. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc, nunc, & usque in seculum.

P S A L M U S.

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.

Stantes

Stantes erunt pedes nostri: in atriis tuis Hierusalem.
Hierusalem, quæ ædificatur ut civitas: cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini testimonium Israel: ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum David.

Rogate, quæ ad pacem sunt Hierusalem: & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum domini Dei nostri: quasi bonum tibi.

PSALMUS.

AD te levavi oculos meos: qui habitas in caelis.
Ecce sicut oculi servorum: in manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.

Miserere nostri domine, miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.

Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

PSALMUS.

Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel: nisi quia Dominus erat in nobis.

Cum exurgerent homines in nos: forsitan vivos deglutisset nos.

Cum irascererur furor eorum in nos: forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransivit anima nostra: forsitan pertransillet anima nostra aquam intolerabilem.

Benedictus Dominus: qui non dedit nos in captivum dentibus eorum.

Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus.
Adjutorium nostrum in nomine Domini: qui fecit cælum, & terram.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.

Kyrie eleison,

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster qui es in cælis, &c.

totum usq;

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo,

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R A T I O.

Domum tuam Domine clementer ingredi, & in tuorum tibi corda fidelium perpetuam construere mansionem: & præsta, ut in hac domo nulla malignorum spirituum dominetur nequitia, Per Christum dominum nostrum. Amen.

Deinde cum aspersione aquæ, modo supra dicto, dic Psalmos sequentes.

P S A L M U S.

Qui confidunt in Domino, sicut mons Syon: non commovebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem.

Montes in circuitu ejus, & Dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc, & usque in seculum.

Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem justorum: ut non extendant justi ad iniquitatem manus suas.

Benefac Domine bonis: & rectis corde.

Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem: pax super Israël.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui, &c.

P S A L M U S.

IN convertendo Dominus captivitatem Syon: facti sumus sicut consolati.

Tunc replem est gaudio os nostrum: & lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gentes: magnificavit Dominus facere cum eis,

Magnificavit Dominus facere nobiscum: facti sumus lætantes.

Corverte Domine captivitatem nostram: sicut torrens in Austro.

Qui seminant in lachrymis: in exultatione merent.

Euntes ibant, & flebant: mittentes semina sua.

Venientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos suos.

Gloria Patri, & Filio, &c.

P S A L M U S.

Nisi Dominus ædificaverit domum: in vanum laboraverunt, qui ædificant eam.

Nisi dominus custodierit civitatem: frustra vigilat, qui custodiat eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite, postquã sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hæreditas Domini, filii merces fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis; ita filii excussorum.

Beatus vir, qui implevit desiderium suum ex ipsis: non confunderur, cum loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri, &c.

P S A L M U S.

Beatissimi omnes, qui timent Dominum: qui ambulant in viis ejus.

Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.

Uxor tua, sicut vitis abundans: in lateribus domus tuæ.

Filii tui sicut novellæ olivarum: in circuitu mensæ tuæ.
 Ecce sic benedicetur homo: qui timet Dominum.
 Benedicat tibi Dominus ex Syon: & videas bona Hierusalem, omnibus diebus vitæ tuæ.
 Et videas filios filiorum tuorum: pacem super Israel.
 Gloria patri, & Filio, &c.

P S A L M U S.

Sæpe expugnaverunt me à juventute mea: dicat nunc Israel.

Sæpe expugnaverunt me à juventute mea: etenim non potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores: prolongaverunt iniquitatem suam.

Dominus justus concidet cervicēs peccatorum: confundantur, & convertantur retrorsum omnes; qui oderunt Syon.

Fiant sicut fœnum testorum: quod, priusquam evellatur, exaruit.

De quo non implevit manum suam, qui metet: & sinum suum, qui manipulos colliget.

Et non dixerunt, qui præteribant, benedictio domini super vos; benediximus vobis in nomine Domini.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. &c.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster qui es in cœlis, &c.

totum, usq;

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

ORA-

ORATIO.

OMnipotens sempiternae Deus, qui in omni loco Hier. 23.
 dominationis tuae totus assistis, totusque opera-
 ris: adesto supplicationibus nostris, ut hujus do-
 minus aedificatae sis protector: & nulla hic nequitia con-
 trariae potestatis assistat, sed virtute Spiritus sancti, & o-
 peratione ejus fiat tibi hic primum servitium, & devo-
 ta libertas existat. Per Christum dominum nostrum.
 Amen.

*Deinde dic Psalmos sequentes cum aspersio-
 ne aquae, ut supra.*

PSALMUS.

DE profundis clamavi ad te Domine: Domine ex-
 audi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes: in vocem depreca-
 tionis meae.

Si iniquitates observaveris Domine: Domine quis susti-
 nebit?

Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam susti-
 nuisti te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: speravit anima mea
 in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: speret Israel in
 Domino.

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud e-
 um redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri, & Filio, &c.

PSALMUS.

Domine non est exaltatum cor meum: neque elati
 sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis: neque in mirabili-
 bus super me.

Si non humiliter sentiebam: sed exaltavi animam
 meam.

Sicut ablactatus est super matrem suam : ita retributio
in anima mea.

Speret Israel in domino : ex hoc nunc, & usque in seculum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

P S A L M U S.

Memento Domine David: & omnis mansuetudinis ejus.

Sicut juravit domino: votum vovit Deo Jacob.
Si introiero in tabernaculum domus meæ: si ascendero
in tabernaculum domus meæ: si ascendero in lectum
strati mei.

Si dederò somnum oculis meis : & palpebris meis dominationem.

Et requiem temporibus meis: donec inveniam locum domino, tabernaculum Deo Jacob.

Ecce audivimus eum in Ephrata: inveniemus eum in campis sylvæ.

Introibimus in tabernaculum ejus: adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Surge Domine in requiem tuam: tu, & arca sanctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur justitiam: & sancti tui exultent.

Propter David servum tuum: non avertas faciem Christi tui.

Juravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eum: de fructus ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testamentum meum: & testimonia mea hæc, quæ docebo eos.

Et filii eorum usque in seculum: sedebunt super sedem tuam.

Quoniam eligit Dominus Sion: elegit eam in habitationem sibi.

Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.

Vidua ejus benedicens benedicam: pauperes ejus saturabo panibus.

Sacerdotes ejus induant salutari: & sancti ejus exultatione exultabunt.

Illuc producam cornu David: parvi lucernam Christo meo.

Inimicos ejus induam confusione: super ipsum autem effloreat sanctificatio mea.

Gloria Patri, & Filio, &c.

PSALMUS.

ECce quàm bonum, & quàm jucundum: habitare fratres in unum.

Sicut unguentum in capite: quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti ejus: sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.

Quoniam illic mandavit dominus benedictionem, & vitam usque in seculum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

PSALMUS.

ECce nunc benedicite Dominum: omnes servi domini.

Qui statis in domo Domini: in atriis domus Dei nostri.

In noctibus extollite manus vestras in sancta: & benedicite dominum.

Benedicat tibi dominus ex Sion: qui fecit cœlum, & terram.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster qui es in cœlis, &c.

totum usq;

V. Et ne nos inducas intentationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Do-

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R A T I O.

DEus, qui in omni loco dominationis tue dedicatorem assistis: exaudi nos, quæsumus, ut inviolabilis hujus domus permaneat benedictio: & beneficia tui muneris universitas, quæ supplicat, mereatur. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Postea in principali loco domus lege sequentia Evangelia.

¶ Initium Sancti Evangelii secundum Joannem.

Cap. 1.

IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Johannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui tamen non receperunt. Quorum autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratiæ, & veritatis. R. Laus tibi Christe.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.

CUM natus esset Jesus in Bethleem Judæ in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes. Ubi est, qui natus est, Rex Judæo-

Judæorum? Vidimus enim stellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum, & scribas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei, In Bethleem Judæ. Sic enim scriptum est per Prophetam. Et tu Bethleem terra Judæ, nequaquam minima es in principibus Judæ; ex te enim exeret dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis. Et mittens illos in Bethleem dixit, Ite, & interrogate diligenter de puero: & cum inveneritis, renunciate mihi, ut & ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra, ubi erat puer. Videntes autem stellam, gavisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus. Et procidentes, adoraverunt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrhā. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam. *R.* Laus tibi Christe.

¶ *Sequentia sancti Evangelii secundum*

Lucam.

IN illo tempore. Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galileæ, cui nomen Nazaret, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit. Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus: & cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei. Ne timeas Maria: invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomē ejus Jesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus Deus sedē David patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum, *Quomodo fiet istud, quoniā virū nō cognos-*

scio? Et respondens Angelus, dixit ei. Spiritus sanctus supervenit in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nasceretur ex te sanctum, vocabitur filius Dei: Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. *R.* Laus tibi Christe.

¶ Sequentia Sancti Evangelii secundum

Joannem.

In illo tempore ingressus Jesus perambulabat Jerico. Et ecce vir nomine Zachæus, & hic erat princeps Publicanorum, & ipse dives. Et quærebat Jesum videre quis esset, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem sicomorum, ut videret illum, quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Jesus vidit illum, & dixit ad eum. Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens in domum suam. Et cum vidissent omnes, murmurabant, dicentes: quod ad hominem peccatorem divertisset. Stans autem Zachæus dixit ad Jesum. Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & si quid defraudavi, reddo quadruplum. Ait Jesus ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse sit filius Abraham. Venit enim filius hominis querere, & salvum facere, quod perierat. *R.* Laus tibi Christe.

Deinde benedic incensum hoc modo, & post benedictionem pone ipsum super ignem.

BENEDICTIO.

Per intercessionem beati Michaelis Archangeli, stantis à dextris altaris incensi, & omnium electorum suorum, incensum istud dignetur Dominus benedicere, & in odorem suavitatis accipere. Per Christum dominum nostrum. Amen.

V. Ostende

V. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

R. Et salutare tuum da nobis.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Visita, quæsumus Domine habitationem istam, & omnes insidias inimici ab ea longe repelle, & Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant: & benedictio tua sit super nos, & nūc & semper. Per dominum, &c.

Postea facias signum crucis super domum, & in ea habitantes, dicendo.

Signum salutis impone Domine super hanc domum: & non permittas introire in eam Angelum percutientem. In nomine Pa tris, & Fi filii, & Spiritus sancti, Amen.

Deinde dic benedictionem istam.

Benedictio Dei omnipotentis. Pa tris, & Fi filii, & Spiritus sancti descendat super vos, & domum istam, & maneat semper. Amen.

BENEDICTIO AURI, THURIS, ET

Myrrhæ adversus dæmones incubos, & succubos, & contra insultus Maleficiorū, quæ consuevit fieri in festo Epiphaniæ: extracta ex Sacerdotali.

Habeas Aurum, Thus, & Myrrham, preparata, & illa benedic sequenti benedictione.

V. Adjutorium nostrum. in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum, & terram.

Postea dicas sequentes Psalmos.

Deus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me.

Deus

Deus exaudi orationem meam : auribus percipe verba
oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt adversum me : & fortes
quæsierunt animam meam, & non proposuerunt De-
um ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me : Dominus susceptor ani-
mæ meæ.

Averte mala inimicis meis : & in veritate tua disperde
illos.

Voluntariè sacrificabo tibi : & confitebor nomini tuo
Domine quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me : & super
inimicos meos despexit oculus meus.

Gloria Patri, &c.

P S A L M U S.

Deus iudicium tuum regi da : & iustitiam tuam
filio Regis.

Judicare populum tuum in iustitia : & pauperes
tuos in iudicio.

Suscipiant montes pacem populo : & colles iustitiam.

Judicabit pauperes populi : & salvos faciet filios paupe-
rum, & humiliabit calumniatorem,

Et permanebit cum Sole, & ante Lunam : in generatio-
ne, & generationem.

Descendet sicut pluvia in vellus : & sicut stillicidia stil-
lantia super terram.

Orietur in diebus ejus iustitia, & abundantia pacis : do-
nec auferetur Luna.

Et dominabitur à mari usque ad mare : & à flumine us-
que ad terminos orbis terrarum

Coram illo procident Æthyopes : & inimici ejus ter-
ram lingent.

Reges Tharsis, & insulæ munera offerent : reges Ara-
bum, & Saba dona adducent.

Et adorabunt eum omnes Reges terræ : omnes genes
servient ei.

Quia liberavit pauperem à potente : & pauperem, cui
non erat adiutor.

Parce

Parcet pauperi, & inopi: & animas pauperum salvas faciet.

Ex usuris, & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo.

Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ: & adorabunt de ipso semper, tota die benedicent ei.

Erit firmamentum in terra in summis montium, super extolletur super libanum fructus ejus: & florebit de civitate sicut foenum terræ.

Sit nomen eius benedictum in secula: ante Solem permanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum

Benedictus dominus Deus Israel: qui facit mirabilia solus.

Et benedictum nomē majestatis ejus in æternum: & replebitur majestate ejus omnis terra, fiat, fiat.

Gloria, Patri, &c.

PSALMUS.

Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, & exultent gentes, quoniam judicas populos in æquitate: & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Antiphona.

Apertis thesauris suis, obtruleant Magi Domino Aurū, Thus, & Myrrham.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster qui es in cœlis, &c.

totum usq;

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

R. Et salutare tuum da nobis.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R A T I O .

Omnipotens sempiternè Deus, te humiliter deprecamur, ut sicut has creaturas Auri, Thuris, & Myrræ, à tribus regibus tibi tanquam summo regi, & Deo vero, & homini vero oblatas recepisti: sic bene ÷nedicere, consecrare, & sancti ÷ficare digneris: & cœlitz donum benedictionis infundere: ut quicumque eas gestaverit, ab omni periculo animæ, & corporis salvus semper existat. Qui cū Patre, & Spiritu sancto vivis. &c.

Mat. 21.

O R A T I O .

Domine Jesu Christe, qui nobis Sacerdotibus, non nostris meritis, sed sola dignatione clementiæ tuæ præ cæteris gratiam cōtulisti, ut quicquid à nobis in tuo nomine dignè, ac perfectè agitur, à te fieri cœdatur. Adesto quæsumus nostræ officio servitutis, & bene ÷dicere, ac sancti ÷ficare digneris has creaturas tuas Auri, Thuris, & Myrræ, quas nos in nomine sancto gloriæ tuæ benedicere confidimus. Qui vivis, & regnas cū Patre, & Spiritu sancto Deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Ibidem.

O R A T I O .

Bene ÷dic ira que domine Jesu Christe in titulum omnipotentiz tuæ, & spem salutis fidelium utenti-

um, has creaturas Auri, Thuris, & Myrrhæ, ut sicut be-
atos tres Magos, Caspar, Balthasar, & Melchior tibi eas
offerentes, ad mysteria tua cognoscenda illuminare, &
ad te devotè adorandum accendere, atque ab insidiis, &
periculis custodire dignatus es: ita fideles tuos in tua
misericordia sperantes, qui ejusdem creaturis tuis, Au-
ro, Thure, & myrrha in tuo nomine usi fuerint, lumi-
ne tuo illustrare, amore tuo inflammarè, & à cunctis
adversitatibus, ab omnibusque insidiis, & nocumentis
diabolicis præservare digneris. Qui cum Patre. & Spiri-
tu sancto vivis, & regnas in secula seculorum, Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

*Hac benedictione completa, si quis vexetur à
demone incubo, vel succubo, accipiat ista arria, unà
cum Ruta benedicta: propria benedictio posita su-
pra fol. 492. Et faciat sibi breve, & ad collum de-
ferat cum Dei timore, & reverentia.*

*Faciat etiam existis quatuor partes, & ponat
in quatuor angulos lecti, & liberabitur, Deo fa-
vente.*

REMEDIVM LIBERATIVVM, ET
præservativum ab infestationibus dæmonū
vexantium homines, jumenta, & habitacu-
la eorum, & ab insultibus Maleficorum.

*Accipe chartam, & ipsam benedic propria bene-
dictione posita supra fol. 497. Postea asperge ipsam
aqua benedicta: deinde scribe super eam hæc verba
in modum Crucis.*

I
N R Q U I verbū caro factū est, & habitavit in nobis, *Joan. 1.*
nascēs ex Maria virgine, per ineffabilē pieta-
tē, & misericordiā suā piissimā, & p̄ interces-
sionē ejusdē beate Marię virg. & Angelorū, Sāctorūq; o-
mnium,

mnium & maximè Apostolorum, & Evangelistarum suorum Joannis, & Matthæi, Marci, & Lucæ, ipsum quæso, ut dignetur me liberare, & conservare ab omni infestatione Satanz & ministrorum ejus. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Deinde accipe sal exorcizatum, & benedictã, ceram cerei Paschalis, vel aliam benedictam, & Rutam benedictam propria benedictione posita supra fol. 490. omnia aspersa aqua benedicta: & omnia simul pone in chartam supradictam: & in modum brevi suspende omnia ad collum patientis, vel in loco vexato, & liberabitur, seu confervabitur gratia Dei.

CONJURATIO CONTRA GRAN- dines seu tempestates à dæmonib. excitatas.

*In modum Crucis extende manus tuas contra
nubes, & dic.*

Pater noster, Ave Maria. Credo in
Deum, & Symbolum.

*Symbolum
Athana-
sii.*

Quicumque vult salvus esse: ante omnia opus est,
ut teneat Catholicam fidem.

Quam nisi quisque integram, inviolatamq; ser-
vaverit: absque dubio in æternum peribit.

Fides autem Catholica hæc est, ut unum Deum in Tri-
nitate: & Trinitatem in unitate veneremur.

Neque confundentes personas: neque substantiam sepa-
rantes.

Alia est enim persona Patris, alia Filii, alia Spiritus san-
cti.

Sed Patris, & Filii, & Spiritus sancti una est divinitas, &
qualis gloria, coæterna majestas.

Qualis Pater, talis filius: talis Spiritus sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius: increatus Spiritus san-
ctus.

Immen-

Immensus Pater, immensus Filius : immensus Spiritus sanctus.

Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres æterni : sed unus æternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi : sed unus increatus, & unus immensus.

Ibidem.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus.

Et tamen nō tres omnipotentes : sed unus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius : Deus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Dii : sed unus est Deus.

Ita dominus Pater, dominus Filius : dominus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Domini : sed unus est Dominus.

Quia sicut singillatim unam quaque personam Deum, ac dominum confiteri Christiana veritate compellimur : ita tres Deos, aut dominos dicere Catholica religione prohibemur.

Pater à nullo est factus : nec creatus, nec genitus.

Filius à patre solo est : non factus, nec creatus, sed genitus.

Spiritus sanctus à Patre, & Filio : non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Unus ergo Pater, non tres Patres : unus Filius, non tres Filii : unus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti.

Et in hac Trinitate, nihil prius, aut posterius : nihil majus, aut minus : sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt, & coæquales.

Ibidem.

Ita ut per omnia, sicut jam supradictum est, & unitas in Trinitate, & Trinitas in unitate verenda sit.

Qui vult ergo salvus esse ita de Trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad æternam salutem : ut Incarnationem quoque domini nostri Jesu Christi fideliter credat.

Est ergo fides recta, ut credamus, & confiteamur, quia

Kk ; dominus

dominus noster Iesus Christus, Dei filius, Deus, & homo est.

Deus est ex substantia Patris ante secula genitus, & homo ex substantia Matris in seculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo: ex anima rationali, & humana carne subsistens.

Æqualis Patri secundum divinitatem: minor patre secundum humanitatem.

Qui licet Deus sit, & homo; non duo tamen, sed unus est Christus.

Unus autem non conversione divinitatis in carnem: sed assumptione humanitatis in Deum.

Unus omnino non confusione substantiæ: sed unitate personæ.

Nam sicut anima rationalis, & caro unus est homo: ita Deus, & homo unus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra; descendit ad inferos: tertia die resurrexit à mortuis.

Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis: inde venturus est iudicare vivos, & mortuos.

Ad cuius adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis: & reddaturi sunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui vero mala in ignem æternum.

Hæc est fides Catholica: quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. &c.

CONJURATIO.

Ex antiquis Exorcismis.

Conjuro vos nubes, & grandines, seu tempestates, ac vobis præcipio per Deum Patrem † per Deum Filium, & per Deum Spiritum † sanctum qui sunt in substantia unus Deus: per potentiam Patris: per sapientiam Filii: per amorē Spiritus sancti procedentis ab utroque: per sacram obedientiam Iesu Christi: per sacram humilitatē virginis Mariæ domine nostræ: per virtutes.

res Apostolorum, per passiones terribiles Martyrū Christi: per novem choros spirituum cœlestium, per fidelem, & sacram vitam Confessorum: per omnes sanctas mulieres famulas & martyres Christi: per omnes animas beatas cœli: per sacram obumbrationem, quam fecit virtus altissimi beatæ virginis Mariæ dominæ nostræ: per imperiale verbum, quod fecit Christus ventis, ut cessarent: per divisionem mirabilem maris rubri quam fecit potentia divina populo Judaico: per omnia ista supra scripta conjuro, † & præcipio vobis, o nubes, seu grando, quod in signo hujus sacræ Crucis, † quam contra vos facio, indivisæ repenti recedatis à nobis, & ab hoc loco sine læsione alicujus hominis sive loci, sive navis sive terræ, & deleamini per aerem. Amen.

Luc. 2.

Iterum adjuro † vos grandines, & ventos per quinque vulnera Christi; per tres clavos, qui ejus manus, & pedes perforabant, ut in aquam resoluti descendatis. In nomine Pa † tris, & Fi † lii, & Spiritus † sancti. Amen.

Ex Mallo
Maleficarum.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui fecisti cœlum, & terrā, mare, & omnia, quæ in eis sunt quicquid; flumini Jordani benedixisti, atque in eo baptizari voluisti, & tuas sanctissimas manus, & brachia sacratissima in Cruce extendisti, quibus aerem sanctificasti, obsecram⁹ immensam pietatis, & bonitatis tuæ clementiam, quatenus has nubes, quas ante me, & post me, & supra me à dextris, & sinistris video aerem perturbare, dissolvere, & annihilare digneris, ut alligata potestate dæmonū impie defæviens, deficiat, & turbet ad laudē tui sanctissimi nominis, & omnipotentissimæ majestatis tuæ. Qui vis, &c.

Ex anti-
quis Exorcismis.

Postea conversus ad nubes, & eas signo

Crucis signans dicas,

Circundet te Deus Pa † ter. Circundet te Deus Fi † lius, Circundet te Deus Spiritus † sanctus, Benedicat

dicat te Deus Pater. Benedicat te Deus Filius. Benedicat te Deus Spiritus sanctus. Dividat te Deus Pater. Dividat te Deus Filius. Dividat te Deus Spiritus sanctus. Destruat te Deus Pater. Destruat te Deus Filius. Destruat te Deus Spiritus sanctus. Annihilet te Deus Pater. Annihilet Deus Filius. Annihilet te Deus Spiritus sanctus. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

ADJURATIO.

Ubi supra.

Sanctus Matthæus, sanctus Marcus, sanctus Lucas, sanctus Joannes Evangelista, qui Christi Evangelium per quatuor mundi patres divulgaverunt: ipsi suis meritis, & precibus hanc tempestatem ab omnibus Christianorum sinibus, ab eodem domino nostro Jesu Christo obtineant effugari, & depelli. Et ego peccator, & Christi Sacerdos (licet indignus) auctoritate, & virtute ejusdem Dei, & domini nostri Jesu Christi summi Imperatoris, non mea potentia innixus, & confusus, vobis precipio immundissimi spiritus, qui has nebulas concitatis, in virtute ejusdem Dei, & domini nostri Jesu Christi, & per tremendum ejus Judicium, & per sanctissimam Crucem sanctam, quam contra vos facio, & per merita interemeratæ, semperque beatissimæ virginis Mariæ Dei genitricis, & per merita omnium Sanctorum, ut exeatis ab eis, & eas dispergatis in locis sylvestribus, quatenus nocere non possint homini, vel jumento, aut volucris, seu fructibus; aut quibuscunque rebus humano usui deputatis. Per eundem dominum nostrum Jesum Christum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Mat. 17.

Ipsè vobis imperat sancti demones, qui has nubes comoveritis, qui de nube lucida dixit. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Ipsè vobis imperat, qui principem vestrum devicit, & ligavit. Ipsè vobis imperat, qui sua sacratissima Cruce & corporis sui sanctissimi in ea extensione aerem purgavit. Ipsè vobis imperat, qui inferno spoliato, resurgens à mortuis, post quadraginta dies à nube susceptus, ascendit in celum.

Act. 2.

lum. Ipse vobis imperat, qui vos æternę gehennę mancipavit ignibus. Qui ventur⁹ est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Postea ostendat Crucem in aere à quatuor lateribus, dicens.

Ecce signum sanctissimę Crucis, fugite partes adversę, vicit enim vos, & mundū dñs noster Iesus Christus filius Dei, summus Imperator, qui est leo de tribu Juda radix David.

Postea aspergat aquã benedictam in modū Crucis per quatuor latera. Et si adhuc perseveraverit tempus tempestuosum, dicendę sunt Litanię sequentes.

LITANIÆ DICENDÆ CONTRA tempestatem à dæmonibus excitatam.

Kyrie eleison.
Christe eleison,
Christe audi nos.

Apo. 5.

Christe exaudi nos.

Pater de coelis Deus.

Fili redemptor mundi Deus.

Spiritus sancte Deus.

Sancta Trinitas unus Deus.

Sancta Maria,

Sancta Dei genitrix,

Sancta Virgo virginum,

Sancte Michael.

Sancte Gabriel.

Sancte Raphael.

Omnes sancti Angeli & Archangeli,

Omnes sancti beatorum spirituum ordines.

Sancte Joannes Baptista.

miserere nobis.

miserere.

miserere nobis.

miserere no.

ora pro.

ora pro.

ora pro.

ora.

ora.

orate.

orate.

ora.

ora.

Omnes

Omnes sancti Patriarchæ, & Prophetæ, ora.
 Sancte Petre. ora.
 Sancte Paule. ora.
 Sancte Andrea. ora.
 Sancte Iacobe. ora.
 Sancte Joannes. ora.
 Sancte Thoma. ora.
 Sancte Iacobe. ora.
 Sancte Philippe. ora.
 Sancte Bartholomæe. ora.
 Sancte Matthæe. ora.
 Sancte Simon. ora.
 Sancte Thadæe. ora.
 Sancte Matthia. ora.
 Sancte Barnaba. ora.
 Sancte Luca. ora.
 Sancte Marce. ora.
 Omnes sancti Apostoli, & Evangelistæ, ora.
 Omnes sancti Discipuli domini. ora.
 Omnes sancti Innocentes. ora.
 Sancte Stephane. ora.
 Sancte Laurenti. ora.
 Sancte Vincenti. ora.
 Sancti Fabiane, & Sebastianæ. ora.
 Sancti Joannes, & Paule. ora.
 Sancti Cosma, & Damiane. ora.
 Sancti Gervasi, & Prothasi. ora.
 Omnes sancti Martyres. ora.
 Sancte Sylvester. ora.
 Sancte Gregori. ora.
 Sancte Ambrosi. ora.
 Sancte Augustine. ora.
 Sancte Hieronyme. ora.
 Sancte Martine. ora.
 Sancte Nicolae. ora.
 Omnes sancti Pontifices, & confessores. ora.
 Omnes sancti Doctores. ora.
 Sancte

Sancte Benedicte.	ora.
Sancte Antoni.	ora.
Sancte Bernharde.	ora.
Sancte Dominice.	ora.
Sancte Francisce.	ora.
Omnes sancti Sacerdotes, & Levitæ.	orate.
Omnes sancti Monachi, & Eremitæ.	orate.
Sancta Maria Magdalena.	ora.
Sancta Agata.	ora.
Sancta Lucia.	ora.
Sancta Agnes.	ora.
Sancta Cecilia.	ora.
Sancta Catherina.	ora.
Sancta Athanasia.	ora.
Omnes sancte Virgines, & viduæ.	orate.
Omnes sancti, & sancte Dei.	intercedite pro nobis.
Propitius esto.	parce nobis Domine.
Propitius esto.	exaudi nos domine.
Ab omni malo.	libera nos domine.
Ab omni peccato.	lib.
Ab ira tua.	lib.
A subitanea, & improvisa morte.	lib.
Ab insidiis diaboli.	lib.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate.	lib.
A spiritu fornicationis.	lib.
A fulgure, & tempestate.	lib.
A morte perpetua.	lib.
Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ.	lib.
Per Adventum tuum.	lib.
Per Nativitatem tuam.	lib.
Per Baptismum, & sanctum jejunium tuum.	lib.
Per Crucem, & passionem tuam.	lib.
Per mortem, & sepulturam tuam.	lib.
Per sanctam Resurrectionem tuam.	lib.
Per admirabilem Ascensionem tuam.	lib.
Per adventum Spiritus sancti paracliti.	lib.
In die Judicii.	lib.

Pecca-

Peccatores.

Ut nobis parcas.

Ut nobis indulgeas.

Ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris. te rogamus.

Ut Ecclesiam tuam sanctam regere, & conservare digneris. te rogamus.

Ut donum Apostolicum, & omnes Ecclesiasticos ordines in sancta religione conservare digneris. te rogamus.

Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris. te rogamus audi nos.

Ut regibus, & principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare digneris. te rogamus.

Ut cuncto populo christiano pacem, & unitatem largiri digneris. te rogamus.

Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare, & conservare digneris. te rogamus.

Ut mentes nostras ad cœlestia desideria erigas. te rogamus audi nos.

Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas. te rogamus.

Ut animas nostras fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias. te rogamus.

Ut fructus terræ dare, & conservare digneris. te rogamus audi nos.

Ut hos grandines à dæmonibus excitatos in aquam resolvere digneris. te rogamus.

Ut hos grandines circundare, & dissolvere digneris. te rogamus.

Ut hos grandines annihilare, & à partibus fidelium depellere, & effugare digneris. te rogamus.

Ut hos grandines benedicere, & dividere digneris. te rogamus audi nos.

Ut hos grandines disperdere, & destruere digneris. te rogamus audi nos.

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris. te rogamus.

Ut nos

Ut nos exaudire digneris.

Fili Dei.

te rog.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.

te rog.

Domine.

parce nobis

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.

exaudi nos

Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. miserere nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster qui es in caelis, &c. *retum.*

A M E N.

CENSU.

CENSURA SUPER FUSTEM
dæmonum.



GO Frater Timotheus Pennonus
Vitellianensis Ordinis Minorum
Regularis Observantia Predicator,
sacrae Theologiae lector, ac Provin-
ciae nostrae Bononiae actualis Diffini-
tor, in verbo veritatis, attestor, fidemq^{ue} facio, me
auctoritate, & commissione ad modum Rever. Pa-
tris Fratris Helisei Capys Veneti, Ordinis Predi-
catorum, Inquisitoris Bononiae, diligenter vidisse,
& attentè observasse librum, cui titulus est, Fustis
Dæmonum Reverendi Patris Fratris Hieronymi
Menghi Vitellianensis. Cujus initium habet, Dæ-
monibus corpora humana obsidentibus, & finis, &
Animam ipsius ab omni maleficio taciturnitatis
liberare, & salvam facere. Per Dominum nostrum
Jesum Christum, &c. Amen. In quo, quibusdam
deletis, meaq^{ue} manu nonnullis expurgatis, nihil
vidi, nec observavi, quod sit contra Sanctam Ca-
tholicam Ecclesiam, & ejus fidem, sive contra
Principes, aut mores. Et iudicio meo opus est Ca-
tholicum, & utile futurum maleficiatis, & ideo
dignum, ut imprimatur. Datum Bonon. in loco
nostro Annunciate. Die 14. Januarii 1583.

Idem Fr. Timothæus, qui supra
manu propria.

FUSTIS

FUSTIS

DÆMONUM,

ADJURATIONES FORMIDABILES, potentissimas, & efficaces in malignos spiritus fugandos de oppres-
sis corporibus humanis:

Ex sacrae Apocalypsis fonte, variisq; sanctorum Patrum auctoritatibus haustas, complectens.

Auctore R. P. F. HIERONYMO MENGÒ Vitellianensi, Ordinis Minorum Regularis Observantiae.

REVERENDISSIMO, ILLUSTRISSIMO Q; P. F. FRANCISCO Gonzagæ totius Ordinis Minorum Ministro Generali digniss.

F. HIERONYMUS MENGUS Vitellianensis ejusdem Ordinis minimus. S. D.



Pertissimum est (Reverendissime Pater) omnibus, qui ratione utuntur & illis præsertim, qui divinarum literarum studiis invigilant, homines eò perfectiores, evadere, quo in eorum

eorum operibus divina legis limitibus, naturaeq;
 praeceptis adherere totis viribus conantur. Et qua-
 to à minus perfecto ad magis perfectum in suis re-
 bus gerendis accedunt, tanto inter homines pre-
 stantiores, & excellentiores existimantur: atq;
 à Deo Opt. Max qui bona omnia largitur, pra-
 miis justis donantur. Quis enim est profecto li-
 terarum studiis vacans, qui in hoc sapientum albo
 reponi, ac describi ut quavis non contendat? Ad
 quem scopum cum ego quoq; omnium minimus
 semper collimarim, qua potui ingenii mei medio-
 critate praedicta instituta sectans, nec ab eis ne latè
 quidem unguem recedere volens (sola charitate
 amula, quae opera humana ad perfectum ducit)
 divino munitus auxilio, libellos quosdam ad ef-
 fugandos à corporibus obsessorum spiritus ma-
 lignos composui: illosq; precibus amicorum de-
 victus, accedente etiam temporum illorum ne-
 cessitate, cui tunc non potui non compati: quade-
 re libellos ipsos, quale nostrum erat desiderium re-
 cognoscere plene non potui, typis excudendas tra-
 didi. Quos cum maturitate pleniori perlegerim,
 ac diligenter consideraverim, varieg. mihi sese
 quotidie occasiones obtulerint, librum, qui Eu-
 stis demonum inscribitur, illis, addidi: in quo
 nervis omnibus meis adhibitis ad cohibendas,
 opprimendasq; vires Satanae, arma fortiora. Ex-
 orcistis paravi. Et tanto majora, & efficacio-
 ra remedia in eo descripsi, quanto ipsa infirmi-
 tas gravior, & periculosa magis semper extitit.
 Adversus, quae (tanquam arma ad confren-
 gendam.

gendam demonum audaciam potentissima) cum non ignorarem non defuturos adversarios, qui Luciferi machinationibus, quibus numquam hæc, & alia hujusmodi opera oppugnare non desinet, excitati, opus ipsum viperino dente mordere tentarent: & metum considerarem, cui patrono tutelam ipsius operis commendarem, qui à moribus pestiferis oblatrantium illud defenderet: tu, Reverend.ß. Generalis inter alios, non sine maximis laudibus semper nominande, occurristi, sub cuius clypeo liber hic protegendus in lucem protegendus in lucem prodiret, teq; statim delegi. Nec immerito, cum tu hoc opus tueri, ac defendere facillimè poteris, quippe qui consilio, prudentiq; animi tui equitate sic te geris, ut omnes, qui ad te confugiunt, summa cum admiratione consolati recedant, & iustitia constanti, subditos tuos quotidie reformando regis, ut peccatorum laqueis irretiti non maneant, à quibus fortassis ad instar spirituum infernorum opprimerentur, nisi cura, ac ingenti sollicitudine tua liberarentur. Nec tu aliqua admiratione affici debes, quod librum hunc tibi dicare ausus fuerim: quoniã cum mente perolvere ea, que ab ipsis auctoribus fieri consueverunt, dum libros suos aliis sacrant, tum in explicandis rationibus, quibus ad id faciendum moti fuerint: tum in extollenda illorum magnitudine, quibus ipsa opera commendantur, nullam earum mihi relinqui satis apertè perspexi. Etenim rationibus inspectis, cum te summo cum honore, innumerisq; meritis tuis, ad supremũ Religionis nostræ

fastigium brevi tempore evertedum esse, & fratrum
 nostrorum Ministrum Generalem creatum fuisse
 cunctis notissimum sit: ratio potius reddenda esset,
 cur tuorum subditorum aliquis opera sua, cum tu
 caput, & Princeps illorum existas, aliis, te postha-
 bito, dederit. Dotibus verò tuis, ac magnitudine
 libratis, manifestum est omnibus, quanta aucto-
 ritate, doctrina, prudentia, & generis claritate
 prestes, de quibus, si aliquod verbum facere velle,
 esset (ut ajunt) facibus solem adjuvare. Quare his
 ex industria omissis, hilari, ac serena fronte inuenis
 hoc meum, qualecunq; sit, accipe. Leve quidem
 est, sed tanta est bonitas, & candor animi tui, ut il-
 lud aequi, boniq; consulas: ob quæ illud nomini tuo
 dicatum, edere non erubui, fretus fidissima, ac tu-
 tissima tutelâ tua: & ut meam erga te observan-
 tiam, amorem, benevolentiam, animumq; meum
 tibi perpetuò devotum testificaret. Vale, Reve-
 rendissimè Pater, Ordinis nostri decus: diuq; felix
 vive. Datum Vitellianæ in aede Divi Francisci,
 Kalendis Octob. 1584.

JOAN.

JOANNES ANNIBALIS
 BEDULLI J. C. VITELL.
 AD EXORCISTAS.

EDocuit MENGUS mira vos arte Flagellū,
 Quo cæsus dæmon cedit, & ima petat.
 Nunc sacra pandens scripturæ arcana dolavit
 Fustem, quo Satanas territus arma dabit.
 Quare hostem contra Mengi pugnare Flagello,
 Sistet; cogetur Fuste referre pedem.

LI 2

INDEX

JOAN

INDEX OMNIUM CAPITULORUM QUÆ continentur in hoc Fuste dæmonum.



*D*e monibus corpora humana obfi-
dentibus, animasq; hominum sce-
leratorum se esse afferentibus mini-
mè credendum fore, demonstratur:
ubi etiam quedam heresis proster-

nitur. Cap. 1.

Conditiones, & naturas demonum Exorcista co-
gnoscere debet, ut remedia illis opposita applica-
re valeat: ubi nonnulla demonum nomina à
sacra scriptura posita declarantur. Cap. 2. 537

Dæmones corpora humana vexantes: non esse ani-
mas hominum nec illas transire de corpore in
corpus, optime demonstratur: ubi quedam ha-
resis prosternitur. Cap. 3. 539

Animas ante infusionem corporum non peccasse, &
in corpora, ut in carcerem in poenam peccati,
inclusas minimè fuisse ostenditur. Cap. 4. 541

Licitum an sit aliquo modo pro sanitate acquiren-
da, ad sortilegos recurrere: & quomodo factu-
re seu instrumenta maleficialia destrui possint.
Cap. 5. 543

Exorcista an possint, & debeant in nomine Chri-
sti aliquem demonum in aliorum principem
constituere, qui alios excruciet: ubi etiam de
eorum naturali potètia pulchrè tractatur. C. 6.

Dæmones

- Demonēs ad preces maleficorum corpora humana vexare posse, ostenditur: & rationes huic arti detrahentium solvuntur, ubi etiam agitur de scientia bonorum, & malorum Angelorum. Cap. 7.
- De apparitionibus, quibus demonēs in variis speciebus obsessis apparere consueverunt: & quomodo a bonis discerni possint. Cap. 8.
550
- Cur demonēs injuriis, & approbriis irritati, aliquando a corporibus obsessis abscedunt: cum corpora non habeant, in quibus pati possint. Cap. 9.
- Demonēs miracula facere non possunt: licet miranda aliquando operentur. Cap. 10. 553
- De causis, & modis, quibus demonēs corpora humana ingrediuntur: & de signis, effectibusque, quibus quis cognoscitur esse demoniacus. Ca. 11.
562
- De maleficiis, & signis, quibus quis cognoscitur esse demoniacus & maleficiatus. Cap. 12. 565
- De signis, quae apparere consueverunt, quando aliquis demoniacus, & maleficiatus conjuratur: & de modo, quem tenet diabolus egrediendo e corporibus obsessis. Cap. 13. 566
- Demonēs in corporibus humanis latere, gravissimasque infirmitates in homines introducere, & illos morte afficere posse, probatur: ubi etiam remedium necessarium describitur. Cap. 14.
568

De quadam astutia, qua demones è corporibus obsessis egredientes utuntur, cum in Exorcistas prevalere non possunt, & de remedio contra illam opponendo. Cap. 15. 571

Demones post liberationem obsessi, ad maleficia destruenda, quandoq; in corpora jam vexata reingrediuntur: ubi de remedio illis applicando agitur. Cap. 16. 573

De remediis contra demones incubos, & succubos applicandis. Cap. 17. 574

Instrumenta maleficialia à demonibus, & maleficis renovari probatur: ubi etiam de remedio agitur. Cap. 18.

Finis Indicis Capitulorum.



FVSTIS DÆ- MONUM IN MALI- GNOS SPIRITUS EFFU-

gandos de oppressis corporibus.
Doctrinam pulcherrimam, & valde necessa-
riam Exorcistis continens.

Auctore R. P. F. HIERONYMO MENGO
Vuellianensi, Ordinis Minorum
Regularis Observantia.

CAPUT PRIMUM.

*Dæmonibus corpora humana obsidentibus, ani-
masq; hominum sceleratorum se esse asserenti-
bus, minimè credendum fore, demonstratur:
ubi etiam quedam hæresis prosternitur.*



DEBET Exorcista præcavere, ne cre-
dat spiritui immundo, dicenti se esse
animã alicuj⁹ scelerati hominis (quod
sepe solent asserere) ut inducant ho-
mines in illam hæresim, quæ asserit, a-
nimas sceleratorũ hominũ post mortẽ

*Cavenda
ab Exorci-
stis in con-
suratione.*

in dæmones, & in quæcunq; animalia bruta, suis meritis
congrua, converti; quam Augustinus libro de hæresi-
bus, c. 86. Tertulliano impingit. Quid autem Tertulli-
anum movere poterit, ut in hunc errorem laberet, certè
non video, nisi fortè illud, quod Dominus apud Joannẽ
Judæis pessimis loquens, ait. Vos ex patre diabolo estis.
Et de transmutatione in pecudes, qui eã tutantur, fortè
moventur ex illo, quod Joannes Baptista ait. Progenies
viperarum, quis demonstravit vobis fugere à vêtura ira?
Quæ parum movere deberent virum mediocriter do-
ctum: præcipuè si consideraret, non omnia sacrę Scriptu-
ræ verba sumenda esse juxta solã grammaticæ nudam

*Error Ter-
tulliani
circa dæ-
mones.*

*Verba di-
vina quo-
modo sint
accipiendã.*

*Homines
quare br-
vis anima-
libus com-
parantur.*

*Iudæos qua-
re Christus
vocat filios
diaboli.*

*Dæmones
non esse
animas
defuncto-
rum osten-
ditur.*

*Petit quod
in aliud
converti-
tur.*

significationem. Sacra enim Scriptura plena est meta-
phoris, aliisque figuratis locutionibus; in quibus propter
aliquarum rerum inter se convenientiam, nomen uni-
us pro nomine alterius ponitur; ut cum Christus voca-
tur Leo, aut Agnus: non quod utrumque horum sit,
immo cum neutrum eorum sit, utrumque tamen dici-
tur ex quadam similitudine: eò quod utriusque eorum
aliquid simile habet. Sic etiam homines aliquando vo-
cantur iumenta, propter eorum mores, quos iumentis
similes habent. Progenies ergo viperarum vocatur Ju-
dæi à Joanne Baptista: eò quod sicut illæ (ut fertur) oc-
cidentes matres suas nascuntur: sic illi, postquam pa-
tres, hoc est, magistros, & prophetas occiderant, tunc
pœnitentiam agentes spiritualiter nascuntur. Hoc etiã
modo accipiendum est verbum Christi. Vos ex patre
diabolo estis: ut non juxta naturam, esse diaboli filios
intelligantur, sed juxta mores, in quibus filii parentes
imitant. Nam cujus opera quisque facit, ejus & filius voca-
catur. Quod ex eo convincitur, quod Judæis dicentibus
patrem suum Abraham, Christus respondit. Si filii Abra-
hæ estis, opera Abraham facite. Ad hunc autem errorem
convincendū satis est efficax illud testimoniū, ubi Mat. 23.
Christus hominibus parum misericordibus, minatur
dicturum in die Judicii, Ite maledicti in ignem æternū,
qui paratus est diabolo, & angelis ejus. Ex quibus verbis
ostenditur, discrimen esse inter animas malorum, hominum
minum, & dæmones. Et in libro sapientiæ dicitur, Quomodo
modo posset aliquod permanere, nisi tu voluisses? aut
quod à te vocatum non est, conservaretur? Parcis au-
tem omnibus, quia tua sunt, qui amas animas conser-
vis. Sed quomodo conservaret animas, si in dæmones
aliquando converteretur? Nam id, quod vertitur in ali-
ud, perire necesse est, ut vertatur in illud. Sequeretur e-
tiam aliud maximum inconveniens, quod anima esset mor-
talis: quod tamen Tertullianus simul cum fide Catho-
lica negat. Nam id, quod in aliud convertitur, tunc cor-
rumpitur, cum vertitur in illud: ut cum vinum vertitur
in acrum, aut aër, cum convertitur in aquam, desinit esse
vinum,

vinum, & definit esse aer. Si ergo anima in dæmonem
 convertitur, sicut in pecudem, necesse est, ut in hac ver-
 sione anima desinat esse. & per consequens erit morta-
 lis; quod esse erroneum, nulli dubium est. Convincitur
 etiam evidentissime ex præmio bonorum, & malorum,
 hanc sententiam esse falsam: de quibus loquitur Chri-
 stus, dicens. Ibunt hi, scilicet iusti, in vitam æternam, il-
 li autem, id est peccatores, in ignem æternum. *Æternū Responso*
 autem esse non potest, quod aliquando finitur. Ex his *dæmonibus*
 omnibus patet, quid respondendum sit dæmonibus hæc *danda ab*
 asserentibus, quod scilicet hoc sit falsum, & hæreticum, *Exorcistis.*
 & contra determinationem S. R. E. Et prædicare debet
 Exorcista circumstantibus, hoc omnino non esse creden-
 dum; quinimmo fugiendum, & ab omnibus Christi fi-
 delibus, damnandum, ut hæreticum, & quid inventum
 à diabolo. Et nota, quod hoc dictum. Ego sum spiritus
 talis. vel talis hominis, potest habere duplicem sensum:
 quod scilicet spiritus immundus, qui loquitur in corpore
 vexato, sit spiritus talis hominis, id est, quod sit anima
 ipsius: & hoc sine dubio est erroneum: quia quoties
 cunque anima per mortem ab aliquo corpore discedit,
 ad aliquem illorum locorum pergit, de quibus locuti
 sumus libro secundo nostri Compendii, c. 12. Alio mo-
 do potest intelligi, quod scilicet sit spiritus malus datus
 in exercitum illi homini, de quo fit sermo, & hoc po-
 test esse verum: quia relicto illo corpore, potest ingredi
 aliquod corpus, causa vexandi illud, & loqui ista verba
 per os patientis.

CAPUT II.

Conditiones, & naturas dæmonum Exorcista co-
 gnoscere debet, ut remedia illis opposita appli-
 care valeat: ubi nonnulla dæmonum nomina à *Cognoscere*
naturas,
& condi-
tiones dæ-
monum
Exorcista
debet.
 sacra Scriptura exemplariter posita declaratur.

Exorcista conari pro posse debet, ut in applicando
 remedia spiritualia cuicumque spiritui immundo,
 cognoscat naturas, seu conditiones cujuslibet
 dæmonis debet.

Proprietates demonum enarrantur.

Nomina demonum à divina scriptura prolata.

Dæmonis nomen quid significat.

Belial nomen interpretatur.

Beelzebub, & Satanas declarantur.

Behemot, & Asmodes significata.

Leviathan nomen exponitur.

dæmonis existentis in corporibus vexatis, quantum poterit, ut cum adiutorio facilius Energumenum liberare possit. Pro cuius faciliore declaratione est sciendum, ut diximus in nostro vulgari Compendio, lib. 1. c. 5. quod sicut multæ sunt species dæmonum, sic etiam diversæ sunt conditiones, seu proprietates eorum: quia aliqui præsidet, seu assistunt peccato superbiæ, quidam peccato gulæ, alii peccato avaritiæ, nonnulli peccato luxuriæ, Alii Superbiæ faces ministrant: quidam Scortatores incitant, alii Ebrietatem suadent, nonnulli adulterium committere jubent; furibus quidam juvant, & aliis sceleribus præsidet, & iis qui ea perpetrant mire favent: & sic de singulis peccatis mortalibus. Et, ne hoc tibi videatur voluntarie dictum, afferam in medium aliqua nomina dæmonium, quæ continentur in sacra Scriptura: Nam licet unum, & idem nomen, scilicet diabolus, multipliciter in Scripturis exprimat, tamen propter eorum diversas proprietates his immundis operibus unus præsidere dicitur uni vitio, & alius alteri. Divina autem Scripturæ usus consuevit quilibet immundum spiritum nominare diabolum, à dia, quod est duo, & bolus, quod est morsellus: quia duo occidit, corpus scilicet & animam. Nominatur etiam dæmon, id est sanguineus sitiens, super peccata, quæ sinit, & procurat. Quandoque nominatur Belial, quod interpretatur absque iugo, vel absque domino: quia pro posse pugnat contra eum, cui deberet esse subjectus. Aliquando vocatur Beelzebub, quod interpretatur, vir muscarum, id est animarum peccantium, quæ reliquerunt verum sponsum Christum. Vocatur etiam Satanas, id est adversarius: quia semper adversatur nostræ salutis. Aliquando nominatur Behemoth, id est bestia: quia homines bestiales facit. Vocatur quoque dæmon fornicationis, & princeps illius spurcitiæ Asmodeus, quod interpretatur factura iudicii: quia propter huiusmodi vitium factum fuit terribile iudicium super Sodomam, & quatuor alias civitates. Sic dæmon superbiæ dicitur Leviathan: quia tentavit primos parentes de superbiæ promissis.

promittens eis additamentum divinitatis, & ideo interpretatur additamentum. Demique dæmon avaritiæ dicitur Mammona, sicut expressit Christus Matth. 6. quando dixit. Non potestis Deo servire, & Mammonæ. Sed quia pauca nomina, & proprietates hic sunt expressæ, ideo Exorcista poterit quarere à quolibet dæmone nomen proprium, & proprietatem suam, & cui peccato præsideat, & si invenerit ipsam regnâtem super superbiam, opponat illi humilitatem, & orationem, quæ spiritû Deo humiliat. Si super avaritiam, opponat elemosinâ, & liberalitatem, Si super luxuriam, opponat castitatem. Si super gulam, opponat abstinentiam. Si super iram, opponat mansuetudinem: & sic singulis aliis peccatis opponat singula, & propria remedia, quæ prudens Exorcista per se invenire poterit, secundum diversas conditiones, & proprietates existentes in dæmonibus obsidentibus, quas enarrare difficile foret, cû tot sint proprietates, quot dæmones. De remediis autem eorum, qui varia maleficia patiuntur, locuti sumus in Compendio nostro vulgari, lib. 3. ideo hic supersedebo. Poterit etiam prudens Exorcista legere totum illud cap. 5. supra allegatum, ubi inveniet illa genera dæmonum cum suis proprietatibus, & singulis, singula remedia apponere, quoties invenerit aliquem dæmonem obsidentem esse ex illis generibus: quia de singularibus non potest dari regula universalis.

Mammona princeps.

Avaritia.

Remedia opponenda dæmonibus obsidentibus.

Tot sunt proprietates, quot dæmones.

Genera dæmonum ab auctore posita.

CAPUT III.

Dæmones corpora humana vexantes, non esse animas hominum defunctorum, nec illas transire de corpore in corpus, optimè demonstratur. Ubi quædam heresis exterminatur.

Saluti humane læquei à dæmonibus parantur.

Quia dæmones in hujus vitæ nostræ cursu, omnibus modis, nobis adversantur, ideo conantur quoquo modo humanæ salutis læqueos præparare,

parare, quod præcipue, disseminando errores contra immaculatam fidem Catholicam faciunt, ut illis irrecitati homines, cadant in imane præcipitium damnationis æternæ. Ideo ne Exorcistæ decipiantur verbis dæmonum obsidentium corpora humana, præcavere debent, ne ullo pacto credant illis, quando ex se loquuntur, & maxime quando affirmant se esse animam alicujus hominis defuncti, quod sæpe asserere consueverunt, ut homines in illam hæresim inducant, quæ asserit, animas transire de corpore in corpus, ita, ut post unius hominis mortem anima illius, ad aliud corpus vegetandum, atq; fovendum transeat. Et hæc fuit sententia Pythagoræ, cui impii Albanenses adhæserunt. Eandem etiam hæresim postea à plebæ sunt Albigenes hæretici, sic dicti: quoniam ex Comitatu Albigeni prope Tholosam orti sunt tempore Innocentii Papæ hujus nomini tertii. Quam sectam, secluta adhuc fide, & solâ naturali ratione ductus facile quisq; deseret, si consideret illam asserere, animas nihil omnino eorum, quæ ante fuerunt, meminisse. Oportebat siquidem eos meminisse eorum, quæ ante facta sunt. Neq; verisimile est, ut hoc imputetur corpori, ita ut corporis admixtio universam ipsorum, quæ ante habitata erant, in totum extinguat memoriam. Sicut enim in soporato, & quiescente corpore, quæcunq; anima apud se sola videt, horum plura reminiscitur, atq; sæpe post multum temporis, ea, quæ per somnium viderat, vigilans adiungit: sic etiã reminisceretur illorum quæ ante quæ in hoc corpore veniret, in alio corpore egerat. Quod si quis forte Platonem imitatus dicat, cum in aliud corpus anima transfunduntur, eas oblivionis quoddam poculum à nescio quo dæmone oblatum bibere, quo evenit (ut ait Plato) ut præteritorum non recordentur. Hoc certe magis videtur poetarum figmentum, quàm Philosophorum, & multo minus Theologorum doctrina. Si enim oblivionis poculum anima bibit, quod in ea omnium rerum deleat memoriã, unde ergo scit Plato animam suam à dæmone potatam fuisse, cum anima ejus nunc sit in secundo corpore. & per hoc ex illo oblivionis poculo potasse, oportet, ut etiã illius poculi

*Cave, ne
decipiaris
verbis dæ-
monum.
Hæresis
Albanen-
sum enar-
ratur.*

*sur hæresis
Confuta-
Albigen-
sum.*

*Poculum
animabus
propinatum,
revertitur
ab auctore.*

poculi perdidit memoriam, & per consequens se potatam fuisse non recorderetur. Quod si poculi illius oblitiscitur, unde ergo nunc scit se olim fuisse potatam? Si enim dæmonem, & poculum: & introitum in corpus reminiscitur, cur non etiam reliquorum commemoratur? Ex quo aperte convincitur, hanc doctrinam non solum à fide Catholica, sed etiam à vera philosophia esse alienam. Quod manifestè ostendit B. Athanasius, in lib. quem edidit de filio Dei, lib. sexto, dicens, Siquis confiteretur animas hominū in revolutione rursus in mūdo, aut in hominibus, aut in pecudibus, aut in serpentibus, veriti, anathema illi. Propterea Exorcistæ sint cauti, hæc à dæmonibus audientes, ne nimis credentes, in hunc errorem labantur: quinimmo omnibus viribus conentur, omnia ista auferre à cordibus fidelium, tanquam falsa, hæretica, & ab Ecclesia Catholica, ac sanctis Patribus damnata.

CAPUT IIII.

Animas ante infusionem corporum non peccasse, & in corpora, ut in carcerem, in pœnam peccati inclusas minime fuisse, ostenditur.

Nec minus debet Exorcista præcavere ab illa hæresi, quæ solet disseminari ab ipsa immundis spiritibus existentibus in corporibus obsessis, quæ asserit, animas ante infusionem corporis peccasse, & in pœnam peccati in corpora, tanquam in carcerem, fuisse inclusas. Hujus erroris auctor fuit Origenes, ut illi impingit Epiphanius in epistola ad Joannem Episcopum Hierosolymitanum, quæ reperitur inter opera Divi Hieronymi, tomo quarto, & Theophilus Alexandrinus. Hæc hæresim postea tutatus est Priscillianus hæreticus, qui ex omnium hæreticorum sentina hæreses hausit, ut dicit Leo Papa in Epistola ad Astoricensem Episcopum. Quæ hæresis multis rationibus prosternitur. Primo ostendit falsitas illius de anima Christi, quæ nunquam peccavit nec per consequens dicendum est, eam propter peccatum, in corpus, velut in carcerem, fuisse detrusam. Qualiter enim ipse

*Censura
divi Athanasii.*

Error Origenis de peccato animarum.

Exterminatur hæresis Origenis.

*Dementia
Priscilla-
nistarum.*

*Pulcherrima
confu-
tatio erro-
ris Priscil-
lanistarū.*

*Inconve-
niens ma-
ximum de
incarna-
tione Chri-
sti ex ista
positione
oritur.*

ipse liberare omnes à peccato poterat, si anima ejus peccato obnoxia, in pœnam peccati, carceri fuisset mancipata? Præterea cum juxta Apostolum, in resurrectione, mortale hoc corpus induat immortalitatem: ut corpus, sicut & anima, congruū suis meritis præmium accipiat: quæ est hæc dementia, dicere, corpus esse animæ carcerem, datum illi in pœnam? Tunc enim in resurrectione non esset animæ beatæ in requiem, sed in pœnam, cum per illam cogere iterum redire ad carcerem, unde semel liberata fuerat: & ita frustra esset corporū resurrectio si expediret animabus absq; gravitate corporum ad Cœlum levius subvolare. Rursus si corpus esset animæ in carcerem, & in pœnam, nullo pacto illud anima diligeret, nec ab eo separari doleret, nec ullo modo ad illud redire vellet: quæ omnia experimento probantur esse falsæ: hinc ultimum improbat Paulus dicens, Nolumus expoliari, sed super vestiri, ubi corpus magis Paulus appollat vestem, quàm carcerem. Et naturalē animæ ad illud inclinationem docet, cum dicit, Nolumus expoliari, sed supervestiri. Hoc est, refugimus, & hoeremus corporis miseram conditionem, non autem ipsum corpus: quia propter nolumus simpliciter corpore carere, sed corporis miseriis, & calamitatibus: vellemus autem corpore renovato vestiri, quale erit in resurrectione. Præterea si animæ peccaverunt extra corpora, & in illa, velut in carcerem, fuerunt inclusæ: oportebat, ut Salvator ipse, qui pro hominibus liberandis venerat, corpus non assumpseret, cū animæ sine corpore peccaverint. Oporteret etiā, ut animas de corporibus liberaret eo tempore, quando in baptisate peccata dimittit, statimq; baptizatum de carcere corporis liberaret, cum dicat, corpus solum in peccati pœnam fuisse productum animæq; datum. Injustum est enim, ut anima à peccato liberata, nihilominus adhuc carceri mancipetur. Hæ rationes, & alie multæ, quæ possunt adduci, quas brevitaris causa omitto, istū, ut perniciosissimum errorem, non solum ab Exorcistis, sed etiam ab omnibus Christianis esse detestandum, ostendunt: sic docet Concilium primum Bracarense, cap. 6. suo.

6. suorum decretorum, dicens, Siquis animas humanas dice prius in cœlesti habitatione peccasse, & pro hoc in corpora humana in terras dejectas, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.

*Censura
conclis
Bracaren-
sis.*

CAPUT V.

Licitum an sit aliquo modo pro sanitate acquirēda, ad sortilegos recurrere, & quomodo factura seu instrumenta maleficialia destrui possint.

Quia saepe contingit Exorcistis habere præ manibus aliquos Energumenos, & maleficiatos, quos (divina jubente, seu permittente voluntate) non possunt liberare: & aliquis posset quærere, quid in hoc peragendum, quando per Exorcismos non potest haberi sanitas: idè ne Exorcistæ cæcutientes incidant in errorem, advertere debent ad illa impedimenta, posita in nostro flagello, cap. 17. & remove illa, tam ex parte sua, quàm ex parte patientis. Et si his omnibus remediis, adhuc sanitas non posset haberi, adhibeant oïa illa remedia, quæ posuimus in tertio lib. nostri Compendii c. 6. An autem post applicationem horum omnium licitum sit recurrere ad sortilegos pro sanitate habenda? diversi diversa dixerunt, quòd sic, dum modo infirmus non, inducat sortilegū ad aliquod maleficium peragendum: quia (ut ipsi dicunt) licet mihi uti malo alterius ad bonum meum: exemplificant de usurario, q̄ semper est paratus fanerari. Hæc opinio, & si fulciatur aliquibus rationibus, quæ videntur habere aliquam apparentiam: quia tamen à multis impugnatur, & videtur causa, seu occasio erradi, idè tanquā periculosa fugienda est, ne sit aliquibus in ruinam. Alii dicunt sine aliqua distinctione, q̄ nullo modo possum⁹ habere recursum ad sortilegos pro sanitate habenda, & quod potius oïa mala, etiam mortē, sustinere debemus, quā uti eorū suffragia, cū nullo modo sint faciēda mala, id est, peccata, ut eveniant bona. Quæ opinio, & si sit ardua, tamē

Energumeni quidam liberari non possunt.

Recurrere ad sortilegos an sit licitum.

Cavere debent fideles ab hac opinione.

Opinio ardua, & nimis resoluta.

est

*Scoti opi-
nio circa
recursum
ad fortile-
gos.*

*Pacta ma-
leficorum
cum damo-
nibus.*

*Destruere
maleficia-
menta est
licitum.
Illa instru-*

*Doctrina
Scotica re-
solutiss-
ma.*

*Damones
quare ho-
m. res appe-
tunt.*

est securior, quia ponit suos sequaces in parte tutiori, ne scilicet exponatur periculo mortalis peccati, & propriæ damnationis. Alia est opinio, & videtur Scotistarum, quæ tenet medium inter prænominateas opiniones & dicit, quod licet aliquo modo recurrere ad fortilegos, seu maleficos pro sanitate recuperanda. Pro cuius ampliori declaratione est sciendum, quod malefici in fabricandis suis maleficiis, ut plurimum utuntur aliquo signo maleficali extrinseco, quod semper est res vilis, & nullius valoris, & vocat instrumentum maleficiale, eo quod fabricando maleficia intervenit istud signum. Nam malefici habent dæmones ad malum sibi paratos: & quoties volunt fabricare aliquod maleficium, vocant illos, & habentes pacta, & conventiones assignant illis talia instrumenta hoc pacto, ut quantum durabit tale signum, tantum talis, vel talis persona crucietur, tali, seu tali loco: & quod amoto signo, seu instrumento maleficali, amoveat etiam læsio facta ab illo dæmone. Consueverunt etiam malefici abscondere tale signum, ne de facile possit inveniri, & amoveri ab aliquo. Ad propositum nostrum, quis dubitat, maleficum absq; novo pacto cum dæmone posse destruere illud signum, & removere læsionem ex pacto à dæmone infectam? Dico ergo, quod hoc modo recurrere ad illos, ut scilicet destruant illud signum sine novo pacto, non est illicitum. Et hoc est, quod dicit Scotus in 4. dist. 34. q. unica, & hæc sunt verba formalia eius. Secunda impotētia fit per malignos spiritus, qui habentes pactiones cum hominibus servant promissa, non quia veraces: sed ut alii eis adhaereant: quia si nulla pacta servarent, nulli eis servirent: & ut illi, quibus servant promissa, eos colant. Nam ex superbia sua præcipue appetunt honores divinos. Deus etiam permittit eos exercere potestatem suam ad impediendum aliquos ab aliquibus actibus, in quos possent, si non essent impediti & hoc vel propter peccata eorum, vel propter aliquam aliā causā occultam: & hoc modo Maga habens pactum cū dæmone, procurat ab eo, ut istum impediat à tali actū, cū tali muliere, quādam tale maleficiū perseverat, puta ac^o cur-
vata

vata ab aliqua, & huiusmodi. Et post pauca dicit. Si per orationes Sanctorum impediatur virtus dæmonis, benè fit: si tamen Deus illos non exaudiat, tunc si sciretur maleficium, & destrueretur, dæmon non fatigaret eum amplius, quia ex pacto non assistit, nisi dum durat aliquod signum. Et ex hoc patet, quòd trufatica est illa quæstio, an licet tollere maleficium intentione curandi maleficium: non enim solum licet, sed etiam est meritum destruere opera diaboli. Nec in hoc est aliqua infidelitas: quia destruens non acquiescit operibus malignis, sed credit dæmonem posse, & velle fatigare, dum tale signum durat: & destructio talis signi imperit sine tali vexatione. Ex quibus patet, quòd ire ad maleficos, ut destruant talia signa causa recuperandi perditam salutem, non est illicitum, dummodo non fiat aliqua superstitio, aut vana observatio, quando destruuntur.

*Remedium
Serum cõ-
tra male-
ficia.*

*Intentio
destruentis
maleficiũ
qualis esse
debeat.*

CAPUT VI.

Exorciste an possint, & debeant in nomine Christi aliquem dæmonem in aliorum principem confutere, qui alios excruciet: ubi de eorum naturali potentia palchre tractatur.

Quia ars, seu exercitium adjurandi dæmones obsequentes corpora humana, supra modum displicet illis, ideò modis omnibus quibus possunt conantur illam subvertere, ne illa mediante, obsessi liberentur tam à spiritali, quàm à corporali eorum vexatione. Et propter hoc querunt diffamare Exorcistas, ut in medio, ac tribulationib. affecti, dimittant hoc spirituale exercitium. Quod sæpe evenit propter pusillanimitatē eorū, qui nescientes fraudes dæmonū, destituuntur animo exorcizandi, videntes aliquos despicere, & deridere oīa, quæ agunt circa hoc exercitiū. Consueverunt, n. ista (ut ita dicam) instrumenta diaboli impugnare, q̄ Exorcista in nomine Christi constituant aliquē dæmonē Principē in corpore vexato, qui ad imperiū eorū ejiciat dæmones

*Dæmones
querunt
subvertere
artem Ex-
orcizandi,
& quare.*

*Detractio
res artis ex-
orcizandi.*

*Pralatio in
demonibus
invenitur.*

*Demonibus
contra ge-
nus huma-
num collu-
etationem
habent.*

*Pralatio
demonum
est à Deo.*

*Pralatio in
demonibus
non est iu-
ridica ex-
ercita.*

dæmones vexantes illud corp⁹, & ad instar Judeorū blasphemantium opera Christi Jesu, dicunt Exorcistam in Beelzebub virtute ejicere dæmonia; addentes, quod unus dæmon non potest ejicere alium, cum non habeat imperium super eum. Pro cujus responsione est notandum, secundum divum Bonaventuram in 2. dist. 6. q. ult. & Ricardum de Mediavilla, ubi supra, dist. 6. art. 3. q. 1. inter dæmones est pralatio, sicut dicit Magister sententiarum lib. 2. dist. 6. qua mediante, alii imperant, & alii obediunt; & hoc satis videtur probabile, tum quia filii tenebrarum quodammodo imitari conantur (licet falso, & imperfecte) filios lucis. Unde sicut vident angelos bonos ordinatè sua officia exequi secundum imperia superiorum, & majorū, similiter ipsi sua maleficia faciunt. Tum etiam quia filii tenebrarum prudentissimi sunt in generatione sua; & quia habent colluctationem adversus genus humanum, & regimen, seu regnum eorum: exercitus, si esset divisus, & sine capite non posset stare: idè sicut homines præliantes in exercitu, quantumcunque sint ad invicem inimici, tamen propter odium inimicorum libenter subjacent duci imperanti & habent multos proprios, & unum principalem ducem; sic credendum est esse in dæmonibus. Et hæc pralatio non est electione, nec violentia, sed credo, quod natura & divina institutione, sua enim conditione data est eis vis ministrativa, & potentior uni, quàm alteri. Unde & Deus ordinavit, ut minus potentes, & sapientes, magis potentibus, & sapientibus subessent in ministrando. Et Hugo dicit, quod id in malum ministerium exercent, quod periclitandum acceperunt, & ita sibi invicem præsumunt, sicut præsumerent, si essent boni; & cum cessabit status ministerii, cessabit status prælationis. Sed ista prælatio non est de jure, quia cum ipsi dæmones suis subditis nihil præcipiant, nisi contra jus, eò quod ruperunt jus, & dissipaverunt se, ideo nulla manet ibi juris obligatio, sed solum malevola confederatio, qua mediante quicquid præcipiunt, contra Dei voluntatem præcipere intendunt, & ad malum finem. Est etiam ibi prælatio de facto; quia illis, quos vident

vident nobiliores in natura, strenuiores in potentia, & subtiliores in malitia, alii obediunt, sed ex odio (ut dixi) quid habent contra genus humanum, ut sic obediens, ipsi omnes simul fortiorem exercitum constituent contra virtutes, & genus humanum. Et quia in uno eorum, scilicet Lucifero, nobilior est natura, strenuior potentia, & subtilior malitia, quam in aliquo alio, ideo alii omnes illi obediunt. Et ideo glossa super illud 1. Cor. 15. Cum evacuaverit omnem principatum, dicit. Dum durat mundus, angeli angelis, daemones daemionibus, homines hominibus praesunt. Habent tamen privatas inimicitias inter se, quibus adinvicem pugnant, ita quod unus conatur adversus alterum, & semper praesse alii desiderat. De hac autem majoritate, & superioritate daemionum vide Compendium nostrum, lib. 1. cap. 4. per totum. Stante ergo inter eos ista discordia, & ambitione, quis audeat asserere, illos respuere principatum sibi datum ab Exorcistis super alios daemones causa ejiciendi eos e corporibus obsequiis? Quinimo illum affectant maximo desiderio. Ideo taceant, qui detrahunt Exorcistis, ne verbis suis malignis impediant hanc charitatem, quae inter omnia misericordiae opera, ut singularis, necessaria est. Cur enim, si in Christi nomine Sacerdos, seu Exorcista praecipit daemionibus existentibus in corporibus, humanis omnia perimentia ad eorum expulsionem, non poterit etiam imperare alicui, ut exerceat spiritus sibi inobedientes? Licet igitur Exorcistis hoc facere, non curiositatis causa, sed desiderio liberandi vexatum daemone.

*Lucifer
quae dicitur
princeps
daemionum.*

*Privata
inimicitia
inter daemones
invenitur.*

*DetraCTORUM
artis
Exorcisticae
mala.*

CAPUT VII.

Daemones, ad preces maleficiorum, corpora humana vexare posse ostenditur: & rationes huic arti detrahentium solvuntur: ubi etiam agitur de scientia bonorum, & malorum Angelorum.

Consueverunt aliqui admirari, videntes quosdam homines bonae, ac sanctae vitae corporaliter a spiritibus

Admiratio ritibus immundis vexari: quod illis evenit ex eorum
quorūdam ignorantia: quia nesciunt, qua de causa hoc Deus per-
contradi- mittat. Et cum audiunt hoc fieri ad preces maleficorū
centiū arti- nullo pacto credere, nec audire volunt: quiniūmo omnib.
Exorcistica viribus suis huic positione contradicunt, atq; adversan-
 tur, negantes hac nostra tempestate inveniri Energume-

Rationes
contradi-
centiū huic
arti.

Detegere
peccata
possunt da-
mones.

Signa pra-
sentia dia-
bolica.

Scientiam
acceperunt
Angeli in
sua crea-
tione.

Damones
possibilita-
tem utendi
sua sciētia
perdide-
rum.

nos. Quod etiam multis rationibus conanter probare:
 quarum prima est ista. Si verè hic, aut illo homo vexa-
 retur à spiritib. imundis (cū spiritus, à quibus vexan-
 tur, sint sapientes) loquerentur Latine, Græcè, Hebraicè
 Germanicè, Gallicè, & multis aliis linguis, etiam vexa-
 tus esset idiota, & facerent alia quæ plura opera, homini-
 bus vexatis impossibilia. Secundo scirent propalare pec-
 cata occulta. & revelare tā ea, quæ in partib. longinquis
 fiunt, quàm quæ in locis propinquis, quod non faciunt.
 Præterea, si verè esset spiritus immundus, qui obsideret
 hoc, vel illud corpus, in suo recessu faceret signa veræ suæ
 præsentia, extinguendo luminaria magna, & alia simili-
 lia quæ omnia cum non videantur fieri ab his, qui dicuntur
 tur vexari temporibus nostris, sequitur, quod etiam mani-
 festè ostenditur per hoc: quia illi, qui nunc dicuntur vexari,
 sunt quædam mulieres, & puellæ subjectæ humoribus
 matricialibus, quæ ex levitate cerebri consueverunt
 facere actus similes actibus vexati. Hæ sunt rationes al-
 legatæ ab illis, qui negat spiritus vexare corpora huma-
 na. Pro majori declaratione hujus difficultatis est notan-
 dum, quod angeli, tam mali, quàm boni, omnes in sua
 conditione receperunt à Deo scientiam convenientem
 propriæ naturæ, ita quod naturaliter aliqui fuerunt crea-
 ti doctissimi in omni scientia, Alii tenent in mediū in ipsa
 scientia, & quidā eorū tenent infimum locum in ipsa
 scientia. Quæ taliter remansit in angelis bonis quod illa
 possunt uti, cum illis placuerit, ad honorē sui Creatoris,
 gloriā suam, & ad nostram salutē. Dæmones autem re-
 cedentes à divina voluntate, & beneplacito, sua scelera-
 ta, ac depravata voluntate, non ipsā scientiā, sed possibi-
 litatē utendi illa perdididerunt: ita quod nullo modo pos-
 sunt

sunt illa uti, nisi quantum sibi permittitur à Deo: cum ex eorum mala voluntate ita sint obsecrati, quòd si Deo non permittat illis hanc facultatem, auferendo vel amē cæcitaris, & ignorantia ab eorum intellectu, nullo modo illa scientia possunt uti. Facto hoc fundamento, respondendo ad rationes, ad primā dicitur, quòd dæmones non loquuntur Latine, Græcè, & aliis linguis extraneis: quia hoc sibi aliquando non conceditur à Deo, ut humana curiositas confundatur, quæ potius delectatur audire dæmones curiosè loquentes in obsessis corporibus, quàm verba Dei prolata à suo ministro. Quòd si aliquando loquuntur de mysteriis altissimis sacræ Theologiæ (ut jam audiui) nunquā, vel rarò interfunt isti curiosi, ut eorum curiositas confundatur. Hoc etiam non faciunt, quando à Deo illis permittitur alia ex causa: quia quando ingrediuntur corpora humana, ordinariè propter aliquem malum finem hoc faciunt, puta causa damnationis: & ideò quasi semper se cœlant, ne ibi deprehendatur adesse, cum sciant Exorcistas se insectatos, quoties noverint ipsos obsidere illa corpora. Et etiā, quia multa mala possunt peragere ibi, quæ sibi non imputabuntur, neque quis poterit scire unde talia mala proveniant, & quis illa fecerit. Circa peccata secreta detegenda, dico, quòd si hoc illis concederetur à Deo, scirent, possentque illa detegere, ut diximus in nostro Cōpendio, lib. 1. capite 7. quod non faciunt ut plurimum, ratione supradicta. Hoc etiam non faciunt, quando ibi deprehenduntur adesse, ut homines peccatores in peccatis suis perseverent, & ne illa confiteantur ex verecundia illis à dæmonibus illata, quod sæpius factum est, ut quidam homines impœnitentes hac occasione compuncti ad verba, & injurias sibi à dæmonibus illatas, recurrendo ad pœnitentiam, è manibus eorum, divina interueniente gratia, evaserint. Quantum autem ad signa manifesta dico, quòd propter hoc non potest quis certitudinaliter scire an talis persona sit vexata à diabolo. & ratio est: quia multi sunt dæmones per aerem vagantes, qui si vocarentur ab illis, qui obsident illud corp^{us} in adju-

*Dæmones
quare non
loquuntur
variis lin-
guis tēpo-
rib. nostris.*

*Astutia
dæmonum
obsidentium
corpora
humana.*

*Dæmones
quare non
manifestant
peccata
assistentium.*

*Frustrus
cōiuratio-
nis.*

*Deceptio
quorundam
curiosorum.*

*Dæmones
obediunt,
quando à
Deo cogun-
tur.*

*Dæmones
potius mu-
lieres, quàm
viros obsi-
dent, &
quare.*

*Experimē-
tis creden-
dum est.*

torium, possunt facere illam et signa, & tamen infirmus non liberaretur. Nec valet dicere, quòd Exorcista interdicit illis tale adiutorium in Dei nomine; quia dæmones solummodo obediunt, quando à Deo coarctantur; quòd Deus non semper facit ad velle Exorcistæ, sed solum, quando ipse iudicavit expedire. Ad quartam objectionem dico, quòd dæmones facilius occupant homines, & mulieres levis cerebri, quàm prudentes, ne (ut sæpe diximus) deprehendantur ibi adesse, & ne culpa facinorum super eos flectatur. Eadem ratione etiam consueverunt vexare lunaticos, ut etiam diffametur Luna, quæ ut creatura Dei influat talem infirmitatem in homines. Ultimò dico, quòd vexant potius mulieres & puellas, quàm homines, pro eo, quòd ipsi quærunt se occultare sub nomine humorum matriçalium, qui plus regnant in mulieribus, quàm viris: etiam hoc faciunt, quia mulieres facilius subijciuntur terroribus; quomodo ut plurimum dæmones ingrediuntur corpora humana, ubi postea talia corpora diu detinent subiecta sibi hoc modo, taliter, ut nullum remedium naturale possit illis suffragari. Desinant igitur (obsecro) adversarii detrahere Exorcistis, & si non propter rationes supradictas, saltem propter experientias positas in nostro Compendio, lib. 2. capite 11. quas si quis negaverit, secundum Philosophum indiget vapulare. Et advertant ad illa præsupposita, super quæ fundatur ædificium illius operis, quæ sunt, voluntas Dei permissiva; scientia, & potentia dæmonum possunt mirabilia operari tam per se, quàm dei maleficos; quia tunc in eis cessabit admiratio. Possunt igitur dæmones ad instantiam maleficorum inhabitare, & obsidere corpora humana. Et si quis fuerit curiosus scire, quomodo, & quibus ex causis hoc eveniat, legat totum illud capitulū supra allegatum, ubi diffusius tractatur hæc materia.

CAPUT VIII.

De apparitionibus, quibus demones in variis speciebus, obsessis apparere consueverunt, & quomodo à bonis discerni possunt.

ET si demones habeant mille modos nocendi generi humano, ut habetur 16. q. 2. capite Visis, tamen consuevere uti illis modis plus ignotis ad decipiendos homines, quibus illi faciliter decipiuntur; inter quos est apparitio demonum facta hominibus vexatis, quibus diabolus aliquando apparet in specie Christi, ut ab eis adoreretur ut Deus, quod maxime affectat. Ideo ne obsessi incidant in laqueum diaboli, decrevi hic inserere modum, quem tenere debent ad evitandum peccatorum idolatriæ in istis apparitionibus, quod etiã poterit esse proficuũ his quib. solent fieri apparitiones, ad cognoscendum, si fiant à bonis, vel malis spiritibus. Quatuor ergo signis potest cognosci, si apparitio fiat à bono, vel malo spiritu. Primum est, qd & si demon appareat in specie Crucifixi, B. Mariæ virginis, vel alicujus sancti, si tamen diligenter qs consideret has apparitiones, ppendet, qd semper diabolus secũ defert aliquã notabile deformitatẽ ut puta, caudã, cornua, vel aliqd simile. Secundũ est, qd in principio apparitionis, diabolus reddit hominẽ lætũ, & in suo recessu relinquit eũ mæstum; cujus contrariũ facit Angelus bonus, qui in principio turbat, ut habetur Danielis c. 10, de Gabriele, qui apparuit Danieli, & Lucæ primo de eodem Gabrielẽ apparente Beatissimæ virg. Mariæ, quæ turbata fuit in sermone ejus, & postea in suo recessu relinquit hominem gaudio, & alacritate plenum. Tertium signum est, quod diabolus inducat hominẽ in malum, quod ipse persuadet; habemus exemplum in Chronicis ordinis beati patris nostri Francisci de quodã Fratre Ruffino, socio prædicti patris, cui similes apparitiones à diabolo fiebant. Contrariũ cuius facit angelus bonus, qui in sua apparitione non inducat hominem in malum, sed etiam divertit illum

*Astutia
demonum
innumera-
biles.*

*Signa effi-
cacia ad
discernen-
dum appa-
ritiones
veras à
falsis.*

*Demon re-
linquit ho-
minem mæ-
stum in sua
apparitio-
ne.*

*Indurat
demon ho-
minem in
sua appa-
ritione.*

*Dæmon
traficatur in
opprobriis.*

*Frater
Ruffini
Ordinis
Minorum
exemplum.*

*Dæmones è
corporibus,
excentes,
quare à
circumstan-
tiis non
videntur.*

*Potestas
dæmonum
super cor-
pora as-
sumpta
qualis.*

illum à malo; & mollificando cor ejus, ipsum inclinac,
& inducit ad bonum. Quartum signum est, q̄ si ille, cui
apparet, responderit ei aliquo verbo sordido, in sui dede-
cus, & opprobrium prolato, subito disparerit, ut habem⁹
in prædicta Chronica, ubi legitur, quòd cum B. Franci-
scus vellet liberare prædictum fratrem Ruffinum ab illa
diabolica tentatione, inter alia illi dixit. Ut verè scias
cognoscere, quòd ille, qui tibi apparet in forma Cruci-
fixi, non est Christus, sed diabolus; cum tibi iterum ap-
paruerit dicendo, ego sum Christus, respondeas illi, A-
peri os tuum, & implebo illud stercore. Quòd cum fe-
cisset frater Ruffinus, indignatus dæmon, cum maximo
tumultu inde recessit, dirumpendo lapides, & rupes
illius montis Subasii, ubi usque in hodiernum diem (sic
fertur) videtur illa magna ruina à dæmone illo facta.
Apparent etiam dæmones, excentes è corporibus
ipsis obsessis cum maximo, ac terribili aspectu diversa-
rum bestiarum, vel aliarum rerum, licet non videantur
à circumstantibus. Et si aliquis curiosus quæreret, quo-
modo hoc sit possibile. Respondetur, quòd id faciliter
potest fieri, & hoc duobus modis. Primò quia istæ ap-
paritiones possunt esse imaginariæ; formant enim dæ-
mones, movendo humores, & sanguinem aliquas ima-
gines representantes eos; quòd autem imaginariè vide-
tur, non apparet, nisi illis, quibus fit visio, ut patet in Pro-
phetis; & sic potest esse in dæmonum apparitionibus.
Dicitur secundo, q̄ quia similem potestatem habet dæ-
mones, & boni angeli super corpora, ab eis assumpta,
quã habebunt super corpora propria glorificata animæ
beatorum, in quarum potestate (secundùm divum Bon.
in 4. distin. 49. art. 2. q. 2. & Tho. in 4. distin. 44. q. 2. art.
ultimo) erit, q̄ corpora eorum videantur vel non; & ab
uno, vel à pluribus; in parva, vel magna distantia, ita q̄
omnis actio corporis erit in potestate animæ; sic dici-
mus de dæmonibus, & Angelis bonis, q̄ in eorum pote-
state est apparere, vel non; uni, vel pluribus; à longè, vel
propè. Hoc etiã patet exemplo de angelo, qui apparuit
Danieli, qui ab ipso solo videbatur, Danielis cap. 10.
Et de

Et de Christo glorificato apparente Paulo, quē Paulus videbat, Actuum 9. viri autem qui comitabantur cum illo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Ex his omnibus patet, quomodo se tueri debent homines ad evitandos errores in apparitionibus dæmonum.

CAPUT IX.

Cur demones injuriis, & opprobriis irritati, aliquando è corporibus obsessis abscedant, cum corpora non habeant, in quibus pati possint.

Diximus in nostro Flagello cap. 3. quod exorcista debet irritare dæmones obsessentes corpora humana opprobriis, injuriis, ac omnibus modis, quibus honeste potest. quę omnia illi iniquo animo perferunt, tanquam in sui dedecus, & contemptum exercita. Quod à multis adversatur tanquam falsum, & derisorium. Dicunt enim, quod dæmones non patiuntur ab istis, cū non habeant corpora sibi unita, in quibus istę operationes recipiantur, & quę ista potius sunt obsessis corporibus in injuriā, quā in eorum liberationē. Quid enim obest spiritui immundo tractus capillorum, aurium, seu colaphizare, aut alia similia exercere circa illud corpus? nihil penitus, immo ista deridet, cū videat illud corpus his omnibus affici, & cruciari; & ideo (ajunt isti) debent Exorcistę hæc omnia dimittere, tanquam vana, superflua, & nullius utilitatis. Sed salva pace istorum, dico, quod errat eorum judicium, propter hoc; quia non considerant, nec advertere volunt, qua ex causa ista dæmonibus sint gravissima. Pro cujus majori declaratione est sciendum, secundum Alexandrum de Ales par. 3 q. 2. membro 13. quod Lucifer à principio suę conditionis cepit adversari Christo sibi offenso à Deo, cujus gloriam cum vidisset, invidit, invidia, & odio maximo; ita quod ex hoc cepit cum illo habere bellū maximū, & inexorabile, nec unquam destitit ab hac sua nequitia, donec illum affixū Cruci, & morti traditum vidisset. Sed illi accidit, quod

Irritare debet Exorcista dæmones, & quaere.

Postrio opinantium circa injurias dæmonibus illatas.

Bellum Luciferi contra Christum.

*Exemplū
efficax con-
tra adver-
santes.*

*Tristitia
demonum
de victoria
Christi.*

*Lucifer co-
gnoscit in-
carnationē
Verbi.*

*Christus
pugnando,
Luciferum
superava-
vit.*

contingere duobus potentissimis principibus ad invicē
pugnantibus Monarchiam, seu dominum totius mundi.
Ponatur enim casus, quod sint duo principes potentissimi
hujus universi, & quod ad alterum illorum de jure per-
tineat dominium: alter verò usurpato sibi titulo, ac do-
mino tyrannicē illud possideat, & quod iste tyrannus vi-
dens principem verum, & legitimum sibi inferre bellū
justum, incipiat contra illum pugnare omnibus viribus
suis, & persequi illū, donec ultimo supplicio scilicet, mor-
ti, illum tradat: deinde ponatur, quod ex morte ipsius
legitimi principis quod ab illo tyranno reputabatur vilis, ab-
jectus, despectus, & nullius auctoritatis, seu valoris be-
ne se perdat dominium totius universi, & non solum hoc
sed quod etiam ipse tyrannus efficiatur captivus, servus,
& mancipium non solum illius à se despecti principis, sed
& servorū ejus: qui in virtute, & potestate principis prius
à tyranno ita despecti, illum illudant opprobriis, in utriusque
& modis omnibus, quibus possunt: dico mihi (quæsitio)
quæ esset ejus vita? qualis dolor? qualis tristitia? videre
se objurgari in virtute illius tam à se despecti, & à servis
ejus? revera puto illum nullam posse habere majorem
miseriam atque calamitatem: quia nulla major tristitia
invenitur, quàm meminisse, fuisse foelicem. Sic respon-
dendo ad propositum, dico ita evenisse Lucifero, & an-
gelis ejus. Nam (ut diximus Compendio nostro, lib. 1.
cap. 3.) ipse cognovit Incarnationem Verbi, cui etiam
contradixit omnibus viribus suis, propter quod factum
fuit prælium illud magnū in cælo inter angelos, in quo
superatus ejectus est de cælo ad terram. Quod cernens
ille maledictus, denuo cœpit pugnare, jã projectus, con-
tra ipsum Christum: & ut impediret ipsam Incarna-
tionem, sua tentatione decepit primos patres nostros,
& totam eorum posteritatē, quam peccato intrusit, pro
qua erigenda, Christus multa sustinuit, decertando con-
tra Luciferum, & angelos ejus, quos tandem pugnando
sua morte superavit, & in carcerem detrusit, & auferens
ab illis dominium hujus mundi, dedit auctoritatem
servis suis calcandi super eos, Quis ergo, stante hæc au-
torita-

auctoritate, dicere audebit, dæmones æquo animo sustine-
 re irrationales, contumelias, & opprobria sibi ab Exorci-
 stis illata? quin potius, ut à ministris Christi intenta, quæ
 jam, ut sibi inimicum, morti tradiderat, iniquo animo
 illa perferre. Nec valeat dicere, quod ipsi dæmones non ha-
 beant corpora, in quibus istæ operationes recipiantur:
 quia cum istæ sint passiones respectivæ, quæ recipiuntur
 in animo, etiam dæmonibus possunt convenire, & de fa-
 cto illis conveniunt, ita quod illis cruciantur dæmones,
 sicut homines verberibus. Et hæc est causa, quare diabo-
 lus abhorret super omnia memoriam passionis Christi,
 & figuram Crucis ejus: quia per virtutem eorum à po-
 testate ejus sumus liberati: omnes quidem quantum ad
 sufficientiam, sed illi soli, qui sunt de ejus corpore (hoc
 est Ecclesia) quantum ad efficaciam. Diabolus enim, se-
 cundum divo Bonaventuram in 3. dist. 19. q. 3. art. 1. ante passi-
 onem Christi habebat duplicem manum, videlicet at-
 trahentem & impellentem. Manus attrahens erat illi po-
 testas trahendi ad limbum etiam justos, & sanctos. Ma-
 nus impellens erat potestas præcipitandi in malum per
 fallaciam, vel quasi per violentiam: quia tentabat ut leo,
 & draco. Et prima manus scilicet attractiva erat tantæ
 potentia, ut nullus posset ei resistere: & hæc illi abscis-
 sa fuit per prædictam passionem. Jam enim nullum ju-
 stum potest ad limbum trahere: qui per passionem Chri-
 sti deletum est chirographum peccati Adæ. Manum autem
 impellentem habebat ita fortè, ut cum magna difficul-
 tate posset quis ei resistere. Et ideo ipse in multis regna-
 bat, imò ferè in omnibus: oēs. n. vel superabat per frau-
 dulentiam, vel quasi per violentiam: & hæc potestas de-
 bilidata est per passionem Christi: per quam lumen veri-
 tatis aperitur contra diabolicam fraudulentiam, & ad-
 jutorium virtutis tribuitur contra diabolicam violentiam.
 Apparuit autem lumen veritatis, & interius per inspiratio-
 nem, & exterius per humanam instructionem. Jam enim
 ferè est omnibus, veritas propalata, & ideo est destru-
 cta idolatria, quæ prius regnabat. Adjutorium etiam
 virtutis tribuitur per gratia infusionem, quæ reprimat cõ-
 cupiscentiam.

Spiritualiter dæmones cruciatur.

Dæmones valde abhorrent memoriam passionis Christi.

Manus attrahens diaboli ante Christi adventum.

Manus impellens diaboli qualis.

*Adiutoriū
à Christo
datum ho-
minibus,*

*Mirabilis
casus hic
enarratur.*

*Minatur
quidam
spiritus
in mundo.*

*Linguam
propriam
non habent
dæmones.*

cupiscentiam, & per angelicam protectionem, quæ cō-
primit, & reprimit potestates aduersas, & hoc idem vir-
tute passionis, merito cuius mittitur nobis Spiritus sã-
ctus: mittuntur etiam & ipsi angelici spiritus, ut super-
retur aduersarius. Hæc est prima ratio, potissima, quare
dæmones perferant injurias, & opprobria ab Exorcistis
sibi illata, iniquo animo. Aliam rationem assignat Mi-
chael Psellus libello, quem de dæmonibus edidit, qui de
hoc loquens, ponit quoddam prodigiosum factum sibi
accidisse, in hæc verba Senex quidam (inquit ille) qui
hoc idem pallium induebatur, frater meus natu maior
habebat uxorem, alioquin modestam, morbisq; frequen-
ter vexatam, Hæc aliquando puerpera vehementer iam
laborabat, vestemq; confringens, barbare loquebatur,
sermone præsentib. incognito: ita quod ambigant oēs,
quid in re ardua faciendum foret. Fœminæ verò quæ-
dam adducunt quendam peregrinum, nomine Anaphar-
langiam, valde senem, rugosumque, & exustum, atque
nigrum, qui nudato ense propè lectum adstans, ira qua-
dam apprehendit ægrotam, linguaque sibi patria, id est
Armenica acriter convitiatus est. Illa huic vicissim re-
spondit Armenicè, ac primo quidem audax è lecto pro-
rupit, cum eo protinus certatura. At barbarus illic, tum
maximè adjurationibus utebatur, & quasi furens mina-
batur illā se percussurum: Tunc fœmina se recepit, cō-
pressit, contremuitque, & humilius jam locuta, in so-
mnum mox incidit. Nos autè obstupuimus, abigentes
quonam pacto locuta sit Armenicè fœmina, quæ nec Ar-
menios quidem unquam vidit, neque domesticis larib.
egressa est. Deinde, quomodo ad Magi illius minas sei-
psum dæmon compresserit, strictumque ensẽ timue-
rit: qd enim pariat ab ense dæmon individuus, & im-
mortalis. Et ad primum dubium respondens ait, Arbi-
tror autè hinc fore hoc manifestum: quoniam cum non
possit lingua dæmonum propria inveniri: hinc est, quod
Hebraicam linguam, sive Græcam, aut Syriam, aliamve
Barbaram seruare possunt. Quid enim opus est voce dæ-
monibus, qui inter se absque voce conuivunt. Cum verò
sunt

sunt angeli posteriores posterioribus, alii aliis gentibus
 præfunt, sicut dæmones alii aliis assistunt, sane singuli *Linguis o-*
 singularum gentium linguas exercent: quamobrem dæ- *mnium nati-*
 mones, qui inter Græcos habitant, heroico stilo oracula *orum uti-*
 ediderunt, Apud Caldæos verò Caldaica utebantur lin- *tur dæmo-*
 gua, quemadmodū apud Ægyptios, Ægyptia voce col- *nes.*

loquia faciebant, quinetiam dæmones incolentes Arme-
 niam, si aliò fortè se conferant, indigenarum voce utun-
 tur. Ad secundum verò dubiū respondēs prædictus au-
 ctor, dicit omnia dæmonū genera esse audacis, rursusq;
 timiditate plena, præsertim conjunctiora materia. Et si *Ignorantia*
 quis hæc objurgaverit, discernere nesciunt ob, urgentē, *quorundā*
 vel honorantem: neque aliter ab obsessis discedunt, nisi *dæmonum.*

obtestator erga Deum sanctimonia polleat, nomenque
 Dei, sermoneque horribili utatur potestate divina. Hæc
 profectò sunt dæmonia materia proxima, formidantia,
 ne in loca profundiora: abyssumque demittantur. Item
 angelos timent qui illuc eos præcipitant, quoties, vide-
 licet, quispiam eis præcipitium minatur: adducitq; in-
 vocatiōnes Angelorum ad hoc institutorum: valdè ti-
 ment. Nam propter ignorantiam non discernunt mini-
 rantem. Jam verò si annicula quædam, vel superbior se- *Rebus ma-*
 necium aliquis, minas ejusmodi rusticè intenta verit, sæ- *terialibus*
 pè discedunt: quia minitatem discernere nequeunt: idè *quidam*
 superfluis etiam quibusdam facillè mancipantur, s. un- *dæmones*
 guibus & capillis, polluto Magorum genere. Item plū- *mancipi-*
 bo, cera, tenuiq; filio devinciuntur, atque nefariis ad- *antur.*

juratiōib. conturbantur; & nefandi dæmonia hæc mā-
 suefaciunt. Quorum proprietas est, præter id, q̄ terro-
 res incutiunt, etiam lapides, & saxa jacere consueverunt
 in occurrentes, sed ictibus irritis. Hæc Piellus, ubi supra *Irrisiones.*
 Ex quibus omnibus patet incongruū non esse: imò quā- *quare irro-*
 doq; necessarium est Exorcistis inferre dæmonib. obsi- *gatur da-*
 dentibus corpora humana, opprobria, & verba irrisiva, *mones,*
 & ipsis sub excommunicationis poena præcipere, ut ab illis
 corporibus, quæ injustè obsident, discedant, quib. omnib.
 provocatur superbus dæmon, ut ab eo loco discedat, ubi
 adeo exorcismis percutitur, & ab hominibus injuriis ir-
 midetur,

*Dæmones
an excom-
municari
possint, &
quid opere-
tur contra
illos exco-
municatio.*

videretur, licet quidam sunt quibusdā duriores ad expel-
lendum: quia sunt ad sustinenda opprobria & verba di-
vina contemnenda fortiores. Sed hic advertendum est,
quod ubicunq; in exorcismis ista verba contra dæmones
inveniuntur. Vos anathematizo: sub pœna excom-
municationis vobis præcipio: vos excommunico, & simi-
lia, tunc intelligenda sunt unum esse cum exorcismis, &
in hūc sensum accipiēda esse, ut paret per auctores ma-
lei Maleficarum. parte secunda, quæstione secunda, ca-
pitulo 1. & in nostro Cōpendio lib. 3. c. 3. & ratio est, quia cum
dæmones sint extra gremiū sanctæ Ecclesiæ, contra eos
nihil valet excommunicatio proprie dicta.

CAPUT X.

*Dæmones miracula facere non possunt, licet mi-
randa opera aliquando operentur.*

*Mirabiles
effectus o-
perari pos-
sunt dæ-
mones.*

NULLI dubium est, dæmones esse potentissimos, &
in istis rebus inferiorib; sua naturali potentia ef-
fectus mirabiles posse operari, si sibi permittan-
tur à Deo, seu ab angelis sanctis, qui ordinarie reprimunt
illos, ne nobis noceant, quantum nocere vellent. Et tã-
subtiliter sua opera in his inferioribus rebus operari cõ-
suevere, quod reddunt homines in stuporē, quorum ali-
qui modum operationum diabolicarū ignorantes ausi
fuerunt asserere, dæmones habere potestatem faciendi
miracula: quod etiam rationibus & exemplis probare
conati sunt, quæ causa breviter hic prætermittuntur:
legat eas qui vult in nostro Cōpendio, cum suis respon-
sionibus, lib. 1. cap. 8. quia ad alia hic tendimus. Pro ma-
jori autem declaratione est advertendum secundum D.
Thomam in quæstionibus disputatis, titulo de Miracu-
lis, quod miraculum dicitur à mirando. Ad veram autē
admirationem duo requiruntur, quorum unum est, quod
causa illius, quod miratur, sit occulta. Secundum est, quod
in eo, quod miramur, appareat aliquid, per quod videatur
contrarium ejus debere esse, quod miramur. Sicut ali-
quis posset mirari, si videret ferrū ascendere ad Calamitã
igno-

*Dæmones
miracula
facere qui-
dam asse-
verunt.*

*Admira-
tio vera
qualis esse
debeat.*

ignorans calamitæ virtutem, cum videatur, quod fer-
 rum naturali motu debeat tendere deorsum. Hoc au-
 tem contingit dupliciter, uno modo secundum se, alio
 modo quò ad nos. Quò ad nos quidē, quando causa illi
 effectus, quā miramur, non est occulta simpliciter, sed
 occulta huic, vel illi. Nec in re, quam miramur, est di-
 spositio repugnans effectui, quem miramur, secundum
 rei veritatē: sed solum secundum opinionē. Et ex hoc
 contingit, quò id quod uni est mirum, vel admirabile, nō
 est mirum, vel admirabile alteri. Sicut sciens virtutem
 prædictæ calamitæ per doctrinā, vel per experimentum
 nō miratur prædictū effectum, ignorans autē miratur. *Causa ad-
mirationis
quales sunt.*
 Secundum se autē aliquid est mirum, vel admirabile, *Mirabile
secundum
se, quid sit.*
 cujus causa simpliciter est occulta, & quando in re est cō-
 traria dispositio secundum naturam, effectui, qui appa-
 ret. Et ista non solum possunt dici mira in actu, & potē-
 tia, sed etiam miracula, quasi habentia in se admiratio-
 nis causam. Causa autē occultissima à nostris sensib. est
 virtus divina, quæ in omnib. rebus occultissimè operat.
 Et ideo, quæ sola virtute divina fiunt in reb. illis in quib.
 est naturalis ordo ad contrarium effectum, vel ad con-
 trarium modum faciendi, dicuntur propriè miracula. *Miracula
vera, quæ
dici pos-
sunt.*
 Ea vero, quæ natura facit, nobis tamen, vel alicui no-
 strum occulta, miracula dici non possunt, sed solum mi-
 rabilia. Et ideo in diffinitione miraculi ponitur aliquid *Conditio-
nes mira-
culi decli-
nantur.*
 quod excedit ordinem naturæ in hoc, quod dicit, supra
 facultatem naturæ, cui ex parte rei mirabilis respon-
 det, quod dicitur arduum. Et ponitur etiam aliquid, *Conditio-
nes mira-
culi decli-
nantur.*
 quod excedit nostram cognitionem in hoc, quod dici-
 tur præter spem admirantis apparens, cui ex parte rei
 mirabilis responderet, quod dicitur insolitum. Et circa ea,
 quæ Deus miraculosè facit, talis solet adhiberi distim-
 ctio, quod quædam dicuntur fieri supra naturam, quæ *Miraculū
supra na-
turam*
 quædam contra naturam, & quædam præter naturam. Supra
 naturam quidē, in quantum in illum effectum, quē De- *quæ di-
citur.*
 us facit, natura nullo modo potest. Quæ quidē contin-
 git dupliciter, vel quia ipsa forma inducta à Deo, omnino
 à natura induci nō potest, sicut forma gloriæ, quam in-
 ducit

Miraculum contra naturam quale sit.

Miracula præter naturam quæ fiunt, & quomodo fiant.

Mirabilia demones facere possunt sed non miracula.

ducet Deus in corporibus electorum; & sicut est Incarnatio verbi. Vel quia, & si talem formam possit in aliquam materiam inducere, non tamen in istam, vel illam; sicut ad causandum vitam, natura potens est, sed quoddam in hoc mortuo natura vitam causet, hoc facere non potest. Contra naturam esse dicitur, quando in natura remanet contraria dispositio ad effectum, quæ Deus facit: sicut fecit, quando conservavit pueros illæfos in camino, remanente virtute comburendi in igne; & quando aqua Jordanis stetit, remanente gravitate in illa: & simile est, quoddam virgo peperit. Præter naturam autem dicitur Deus facere, quando producit effectum, quæ natura producere potest, illo tamen modo, quo natura producere non potest; vel quia deficient instrumenta, quibus natura operatur, sicut cum Christus converterit aquam in vinum, quod tamen natura aliquo modo facere potest, dum aqua in nutrimentum vitis assumpta, suo tempore in succum vineæ perdigesta producitur; hoc autem inde evenit, quia Deus benedictus plures modos operandi habet, quam natura; vel quantum ad tempus, sicut cum statim ad invocationem alicujus sancti, aliquis curatur, quæ natura non statim, sed successivè, & in alio tempore, non in isto curare posset. Dæmones igitur secundum D. Bon. in 2. dist. 7. art. 2. q. 3. possunt facere illa, quæ apparent, & verè sunt miracula, sed non miracula; quia miracula non possunt fieri per vim naturæ, sed per virtutem supra naturam, quæ est agentis primi; sunt. n. supra facultatem, & ideo attestantur omnipotentiam facientis; s. d. opera, quæ faciunt dæmones, & si miracula videantur, quia fiunt in tempore, quasi imperceptibili, non tamen sunt vera miracula; quia fiunt vi naturæ. Et si objicias, quoddam natura non potest ita citò operari. Dico, quoddam verum est de hac natura per se, sed taliter potest esse adjuta, & confortata rebus naturalibus convenientibus, ut quasi repente prorumpat in effectum, sicut patet de generatione ranarum, quas in modico tempore consueverunt nasci tempore maximi caloris, per antiparistasin. Et si aliquis quaereret, quomodo discerni possint hujusmodi miracula; respon-

respondetur, q̄ & si convenient in materia, differunt ta- *Miracula*
 men ex parte principalis agentis, ex parte ministri, ex *vera quo-*
 parte finis, & ex parte facti. Ex parte principalis agentis *modo pos-*
 differunt. Nam in miraculis divinis operatur agens infi- *sime discer-*
 nita potentia, & supra naturam. In miraculis verò dæ- *ni, & in*
 monum operatur virtus naturæ, multipliciter adjuncta *quo disse-*
 per naturas alias. Ex parte ministri, etiam differunt. *rata suis.*
 Nam Dei miracula fiunt per publicam justiciam, secun- *Miracula*
 dum veritatem, & apparentiam; sed miracula dæmonū *Dei per pu-*
 fiunt per privatos contractus, & quædam arcana. Et *blicam su-*
 hoc est, quod dicit divus August. quod per fidem veram, *stitiam fi-*
 racula per publicam justiciam, hoc est per fidem veram, *unt.*
 quam veritas omnibus prædicat. Mali Christiani per si- *Miracula*
 gna publicæ justitiæ, quia fidem habent, & videntur ha- *vera fiunt*
 bere opera: sed Magi per privatos contractus; & hoc est, *ad gloriam*
 quod dicitur in Exod. per incantationes, & archana quæ- *Dei, & pro-*
 dam. Hujus signum est, quod ibi sunt opera tenebrarū, *ximi uti-*
 quia qui male agit, odit lucem. Ex parte finis similiter *tatem.*
 differunt. quia miracula Dei fiunt ad utilitatem, & di- *Miracula*
 vinam gloriam: sed miracula Magorum fiunt ad dece- *dæmonum*
 prionem, ad vanam gloriam, & ad extollentiam; unde *quare*
 sunt quasi semper inutilia. Differunt etiam ex parte fa- *Deus per-*
 ctis; quia dæmones faciunt hujusmodi miracula, vilia, & *mittat.*
 inutilia, miracula verò divina sunt valde utilia, & nece- *Miracula*
 saria. Unde dæmones maxime faciunt ranas, & serpen- *dæmonum*
 tes: quia hæc de facili producuntur naturali operatione, *quare*
 quæ divino iudicio magis permittuntur ad prioris facti *Deus per-*
 memoriam; unde sicut Deus temperat potentiam, & *mittat.*
 astutiam diabolicam, ut sic patiat eum perversè imi- *Miracula*
 tari, ut in ipsa imitatione diabolus possit seducere malos *dæmonum*
 juxta eorum demerita, ira etiam illa permittit, ut pos- *quare*
 sint deprehendi à bonis; & ut fides simul cum miraculis *Deus per-*
 habeat locum. Si enim solus Deus, & ejus servi miracu- *mittat.*
 la facerent, quis non crederet in Deum, miraculis cõ- *Miracula*
 pulsus? nunc autem cum mali, & boni faciunt miracu- *dæmonum*
 la, qui divinitus illustrantur, ut inter hæc possint discer- *quare*
 nere vera miracula, adjuvantur, & per dæmonum mira- *Deus per-*
 cula exercentur, & probantur.

CAPUT XI.

De causis, & modis, quibus demones corpora humana ingrediuntur: & de signis, effectibusq; quibus quis cognoscitur esse daemoniacus.

*Innumera-
rabiles ar-
tes contra
genus hu-
manum
habent da-
mones.*

*Detraho-
res coniu-
rationis
non de-
sunt.*

*Signa ma-
leficialia
possunt esse
communia.*

*Maleficia-
lia signa
quomodo à
naturalib.
discernun-
tur.*

*Quibus ex
causis da-
mones cor-
pora hu-
mana in-
grediuntur.*

Supra cap. viij. & alibi sæpe diximus demones mille modos, & artes habere nocendi generi humano, quos & si omnes homines scire deberent, ad evitanda peccata, & ad repellendas eorum insidias, illi tamen præcipue ab Exorcistis scire debent, per quos demones magis animam, & corpus offendunt, quod præcise fit, quando demones corpora humana vexant, ideo peritus Exorcista debet scire omnia pertinentia ad conjurationem, ut (juvante Deo) possit vexatos ab illa atroci & terribili vexatione liberare, ut minister dñi nostri Iesu Christi. Pro cuius majori declaratione est sciendum quod non defuerunt, nec defunt homines, qui omni suo conatu negent hodie obsessos, maleficia, maleficialiosq; inveniri: insuper asserentes, omnes maleficiales infinitates esse naturales, eorumq; signa, non maleficialia, sed naturalia fore, quod variis rationibus probare nituntur: ut supra patuit c. 7. quas breviter causa hic omitto. Advertendum est igitur, quod & si aliqua signa, quibus cognoscitur quis esse daemoniacus, aut maleficialius, possint esse communia tam ad infirmitates naturales, quam maleficiales, & daemoniacas, & per consequens ab adversariis calumniari, signa tamen vera, & realia cognosci, & discerni à naturalibus poterunt & præcipue quando medici tales infirmitates non cognoscunt, nec remedia proficua ad sanandum infirmum applicare sciunt, & quando medicinæ applicatæ infirmo nihil profunt. Sciendum est etiam, quod demones variis ex causis corpora humana ingrediuntur, ut diximus in nostro Compendio lib. 2. c. 11. aliquando enim quis à diabolo vexatur ad maiorem cumulum meritorum: quandoq; quis vexatur propter peccatum veniale alterius: non nunquam propter peccatum veniale proprium: quandoq; verò propter

pter peccatum mortale alterius: aliquando tandem propter peccatum mortale propriam: & de his quinque causis singillatim ibi propria exempla dantur: ubi p̄ nunc remitto lectorem. Prius igitur quam dæmones corpora humana ingrediantur, consueverunt eis in aliqua terribili, deformi, aut horribili formatam hominum, q̄ iumentorum apparere, qui licet subito eis evanescere videantur, in eorum tamē corpora ingrediuntur. Hoc autē in nocte, & in locis opacis, & obscuris, ac sine luce contingere conuevit. Ingrediuntur autem in obsequium per os, aut aures, seu nares in modum venti; aut adicujus muris: aut somnia terribilia dormientibus immittunt illos terrendo in somnis: qui postea evigilando, cum talibus signis demonia eorum inveniuntur. Quandoq; verò dæmones ingrediendo corpora humana, terribiliter membra illorum lacerant. Aliquando autem ingrediēdo, videtur ipsis vexatis, quod vas aquæ frigidissimæ in dorsis eorum versetur, quæ per totum corpus, à capite usq; ad pedes hinc inde discurrat. Effectus autem, qui à spiritibus immundis in vexatis hominibus fieri consueverunt, & si sint quasi innumerabiles, aliquos tamē hic enumerabo, ut Exorcistæ cautē circa conjurationem incidere possint. Incipiendo igitur ab his, qui à sacra Scriptura narrantur, dico, quod dæmones corpora humana vexantes, aliquando homines obstinatos, reddunt, atq; in obediētes, q̄ patet primi Regum, c. 18. de Saule, q̄ cum à spiritu immundo vexaretur, obstinato animo, tam acriter usq; ad mortem persecutus est David, nulla in eo existente causā. Aliquando verò homines lunaticos faciunt, ut patet Matth. 17. de filio illius, q̄ provolurus genibus, domino nostro Jesu Christo dicebat. Domine miserere filio meo: quia lunaticus est, q̄ & ab ipso Salvatore liberatus fuit. Aliqui dæmoniacci, muti à dæmonibus efficiuntur, quod patet Mar. c. 8. de illo, qui respondēs de turba dixit Christo, Magister attuli filium meum ad te, habentē spiritū mutum. & Lucæ 11. Erat Jesus eiciens dæmoniū, & illud erat mutū. Quidam in ipsa conjuratione à dæmonibus cæci efficiunt, quia dæ-

*Apparent
sub diversis
formis
dæmones.*

*Diversi
modi dæmones
corpora
humana
ingrediuntur.
Lacerant
dæmones
in
suo
ingressu
corpora
humana.*

*Diversos
effectus
operantur
dæmones
in
corporibus
obsessis.
Obstinato
animo
Saul
persequitur
David.
Muti
quādoque
efficiuntur
homines
à
dæmonibus.*

mones ipsos obsidentes vocantur Lucifugi, id est sumopere obsidentes lucem, hoc patet Matth. 12. Aliqui demones Energumenos allidunt, hoc manifestum est Marci 9 ubi pater illius pueri Christo dicebat. Ubi cunque spiritus eum apprehenderit, allidit illum. Quandoque vero tales vexati strident dentibus, hoc idem patet de

*Stridentes
dentibus
sape à dæ-
monibus
vexati.*

*Spumant
demoniaci
à dæmonib.
coacti.*

supradicto puero, ubi supra. Aliquando autem demoniaci arescunt, quod patuit in prædicto puero, ibidè. Sæpe etiam demones conturbant vexatos ad præsentiam Exorcistæ, ut patuit de spiritu illius pueri, qui ad potentiam Salvatoris nostri conturbavit illum, ibidem. Numquam vero tales à dæmonibus vexati elisi in terram volutantur, hoc clarum est de eodem puero, qui elisus in terram volutabat, ut ibi patet. Sæpissimè, & quasi sæper dæmones in corporibus humanis existentes, ex ore vexati spumant, patet de prædicto puero, de quo dicit textus, quod erat spumans. Quidam verò Arrepti à dæmonibus in ignem, & aquam projiciuntur ad necem inferendam, quod clarè, & sæpe evenit puero supradicto, ut ibidè dicit textus. Aliquando dæmones reddunt homines surdos, quod manifestè patet de puero supradicto, cui Christus dixit. Surde, & mute spiritus exi ab eo. ibidem. Aliquando tales vexati, ad tempus à dæmonibus efficiuntur furiosi: qui quandoque in homines insipientes ipsos atrociter vulnerant, ut patet Actuum. cap. 19. de spiritu illo, qui quosdam homines atrociter vulneravit, eo quòd officium exorcizandi temerè exercere præsumpserunt. Quidam dæmones in maximas, & incurabiles infirmitates inmittunt homines, adeo, ut nullo remedio naturali liberari possint, qui tales infirmitates patiuntur: & nimirum, cum ipsi dæmones lætationibus per seipos faciant, hæc autem infirmitate lætatur illa mulier, quæ habebat spiritum immundum, & carnalis decem, & octo, quæ à domino nostro Jesu Christo nata fuit, ut habetur Lucæ 13. Sunt & alia signa, quibus quis cognoscitur esse demoniacus, excerpta ex sacris doctorali, quorum primum est, quòd quis per trinitatem non pòt continuare esum carnis hedinz. Aliqui demoniaci

Furiosi efficiuntur Energumeni à dæmonibus quandoque Diversas infirmitates causant dæmones in hominibus.

Esium carnis hedine non continent, qui à dæmonibus vexantur.

niaci habent oculos terribiles, & dæmones membra eorum, & corpus miserabiliter destruunt, & interficiunt, nisi citò subveniat. Aliqui fingunt se esse fatuos, & sæpè nugant. Aliqui sermonem alienum à patria sua loquuntur, & si nunquam è laribus paternis recesserint. Quidam Latine, & congruenter loquuntur: cantant musicaliter: & aliqui revelant, quod ipsi vexati nunquam dicere naturaliter scivissent. Aliqui dæmoniaci efficiuntur stupidi, & insensati. Aliquando eis subiti terrores superveniunt. Potissimum autem signum est, si, quando leguntur Exorcismi, vexatus conturbatur, & hoc est signum præsentia diaboli.

Signa certissima dæmoniaci hic describuntur.

Signum evidens dæmoniaci hic datur.

CAPUT XII.

De maleficiis, & signis, quibus quis cognoscitur esse dæmoniacus, & maleficiatus.

Nilli dubium est, quod homines maleficiis possunt affici, experientia teste, ut diximus in nostro Cõpendio, lib. 2 & 3 idè hoc jacto fundamento, est sciendum, quod in omnibus maleficiis, quæ tam ad amorem, quam ad læsionem fiunt, semper pactum manifestum, aut secretum, tacitum, vel expressum intervenit, quod inter maleficium & dæmonem habetur, quod semper est quid vanum. Quo peracto, statim dæmon, aut præsentialiter, ut in Energumenos, aut potestativè, ut in maleficiatos, ingreditur, & ad illam solum personam, contra quam dictum maleficium fabricatum fuit. Quid autem agendum sit de illis instrumentis maleficialibus, quæ in lectis, vel aliis locis inveniuntur, ut sunt ossa, plumæ, capilli, grana, ferrum, lapides, clavi, sulphur, acus, & similia a dæmonibus delata. dico, quod oïa igne benedicto comburèda sunt, ut in nostro Flagello ordinavimus, relicta omni alia superstitione. Quibus autem signis quis cognoscatur esse maleficiatus, & dæmoniacus simul, dico, quod & si sint plura, tamen ad præsens hic inferre illa, quæ in sacerdotali posita inveniuntur. Et primo dico, quod maleficiati colorè cedrinum in facie ha-

Pactum in omni maleficio concurrer dæmonè, & maleficium.

Documentum perutile Exorcismi hic describitur.

Quibus signis cognoscatur maleficiatus.

*Potissima
signa male-
ficiati, qua
sunt.*

*Nota quã
ta patian-
tur demo-
niaci.*

*Potissimũ
signum
demoniaci
quale.*

bere consueverunt. Alii autem oculos constrictos, & humores desiccatos habent, omniaq; eorum membra ligata videntur. Potissima autem signa, demonstrantia hominẽ esse maleficiatũ simul, & demoniacũ, sunt cordis, & oris stomachalis constrictio; & cum eis videtur se bolũ super stomachũ habere. Aliqui puncturas in corde ac si acubus esset punctũ, sentiunt. Quibusdã cor eis corrodi videtur. Alii verò in collo, & renibus magnum dolorũ sentiunt, ita qd alia membra à canibus lacerari eis videtur. Quibusdã bolũ in gutture ascendente, & descendente se habere videt. aliquib. aut ligata est vena generationis. Quidã verò ex indispositione stomachi quicquid ad sustentationẽ comedunt, vel bibunt, per vomitũ emittunt. Aliquibus ventus frigidissimus, tanquam flamma, per ventrẽ discurrit. Quibusdam impeditur digestio cibi. Et potissimum signum est, quando medicinz applicata nihil profunt infirmo, ut supra diximus capite precedenti. Aliquibus circa collum est una continua pulsatio, quã tremorem inferre videtur. Signa autem, quæ accidere consueverunt in conjuratione maleficiatis simul, & demoniacis, capite sequenti describuntur.

CAPUT XIII.

De signis, quæ apparere consueverunt, quando aliquis demoniacus, & maleficiatus conjuratur, & de modo, quem tenet diabolus egrediendo è corporibus obsessis.

Signa presentia diabolica quæ sunt.

Diversa signa, quæ apparent in conjuratione.

ET si demones pro posse conentur in conjuratione se invictos ostendere, tamen divina potestate coerciti, signa suæ presentie in corporibus obsessis ostendunt. Primum igitur signum, quod in conjuratione obsessi apparet est, qd quando sacerdos ponit manum super caput vexati, rem frigidissimam, tanquam glaciem, sub manu sentit. Aliquib. venter frigidissimus per humeros, & renes descendit. Quibusdũ caput in imensum aggravat, Aliquib. cerebrum constringitur, & perforat, ac si gla-

si gladio percuteretur. Aliquibus inflammatur, & facies, & aliquando tota persona, ac si esset vapor ignis. Aliquibus febris immentia cum dolore capitis evenit, & totum corpus extenuatur, & frangitur. Sed omnia isti accidencia parum durant; quia conjuratio tollit vigorem dæmoni. Quibusdā confringitur guttur, adeo q̄ singulari vident. Aliquib. ad orificium stomachi quædam res ad modum pilæ moventur, ac si essent vermes, aut formicæ, aut ranæ. Quibusdam vomitus magnus stomachi accidit. Aliqui maximam torturam in visceribus sentiunt. Nonnullis venter vehementer inflatur. Aliquib. constringitur cor, ac si intolerabiliter pungeretur. Offenditur etiam dæmon in aliqua parte corporis palpando, sicut piscis, aut in modum formicarum. Quidam tam in conjuratione, quam extra, in totum corpus sentiunt dæmones intrer carnem, & pellem, ac si essent formicæ discurrentes, & aliquibus videtur, quod tota caro eorum acubus pungatur. Aliquando dæmon pertransit à capite usque ad pedes, sicut ventrus, & è contra. Quàmplura alia signa faciunt dæmones in corporibus obsessis, quæ practicando videbis; quia diversi dæmones, diversa signa faciunt. Denique quidam dæmones inveniuntur qui in corporibus obsessis loquuntur tractante: (ut sæpius diximus) de mysteriis altissimis sacra Scripturæ, sic coacti à Deo, & aliquando voluntarie, ut animos Exorcistarum, & assistentium ad curiositates protrahant, & inducant. His Exorcista, quantum potest, imponat silentium, & illis præcipiat, q̄ exeundo e corporibus obsessis, illa sana, & libera, ac expedita, ut invenerunt relinquât. Et cogit eos, ut præbeant aliquod signum reale, & efficaç sui recessus, & quod exeant realiter, & effectualiter, ducendo secum totam suam damnatâ societatem. Quidam dæmones quandoque exeunt per os, in modum flammæ ignis. Quidam verò in modum venti congelati. Alii autem eorum in forma apum, seu formicarum. Alii exeunt per aures, discedentes à stomacho, à corde, & ab omnibus partibus corporis obsessi. Quidam egrediuntur per secessum in similitudinē pilæ, quæ semper gyro volvi-

*Guttur à
dæmonibus
in conjuratione
constringitur.*

*Offenditur
diabolus
dicitur sicut
de in corpore
re vexate.*

*Loquuntur
quandoq̄
in corporibus
obsessis
mirabilia
dæmones.
Signa sui
recessus à
dæmone
querat
Exorcista.*

*Diversi-
mode egre-
diuntur
dæmones
è corpori-
bus obsessis*

tur, donec è corpore exeat. Aliqui in similitudinem ranæ, quæ serpit, donec egrediatur. Aliqui in similitudine venti frigidissimi. Quidam denique per nares in similitudinem guttæ sanguinis, in terram defluentis, exeunt. Aliisque variis modis dæmones exeunt, ut practicando videbis.

CAPUT XIV.

Dæmones in corporibus humanis latere, gravissimasq; infirmitates in homines introducere, & illos morte afficere posse, probatur: ubi etiam remedium Exorcistis necessarium describitur.

*Græve dis-
pendium
hic nota-
tur.*

*Divine per-
missionis
mirabilis
effectus.*

*Grævis
malefico-
rum mali-
tia.*

*Homines à
dæmonibus
præsentia-
liter, & po-
testativè
vexari,
quid sit.*

Supra cap. 7 dictum fuit, dæmones ad maleficorum instantiam, homines, maleficiis mediantibus, posse vexare, quod multis rationibus, & exemplis probavimus in Compendio nostro, cap. 11. Quibus addendum est, quòd aliquando dæmones (divina permittente volū- tate) homines usque ad mortem protrahunt, nisi citò illis remediis opportunis subveniatur. Et hoc aliquando fit diabolo præsentè, quandoque autem sine ejus præsentia, ipso tamen potestativè assistente, & operante ad imperium maleficorum, hæc procurantium. Quod nò latuit beato Isidoro, ut patet lib. 8. Etymologiae, cap. 9. qui describens naturam maleficorum loquitur in hæc verba. Malefici (inquit) dicuntur ob facinorum magnitudinem. Hi elementa concutiunt, mentes hominum turbant, & sine ullo veneni haustu, violentia carminis animas interimunt. Et si quis quaereret, quid sit dæmones præsentialiter, vel potestativè hominem vexare? Respondetur, quòd ille à dæmonio præsentialiter vexari, & possideri dicitur, cum dæmon proprio libito suo, omnibus membris illius, interius, & exterius, utitur. Potestativè autem quis à dæmonio vexari dicitur, qui malefico mediante, cui dæmon ex pacto cum malefico inito, assistit, affligitur, & cruciatur, licet dæmon non sit ibi præsentialiter, inferendo læsionem, Quod

Quod quàm crebrò, ac sapissimè contingat, quotidie homines experiuntur, qui catervatim tam dirè, & acriter hæc maleficia patiuntur, ut sæpe hac infirmitate affecti, & ad ultimum vitæ suæ dispendium deducti, vitam cum morte permutent, nisi (ut diximus) citò subveniatur. De variis infirmitatibus hominum exant experientia quasi innumera, quæ non solum ab auctoribus Mallei narrantur, parte 2. c. 12. sed etiam, quæ in dies ad aures Exorcistarum pervenire dignoscuntur; ex quibus duas in medium afferam, ne ista voluntarie dicta videantur, quæ mihi acciderunt pluribus in locis. Nam cum anno Domini 1575. in civitate Regii moras trahe-rem, cuidam nobilissimæ mulieri viduæ maleficium à Maleficia ita pessimum illatum fuit, ut in maximam, & incurabilem infirmitatem inciderit; quæ cum medicum suum excellentissimum (cui nomen Hieronymus Arletus erat) evocasset, totam suam infirmitatem enarravit. At ille omne genus medicinæ adhibendo, cernens se profanitate acquirenda nihil in ea proficere posse, & magis mulierem ad vitæ interitum appropinquare. Timens, quæ prædictam mulierem aliquo maleficio affeci, sermone super hac re mecum habito, tandem ad sæpe dictæ mulieris domum (ipso duce) pervenimus. Et licet ille medicus aliquando alterius opinionis (ut mos Medicorum est) extiterit, tamen lectos, consilio meo iussit expurgari; ubi inter alia instrumenta maleficialia, quædam imago ex plumis miro modo ad instar hominis fabricata caput, brachia, manus, cura pedes, & omnia alia membra habens, inventa fuit, quæ maximæ admirationis omnibus illam intuentibus causa extitit. Interim quoddam mirabile accidit; quia dum circa prædictam mulierem, non de remediis corporis, sed de extrema unctione ageretur, maleficialibus instrumentis combullis, remediis quæ spiritualibus adhibitis, quasi repente mulier illa ad sanitatem rediit, medicis, ac tota ejus domo spectantibus, & admirantibus. Hæc de infirmitatibus à demonibus introductis dicta sunt. De morte vero præter illa, quæ à prædictis Auctoribus, narratur in su-

*Maleficia
intersunt
homines.*

*Casus mi-
serabilis in
civitate
Regii.*

*Testimoniū
Auctoris
in hoc casu.
Quod ti-
met, illi ad-
venit.*

*Imago ma-
leficialis in-
venitur.*

*Sanitas re-
pen: è hic
introducitur.*

Casus mirabilis in civitate Bononia.

In vanum laborant medici circa maleficia.

Timor cum effectu huic advenit.

Latet hic diſinum iudicium.

Latent hic demones in firmitatibus recti.

Sensibilia directe non agunt in spiritum.

Remedium contra spiritus latentis in humanis corporibus.

Obsessa à damone in civitate Regii.

pra citato c. Mallei, hic casus mihi accidit. Cùm enim anno Domini 1582. in civitate Bononia morarer, quidam nobilissimus, ac illæsa dignitatis vir, filium puerum septem annorum habebat, què tenerè, ac unice diligebat. Hic n. puer dire agrotare cœpit; quod perpendens ejus pater, paternoq; affectu illi compatiens, vocavit medicos, & illis infirmitatem filii sui detexit; qui omni sua industria, & arte adhibita, variisq; remediis applicatis, nihil ad sanitatem obtinendam perficere potuerunt; admirantes se non solum incassum omnia agere; sed nec infirmitatem ipsam posse cognoscere. At pater pueri veritatem ne puer aliqua maleficiali infirmitate laboraret, diligentique inquisitione circa lectos, adhibita, varia, ac diversa instrumenta maleficialia adinvenit, qui territus, invisendi puerum causa, vocavit me. Cui ego compatiens, cum prædictum puerum invisissem, omnibus viribus, desitutum inveni; & licet medici omnia efficaciora, & spiritalia remedia, similibus infirmitatibus ordinata, applicassent, tamen paucis diebus elapsis (Christo sibi aliam vitam præparante) ad cœlum migravit, omnibus de inventis maleficialibus instrumentis admirantibus. Consueverunt etiam demones in corporibus humanis sub specie diversarum infirmitatum se abscondere, & per multos annos latere, ne (ut supra diximus c. 7.) sibi adesse deprehendatur; ubi postea inæstimabiles expensæ fiunt, quæ nihil profunt infirmis. Et nimirum, cum res sensibiles, & corporeæ directe, & principaliter non possint agere in spiritum. Et adeo ibi teguntur, ut vix maxima cum difficultate, omnium diligentia adhibita, detegi possint. Et quasi in omnibus obsessis, quos præ manibus habui, hoc accidit, circa quos expertus sum miranda. Remedia contra hoc applicanda, & si sint multa, potissimum tamen est confessio sacramentalis, quæ spiritibus, latentibus, vires resistit, & veritate dictum, aliqua exempla in medium afferam, quæ nostro proposito favent. Cum n. anno Domini 1574. in supradicta civitate Regii manerem, quandam puellam viginti annorum à demonibus, obsessam præ manibus

nibus habui, quæ per multos menses in lecto decubuit, hæc incognita infirmitate affecta. Et licet supra nominatus medicus, omni studio, diversis medicamentis mederetur, tamen in illam tempus, & operâ se perdere cognovit: quæ intra se de hac muliere dubitare coepit, ne ibi spiritus malignus adesset, maxime quia in ea signa supra naturam cernebat, quam dubitationem cum Superiore illius puellæ confitens (erat enim monialis illa juvenis) ipso jubente, exorcizate eam coepi. Et licet per multos dies ipsam exorcizandò, interrogans, ac signa interiora vexationis quasi vissera, nunquam tamen veritatem extorquere potui. Censens autem me omnia in casum agere, & in eam operam perdere, consilio intra me habito, ipsam in confessione audivi. Qua peracta (mirabile dictu) illud, quod in tot dies perquirendo omnibus fere remediis adhibitis, scire non potui, sola confessione sacramentali obtinui, adeò quod daemon illo sacramento victus, & debilitatus, se manifestè propalavit. Quid simile in illis puellis Mirandula accidit, de quibus locuti sumus in nostro Compendio, lib. 2. c. 12. quæ à demonibus vexatæ, sub specie gravissimæ infirmitatis diu in lecto jacuerunt, quæ cum multis modis (licet in vanum) interrogatæ fuisset circa vexationem, & maleficia sibi illata, ac omnia negassent, sacramento tamen confessionis adhibito, omnia falsæ sunt. Alia quàm plura exempla extant, quæ tanquam superflua relinquuntur, cum quòtidie oculis hominum ratione urentium pateant.

Dubitatio non frustra huic accidit.

Malitia demonum latentium.

Gratia sacramenti confessionis quantum valeat contra demones.

Gravissimas infirmitates introducit diabolus in corpora humana.

CAPUT XV.

De quadam astutia, qua demones e corporibus

obsessis egredientes utuntur, cum in Exorcistas

prævalere non possunt, & de remedio contra illam apponendo.

Supra cap. 8. diximus, demones mille modos no-

stedi generi humano habere in promptu: omnibusq; egredien-

astutis uti ad decipiendum, Exorcistam, inter

quas

Astutia quorundam demonum e corporibus

egredien-

quas

quas non immeritò ponenda est illa, qua dæmones urtuntur, cum in Sacerdotē prævalere non possunt. Quandoque enim vi Exorcismorum victi, & è corporibus humanis eiecti, ut facilius reingredi possint, in exitu suo in capillis patientis se abscondunt; ubi, obsessis ab omni interiori, exteriorique vexatione liberatis, diu latent, nullum dolorem interiorum, atque exteriorum illis immittendo. Circa quod cautus esse debet Exorcista,

*Darete
querunt
dæmones
in capillis.
Casus qui
auctori ac-
cidit.*

*Succurrit
auctor cui-
dam Ex-
orcista.*

*Remedium
contra dæ-
mones in
capillis la-
tentes.*

*Responsio
dæmonis
ad quendam
Exorcistam.*

quia hoc sæpissimè contingere consuevit. Et ad hoc probandum, extat exemplum de quadam puella, de qua locuti sumus Compendio nostro, lib. 1. c. 12. quæ cum semel à quodam Exorcista exorcizaretur, dæmon Exorcismis devictus, ab illa recedens, in ejus capillis se abscondit; ubi spretis Exorcismis, tandiu latuit, ut Exorcista illam liberam proclamaret; astantesque ad gratias Deo reddendas de victoria habita contra dæmonem, ac liberatione obsessæ acquisita, verbis incitaret. Timens tamen prædictus Exorcista, ne à dæmone illuderetur, me in auxilium suum evocavit. At ego, cum ad locum conjurationis pervenissem, intuens in obsessam, atque per signa dubitans, ne hoc ad aliquam dæmonis deceptionem pertineret, exorcismis, durisque comminationibus contra dæmones invchere cepi. Et cum ille, maledictus intrepitus, atque impavidus ante me irafisteret, ut in opinionem prioris Exorcistæ quasi incidere, tamen consilio intra me habito, ambabus manibus capillos illius mulieris, collegi, atque manibus sacris supposui. Quo expleto, cum in faciem dæmonis respexissem, dæmon, quasi imperceptibili modo, faciem illius mulieris ab intuitu meo subtraxit, aliunde illam vertens; & cum durissimis præceptis cogere, dæmon in hæc verba prorupit. Vedi che diavolo è questo, lo me ne stava nascosto ne i capelli di questa puttana, & ru sei stato tanto tristo, che con la tua astutia mi hai fatto scoprire. Quæ sententia omnes astantes in clamorem, & risum convertit.

CAPUT

CAPUT XVI.

Dæmonas post liberationem obsessi, ad maleficia destruenda, quandoq; in corpora jam vexata reingrediuntur, ubi de remedio illis applicando agitur.

ET si omnia dæmonum opera, ut plurimum admiranda appareant, ut pote quia præter naturam operari videantur, quædam tamen ex ipsis mirabiliora nobis videntur, eò quod causam illarum ignoramus. Et quis non admiretur, dæmones, potestativè è corporibus obsessis, divino auxilio assistente, ab Exorcistis expulsos, ad facturas, atq; maleficia destruenda in eadem corpora, in quibus nullum jus vexandi habent, iterum reingredi: quod tamen, quandoq; me præsentè factum fuit, ut patet de quadã puella à dæmone arrepta, de qua locuti sumus Compendio nostro, lib. 2. c. 11 nomen illius, ac loci tacere expedit: q̄ licet post multos labores à quodam Exorcista consuptos, ab ipso potestativè, in die stygmatum beatissimi patris nostri Francisci derelicta fuisset: tamen qualibet nocte usq; ad solemnitatè præfati patris nostri, ipsam ingrediebatur, ubi etiam per quatuor, vel sex horas manebat. Et adveniente hora exitandi moniales, cum quibus illa moram trahebat, ad matutinum (erat enim, & ipsa monialis) tunc dæmon, velut sagitta ab ipsa fugiebat, solutis maleficiis in ipsa existentibus, quæ in dies illa ex ore evomebat. Tandè divino sibi assistente, & adjuvante præsidio, illa totaliter à dæmone derelicta, liberata fuit, mediante tamen præcepto dæmoni ab Exorcista facto, ne ad illam deinceps causa vexandi rediret: interveniente pariter maledictione, contra ipsum ab Exorcista prolata, si ad illam vexandam amplius rediret. Quod remedium Exorcistis deservire poterit, ut scilicet per excommunicationem (quæ cū exorcismis quò ad dæmones unum existit) præceptum, dæmones à vexatione hominum impediatur.

Opera dæmonum admiranda quare appareant.

Dæmones à corporibus egressi reingrediuntur, & mirabilis casus hic annotatur.

Monialis à dæmone totaliter liberatur.

Remedium adversus dæmones.

CAPUT XVII.

De remediis contra demones incubos, & succubos applicandis.

*Institio
mulieribus
demonum
nuntur.*

*Rationes
notabiles
hic as-
ignantur.*

*Malitia
demonum
contra ge-
nus huma-
num.*

*Exempla
posita in
Malleo as-
ignantur.
Mortalis
ab incubo
stuprata.*

*Demonum
incubi quomodo
in viris
mulieribus
nuntur.*

DEMONES incubos infestos esse mulieribus, divo Augustino testante, cognovimus. Et quandoque in actibus libidinis mulieribus, se voluntarie subjicientibus, utuntur quandoque etiam ipsis in viris: & hoc sacratoribus festis exercere consueverunt. Cur autem demones hæc in sacratoribus anni temporis, ut in Natalis domini nostri Jesu Christi, Paschatis, Pentecostes solemnitatibus, & aliis festivis diebus id exerceant, rationes possunt reddi: quia hoc peragunt non libidinis, & delectationis causa, quæ consistit in carne, & ossibus: cum spiritus carnem, & ossa non habeat, sed potius, ut hi, qui has spurcicias voluntarie exercent, non solum perfidi per apostasiam à fido, verum etiam & sacrilegi vitium incurrant. Secundo, ut Deus sic gravius offensus majorem potestatem saviendi in homines, & illos puniendi demonibus relinquat. Tertio, ut ipsos in corpore, & anima in majorem damnationem ex istis enormissimis peccatis impellant, ac ruere faciant. Et de hæc se voluntarie talibus spurcitiis subjicientibus, extant quædam plura exempla, quæ ab Auctoribus Mallei maleficium nuntur in secunda parte, quæ est prima, c. quomodo. De invia-
tis autem multa exempla à prædictis Auctoribus in quaestione secunda capit. primo conscribuntur, ex quibus aliqua in nostro Compendio, libro primo cap. 15, ponuntur. Extat denique exemplum de quadam virgine in habitu religioso à quodam demone stuprata, qui in sacratoribus anni solemnitatibus incredibili libidinis usu abutebatur ipsa, sola voluntate recinente, cum in tali actu nullus sensus, præter tactus, sibi à demone relinqueretur: quia illam in actibus libidinis immobilem reddebat. Et licet omnia remedia spirituum ha tam in nostro Compendio, lib. 3. cap. 3. quasi in nostro Flagello posita, illi applicassem, divina tamen permissio-

missione nunquam liberari potuit. Remedia autem
 potissima contra has diabolicas incubationes dolorosa, *Remedia
 potissima*
 ac lachrymabilis contritio suorum peccatorum: confes-
 sio sacramentalis: oratio Dominica devotè prolata: cõ-
 munitio sacratissima corporis Christi: devota exercita-
 tio in Crucis consignatione: Exorcismorum applicatio:
 loci mutatio, & excommunicatio, quæ fortassis quò ad *Excommu-
 nicatio in
 demones
 quid sit.*
 hoc, unum cum Exorcismo existit, de quibus ad plenum
 locuti sumus in nostro Compendio, libro 3. cap 3. Ad
 hoc etiam malum propulandum multum valet aquæ
 benedictæ aspersio; devota passionis Christi meditatio:
 elemosynarum in pauperes pia largitio: Angelica salu-
 tatio: jejunium cum devotione factum: & pia peregri-
 natio ad loca Deo, & Sanctis ejus dicata invisenda: ac
 denique applicatio illarum rerum benedictarum, quæ
 in sequenti cap descripta sunt: hoc tamè adjuncto, quòd *Breve ex
 rebus be-
 nedictis fie-
 ri iubetur.*
 ex supradictis rebus benedictis breve sibi tacere debet,
 & illud ad collum, cum aliis sacratis rebus, cum maxi-
 ma devotione secum deferre. Et licet hæc remedia su-
 pradictæ moniali, forsan ad majorem animæ ipsius me-
 ritum, & gratiæ augmentum, non profuerint, non tam-
 en propter hoc circa alios, omittenda sunt. Quod e-
 nim uni non prodest, causa aliqua subsistente, non pro-
 pter hoc sequitur, quod alteri non proderit: idèd hæc
 remedia aliis non sunt subtrahenda, maxime cum res il-
 læ contra demones ab Ecclesia Catholica benedictæ
 maximam obtineant virtutem. *Quod uni
 non prodest
 aliis sub-
 trahi non
 debet.*

CAPUT XVIII.

*Instrumenta maleficialia à demonibus, & male-
 ficis renovari, probatur, ubi etiam de
 remedio agitur.*

Dæmones ad maleficorum instantiam, maleficia
 instrumenta ab ipsis fabricata, & aliquibus *Maleficia
 à demonib
 deferuntur.*
 creaturis ex odio, vel malignitate illata, ut pluri-
 mum in domib, maleficia patientium deferunt, atq; in
 lectis

*Perficere
nituntur
malefici,
quæ profes-
si sunt,
renovant
malefici
instrumen-
ta malefi-
cialia.
Presbyter
malefici-
tus in Ci-
vitate Bo-
nonia.*

*Observan-
tur lune
revolutiones
in fa-
bricandis
maleficiis.*

*Nō fabula
sed verum
narratur.*

*Remediū
contra in-
sultus de-
monum.*

Lectis abscondunt. Quod quān sapissimè accidere con-
sueverit multæ Italiae civitates testantur, quarum homi-
nes his infirmitatibus afficiuntur. Er quia malefici, ma-
la, quæ professi sunt, & in dies incipiunt, perficere, &
ad finē, quō tendunt, perducere nituntur: ideo ne ma-
leficia in his, quibus applicantur, careant suo cō-
piti dæmones, seu malefici sepius omnī mense ipsa in-
strumenta maleficialia renovare procurant. Et ad hoc
probandum quāplures experientia extant, quæ nostris
temporibus acciderunt, quorum unam solummodo e-
narrabo. In civitate Bononia anno Domini 1582. cuidā
presbytero (nomen taceam, expedit) cujusdam paro-
chialis ecclesiae Rectori hic casus accidit. Nam cum ma-
leficium ita pessimum sibi illatum fuisset, ut per mul-
tos menses lecto decumberet & ad medicos pro sanita-
te acquirēda recuteret, in cassāq; oīa remedia natura-
fore cerneret: timens se aliqua maleficiali infirmitate
laborare, & affici, consilio Exorcistarum habito, lectos
expurgare, atq; perquirere fecit, in quibus multa instru-
menta maleficialia adiumenta fuerunt, quæ in ignē inje-
cta, consumpta fuere. Sequenti verō mense, Lunā revo-
luta, iterū prædictos lectos aperiri, atq; perquirere fecit,
ubi denuo alia instrumenta maleficialia in ipsis lectis in-
venta, exhausta iussit, quæ similiter igne benedicto co-
busta sunt. Hæcq; iterum, atq; iterum exequendo, post
revolutionē cujuslibet Lunæ semp cum maxima intue-
tium admiratione, diversæ species instrumentorū male-
ficialium repertæ fuerunt. Hic, n. presbyter, post longā,
& diurnam infirmitatem, remediis contra maleficas
infirmitates adhibitis, ad sanitatem convolvit. Qui &
si sit aliquo modo senex, tamen adhuc vivit. Et hic casus
usq; ad aures Illustrissimi, & Reverendissimi dñi Cardi-
nalis, & Archiepiscopi prædictæ civitatis pervenit: cum
quo etiam sermonem super hac re (ab ipso evocatus)
habui. Remedium autē contra hoc applicandum erit, ut
accipiatur aurum, thus, mirrha, sal exorcizatus, oliva,
cera benedicta, ut purā cerei Paschalis, vel alia, & rura:
omnib; propriis benedictionib; respectivè & singillatim
beae-

benedictis, & ex eis fiant brevia, ac ponantur in quatuor angulos lecti, prius ab instrumentis maleficialibus expurgati, ac signo sanctæ Crucis ter ad honorem sanctissimæ Trinitatis, ex omni parte consignati, atque ligere potui, Exorcistis sufficiant. Quæ autem tam in nostro Flagello, quam in hoc Fuste dæmonum tractata, & explicata fuere, nulla alia de causa edita sunt, quam ut hominum saluti (quantum exiguæ ingenii mei vires postulant) consulerem. In quibus si quid erroris invenitur; sicut errandi intentione non est factum, ita illud mecum humiliter iudicio, & correctioni sanctæ Catholicæ, & Romanæ Ecclesiæ, atque sapientum subijcio. At si quid utilitatis ex his sumpserit, sacro sanctæ, individue, atque sapientissimæ Trinitati, à qua omne datû, & donum perfectum provenire dignosco, referatur. Cui est omnis honor, & gloria, nunc, & in ævum. Amen.

*Charitas
Auctoris
circa pro-
ximum.*

*Subiicit se
Auctor,
suæq; ope-
ra pedibus
S. Catholi-
cæ Ecclesiæ.*

Alia capitula, ad hanc materiam pertinentia, quære in nostro Flagello, ubi pulcherrimè describitur doctrina perutilis, ac necessaria Exorcistis.

OO FUSTIS

578
EXORCISMUS
FUSTIS DÆ-
MONUM, EXOR-
CISMOS FORMI-
DABILES,

POTENTISSIMOS, ET EFFICA-
ces, in malignos spiritus expellendos,
maleficiaq; fuganda obsessis cor-
poribus complectens.

Auctore R. P. F. HIERONYMO MENDO
Vitellianensi, Ordinis Minorum
Regularis Observantiae.

EXORCISMUS I.

RUBRICA.

Ex anti-
quis Exor-
cismis.

Exorcista quicumq; sit ille, volēs expellere dæmo-
nes è corporibus obsessis: præmissa sacramenta-
li confessione, & trium dierum jejuniò: nulla lodi-
tate, aut curiositate ductus, sed sola necessitate, vel
charitatis causa, disponens hanc rem assumere ar-
duam corde humiliato, fideq; firma, stans ante
altare, vel aliquam imaginem, unà cum infirmo
à demone vexato, ibi genuflexus, devotè, constan-
ter, & intrepidè, indutus sacris vestibus pro sui or-
dinis qualitate faciens sibi signum Crucis in fron-
te, ore & pectore, dicat.

Signum

Signum Crucis † sit in fronte mea. Verba Christi †
 sint in ore meo. Arma Christi † sint in pectore meo.
 Potentia Patris † conforta me. Sapientia Filii † doce
 me. Amor Spiritus † sancti illumina me. Benedicta sit
 illa dies, & hora, in qua dominus noster Jesus Christus
 natus est de beatissima virgine Maria, Amen in nomine
 Patris, † & Filii, † & Spiritus † sancti. Amen. Confite-
 or Deo omnipotenti &c. *totum.*

*Deinde fac absolutionem super infirmum,
 & super assistentes, dicendo.*

Misereatur vestri omnipotens Deus, &c. Indulgentiã,
 & absolutionem, &c.

*Postea lege sequentia præcepta alta voce contra
 demones faventes, & obsidentes.*

Precipio vobis demones, qui venistis in adiutorium
 Pistorum demonum, vexantium hanc creaturam
 Dei N. ex parte sanctissimæ Trinitatis, Patris, & Fi-
 lii, & Spiritus sancti; & sub pœna immersionis
 in stagnum ignis, & sulphuris per manus inimico-
 rum vestrorum, & sub pœna tradendi vos in potestatem
 inimicorum vestrorum, ac condemnandi vos in stagnũ
 ignis, & sulphuris per annos mille, quatenus nullum ad-
 iutorium, vel favorem detis istis dæmonibus, qui vexant
 hoc corpus istius creaturæ Dei N. sed discedatis statim,
 & eatis ad loca vobis deputata à Deo. Ecce Crucem
 Domini † fugite partes adversæ, viciit leo de tribu juda,
 radix David. Precipio etiam vobis dæmones, qui vexa-
 tis hanc creaturam Dei N. quod exeuntes ab ea, dimit-
 tatis, & relinquatis eam liberam, & sanam, absque ulla
 læsione animæ, & corporis, ut possit servire Deo creatori
 suo. Etiam præcipio omnibus inimicis vestris in nomine
 sanctissimæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti,
 ut cogant vos obedire mandatis, & præceptis meis. Et
 sub eisdem pœnis præcipio vobis, ut nihil dicatis, vel fa-
 ciatis, quod præsentibus, vel absentibus displiceat, nisi
 quantum fuerit interrogatum à me. In nomine Pa-
 tris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

*Ex Prieris
 tractatu
 in mali-
 gnos spiri-
 tus.*

*Hic Exorcista ponat manus super caput vexati,
& ligando stolam ad collum ejus cum
tribus nodis, dicat.*

*Ex anti-
quis Exor-
cismis.*

Gen. 1.

O Vos abominabiles, ac rebelles Dei conjuro vos spiritus, adjuro, voco cōstringo, evoco, contendo, & confessor, ubicumque sitis in homine isto per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & per potentissimum nomen Dei Heloy forte, & admirabile exorcizo, & adjuro vos, spiritus, ac impero vobis auctoritate, qua fungor per virtutem Dei, & sapientissimi Creatoris, qui cuncta creavit, tenens vos in sua potestate, à qua fugere non potestis, ut in continentia verba conjurationis meæ intelligatis, & virtutem, & sentiatitis vos victos ex præcepto vobis facto, nunc ab ista creatura Dei N. & imagine Christi non audeatis recedere absque licentia mei præcepti & sic sitis ligati, & incatenati, sicut Sancti Dei ligaverunt dæmones cum catenis, ita cum ista stola jucunditatis ego vos ligo. In nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti. Amen.

Deinde positis manibus super caput vexati dicat.

EXtinguatur in te N. omnis virtus diaboli per impositionem manuum mearum, immò per invocationem omnium Sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, atque Virginum, & omnium simul Sanctorum. In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti Amen.

*Postea lege sequens Evangelium, tenens manum
super caput vexati.*

Joan. c. 1.

In initium sancti Evangelii secundum Joannem. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

nihil, quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem fieri, his qui crederent in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à patre plenum gratiæ, & veritatis, & Laus tibi Christe.

Deinde subjungat Exorcista hæc verba.

Per Evangelica dicta, extinguatur in te N. omnis virtus diabolica, & infundatur virtus divina.

Quod servandum est in fine cujuslibet Evangelii.

Postea Exorcista ostendat Crucem demoniaco, dicens.

Ecce Crucem Domini † fugite partes adversæ, vicit leo de tribu Juda, radix David.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Domine Deus omnipotens, qui es æternus, imensus, incommutabilis, & incomprehensibilis, atq; *Extra de ineffabilis trinus in personis, & unus in essentia, & Trini. & substantia. Pater quidem à nullo; Filius à patre solo: & fide Catholica c. Firmus Spiritus sanctus ab utroq; absque initio, & sine processione.*

dens. Qui licet verè existas Deus in trinus personis, quæ sunt consubstantiales, coæquales, omnipotentes, & cœternæ, tamen universonum principium, creator omnium visibilium, spiritualium, & corporalium permanes, Qui tua omnipotenti virtute simul ab initio temporis utranque de nihilo creaturam condidisti spirituales, & corporales, Angelicam videlicet, & mundanam, deinde humanam quasi communam ex spiritu, & corpore constitutam. Pro cuius salute ingenitum filium tuum Jesum Christum, à tota simul Trinitate è cœlo demissum, incarnari voluisti; qui ex Maria semper virgine, Spiritus sancti cooperatione conceptus, verusq; homo factus ex humana carne, una in duabus naturis personam vitæ manifestè demonstravit. Qui cum esset cœdam divinitatem immortalis, & impassibilis, pro nostra tamen salute secundum humanitatem effectus est mortalis, & passibilis. Qui etiam pro salute humani generis in ligno Crucis passus, & mortuus descendit ad inferos, resurrexit à mortuis, & ascendit in cœlum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos in fine sæculi, & reddurus singulis secundum opera sua, tam malis, quam electis. Per hæc omnia sanctissima fidei mysteria, & nostre redemptionis sacramenta deprecamur, ac petimus, ut suscipias preces, quas tibi offerimus pro famulo N. & expellas omnes dæmones ex hoc corpore, & projicias eos, inimicos tuos, in profundum inferni, ut non habeant potestatem super hunc famulum tuum N. molestandi, fatigandi, seu vexandi eum; quia in te speravit, & credidit, ut non confundatur in æternum, sed in tua justitia, & fortitudine brachii tui liberatus existat. Per eundem dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui in Trinitate perfectè vivit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Hic Exorcista aspergat aqua benedicta super obsessum.

Deinde incipiat adjurare dæmones obsidentes.

Sed

Lucæ. I.

*Ecclesia
Romana
in præsa-
tione S.
Crucis.*

Sed cavere debet, ne sine gravi necessitate veniat ad colloquium familiare cum illis, quod sæpe demones facere quorunt, ut Exorcista perdat devotionem, & ipsi reassumant vires, sed cum magna fide, & forti animo intrepidè illos aggrediendo, dicat.

CONJURATIO.

O Rebelles Dei, & inimici triumphatoris domini nostri Jesu Christi Nazareni, ecce venio ad vos in virtute Dei omnipotentis, qui vos ex nihilo creavit: qui tam injuste atque impie hunc famulum Dei N. vestra te meraria, atque obstinata voluntate inquietare, & molestare præsumpsistis. In virtute igitur Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti Ego conjuro vos demones infernales, spiritus malignos, & per illam sanctissimam veram, immaculatam fidem domini nostri Jesu Christi, quam beatus Joannes Apostolus ardentissimo charitatis amore prædicavit, pro cujus defensione in Insula Pathmos relegatus fuit: cui Dominus per angelos suos revelare sanctissima mysteria nostræ fidei dignatus est, ut illa propalaret servis suis fidelibus, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & Jesu Christi quæcunque vidit ejus gratia, & pace nullo modo uti potestis, eò quod dedistis terga conditori vestro. Audi igitur iniquissime daemon, audi, & time victus, & prostratus abscede in nomine domini nostri Jesu Christi, quia tibi interdicitur figura Dei.

Gen. 1.

Apoc. c. 1.

O R A T I O.

Omnipotens, & misericors Deus, qui fideles tuos in te vere credentes, omni tempore clementer ab erroribus conservare non desinis; & famulis tuis in tua fide perseverantibus; non solum firmitatem illius præbes, sed etiam sacratissima ejusdem fidei nostræ mysteria revelare non dedignaris; te Domine sancte pater, humiliter deprecor, ac posco, ut per virtutem ejusdem fidei, &

*Apo. per
totum.*

intercessionem beati Joannis Evangelistæ, & per omnia
nostræ fidei mysteria, illi per Angelum tuum revelata
mihi potestatem præbeas, expellendi hos dæmones ab
hoc tuo famulo N. quem tua pietate creare, & ad tuam
imaginem formare dignatus es, ut liberatus ab hac
pessima vexatione, & in tua fide confirmatus, & cor-
roboratus, te adjuvante, æternæ beatitudinis præmium
assequi mereatur. Per Christum dominum nostrum
Amen.

CONJURATIO.

Apo. cap. 2.

Conjuro te † maledicte dæmon per virtutem sa-
cratissimi nominis domini nostri Jesu Christi, qui
revelavit seruo suo Joanni sacratissima mysteria

Joan. c. 1.

Apocalypsis, qui testimonium perhibuit verbo Dei, cum
de divinitate sua differens, dixit. In principio erat ver-
bum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbū.

Quiq; de ejus humanitate, qua verbum caro factum est
prædicando, & scribendo: de quæ venturo ejus judicio
& præcedentibus ejus adventum testificabatur: quia à
Christo sapientiam audivit, ipsum vidit, vitæq; ejus imi-
tatus est ut dignè testimonium perhiberet quæcumque
vidit. Eradicare igitur, & effugare, o maledicte dæmon
ab hoc plasmate Dei N. per illum, qui te de supernis ce-
lorum ad inferiora terræ demergi præcepit.

Apo. c. 1.

Conjuro te
malignissime dæmon per gratiam, & pacem, quam bea-
tus Joannes operat omnibus fidelibus Christi, cum dicit
Gratia vobis, & pax. Gratia (inquam) o miserrime dæ-
mon, quæ nos suscitavit à peccatis, quæ tuis maledictis
persuasionibus commisimus. Pax, quæ reddit nos Deo
& beatis Angelis confederatos. Gratia, quæ (te invito)
convertit voluntatem nostram ad Deum ut gratissimus,
pax, quæ quietat animum nostrum in Deo, ut ipse gra-
tissimus sit nobis. Conjuro te † maledicte dæmon

Apo. c. 1.

per Jesum Christum, filium Dei: qui erat, dum om-
nia crearet: qui est, dum omnia reconciliat: & qui ven-
turus est, quando nos per gloriam beatificabit: quia
tunc dabitur nobis gratia, & pax à Jesu Christo, qui in
san-

sanguine suo gratiam, & pacem nobis meruit, quam ob malitiam tuam perdidit prini parētes nostri, & nos per ipsos ex peccato originali. Conjuro te † nequis-
 sime spiritus per illum, qui est testis fidelis, id est Christi, qui sicut in hunc mundum veniens testimonium perhibuit veritati: ita etiam est primogenitus mortuorum: quia primus fuit, qui in alio seculo à morte resurgens vixit, ut ipse in æternum viveret, & filios suos in æternum victuro, non solum meritis, & gratia generaret, sed etiam à mortuis resuscitando immortales faceret. Conjuro te † demon per illum, qui est princeps regum terræ, qui est dominus noster Jesus Christus, quē dominus Deus pater primarem omnium iustorum, quos (in tui dēdeus: o miserime demon) prædestina-
 vit conformes fieri imagini filii ejus, ut sit primogenitus in multis fratribus, quos acquisivit sanguine suo. Conjuro te † demon per illum, qui fecit nos Deo nostro regnum, & sacerdotēs: regnum, in quo Deus per justitiam regnaret: sacerdotes, à quibus oblationem laudis: & gratiarum actiones reciperet: regnum, per quod Christi capitis nostri in Deo membra sumus: sacerdotēs, qui capiti nostro Christo, tanquam membra vera, in
 mysteriis sibi debitis serviamus: qui non solum in sanguine suo meruit regnum justitiæ, verum etiam & reproborum iudex esse; ut sicut nos obedientes regno suo dignos per finale iudicium ostenderet, sic & vos reprobos vestris malignis operibus, & factis, & contemptores tantæ gratiæ, & tam pretiosi sanguinis decerneret damnatione æterna esse dignissimos. Audi ergo creatura dānata spiritus immunde victus, & prostratus discede ab hac creatura Dei N. in nomine domini nostri Jesu Christi, & vade ad loca deserta, ubi nullam creaturā lædere possis per virtutem ejus, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem.

Ioan. c. 18.

Rom. 9. 4.

Ioan. c. 5.

Mat. 25.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, filii Dei vivi, qui es principium oīs creaturæ, à quo oīa procedunt, & per quē omnes

Mat. 25.

omnes beatificantur, qui pro salute humani generis incarnari, nasci, & mori voluisti, qui que resurrectione ex mortuorum, & formidabilem diem extremi Iudicii ordinasti, in quo venturus es cum Angelis, & Sanctis omnibus, ut iudex universalis iudicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem, ubi reddes unicuique secundum opera sua: te humiliter deprecamur, ac petimus, ut per tuam ineffabilem misericordiam, qua justos salvas, tibi concedere digneris virtutē tuam adversus hunc iniquissimum dæmonem, famulum tuum N. vexantem, ut illum tua gratia ab eo expellere valeam. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis, & regnas in secula seculorum. Amen.

CONJURATIO.

Apoc. c. 1.

Conjuro te † spurcissime dæmon per illum, qui cum venerit ad iudicium in nubibus, tunc plangent super eum omnes tribus terræ, quæ tua deceptione, magis terrena dilexerunt, quam Christum: tribus verò cœlestes justorum, qui Deo obedierunt, tunc in iudicio super eum gaudebunt. Plangent (inquam tecum, ô miserrima creatura) tribus terræ suam miseriam super eum, cujus gloriam tunc videbunt non in deitate, cujus visione indigni erunt, sed in humanitate, quam pupugerunt, & ejus vulnera videbunt, quorum ipsi causa extiterunt, & idèd ut mortis ejus rei deputantur, quasi ei hæc vulnera impressissent.

Apoc. c. 1.

Conjuro te † nefandissime dæmon per Jesum Christum dominum nostrum, qui est alpha, & omega, principium, & finis: principium (inquam) in quo creatæ sunt omnes creaturæ in natura, & gratia: finis in quo glorificabimur in gloria: omnipotens, qui servat in æternitate, ut sint omnia in omnibus interminabili perpetuitate. Conjuro te † maligne dæmon per illum, qui dicit, Ego sum primus, à quo omnia procedunt: & novissimus, ad quem omnia ordinantur: primus, ut principium, in quo datur omnibus vita: novissimus per mortis tolerantiam, per quam meruit omnibus vitam: qui fuit mortuus ex infirmitate huma-

Apoc. c. 1.

niratis:

nitatis; vivit verò æternaliter ex virtute divinitatis, ut *1. Petri c. 2.*
 nos moriamur peccato, ut mortificati vitius, & concu-
 piscantia, per innocentiam postea vivamus Deo, per
 immortalis justitiæ vitam, quam tu, ò proditor netan-
 distime, ob superbiam tuam perdidisti. Tu ergo, nequis-
 simè dæmon, inimic⁹ fidei, hostis generis humani, mor-
 tis adductor, vitæ raptor, justitiæ declinator, malorum
 radix, fomes vitiorum, seductor hominum, proditor
 gentium, incitator invidiæ, origo avaritiæ, causa discor-
 diæ, excitator malorum, magister dæmonum, quid istas,
 & resistis tantæ potentiæ Christi, cum scias eum tuas per-
 dere vires? Exi ergo ab hac creatura Dei N. quàm do-
 minus noster Jesus Christus ad baptismi gratiam evoca-
 re dignatus est, & vade ad locum tibi à Christo assigna-
 tum, ubi nulli creatura nocere possis: alioquin mittam
 te in stagnum ignis, ubi sumus tormentorum tuorum
 ascendet in secula seculorum. Amen.

*Ex divi
 Ambrosii
 Exorcismo.*

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui pro nostra salute in Cru-
 ce moriens, anam regni cœlestis aperuisti, & tu-
 is fidelibus finaliter in via tuorum præceptorum
 ambulanti- bus, portas mortis claudere meruisti: qui fa-
 mulis tuis in te verè credentibus potestatem efficiendi
 dæmones e corporibus obsessis dedisti, propter nomen *Mar. c. 16.*
 sanctum tuum, cui omne genuflectitur cœlestium, ter-
 restrium, & infernorum, te invocamus super hunc fa-
 mulum tuum N. quem diabolica sævitia vexat, ut per
 virtutem tuam, diabolum ceteras, & ab eo expellas huc
 nequissimum draconem, ut ab eo liberatus, per te ad
 regna cœlorum pervenire possit. Qui cum Patre, & Spi-
 ritu sancto vivis, & regnas in secula seculorum, Amen,

C O N J U R A T I O.

Conjuro vos † angeli tartarei p̄ illū, q̄ in cruce mo-
 riens, nobis à Deo patre meruit ut claudat nobis *Apoc. 1.*
 portas mortis, & portas vitæ aperiat, q̄ habet claves
 mortis, q̄ est dānatio æterna, qua vos, Christi inimici &
 omnes

omnes vobis adhaerentes, æterna vita, & æternis bonis illius vitæ privamini: & inferni, est locus miseræ, & pœnæ, quæ peccatorum, & scelerum demerito, vobis, & omnibus damnatis infligitur. Et quæ sunt claves damnationis, & pœnæ æternæ, ò dæmones, nisi iustitia, & misericordia Christi, qui per virtutem, & misericordiam suorum meritorum, suis amatoribus, & famulis æternam damnationem claudit, & portas vitæ æternæ aperit. Et per iustitiam vobis, & aliis indignis, & à suo merito alienis portas vitæ claudit, & portam æternæ damnationis aperit. Adjuro te † pessime dæmon per filium hominis, stantem inter septem candelabra aurea, id est Christum, qui semper præsens est, & in medio Ecclesiæ suæ permanet, Ero (inquit) vobiscum usque ad consummationem seculi. Conjuro te † maligne dæmon per illam spirituales, & magnam vocem, quam B. Joannes Apostolus post se clamantem audivit, per quam de rebus cœlestibus, & divinis mysteriis locutura erat divina sapientia, quæ sicut tibi, & omnibus reprobis magna mala minatur: ita ingentia bona pollicetur Dei electis, ut omnes iusti ad bellum contra vos, & membra vestra, quæ sunt pravi, atque perversi, inanimentur. Per hæc, & omnia alia mysteria, quibus tu maledicte dæmon, potes constringi in nomine domini Iesu Christi, te adjuro, & constringo, ut ex eas de vase isto, & plasmate Christi, qui suo sanguine pretiosissimo à peccatis lavit, illum metue, qui in Isaac immolari, in Joseph vendari, in agno occidi, & in homine crucifigi voluit, deinde inferni exiit triumphator magnificus, & gloriosus. Recede ergo adjuratus per eum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem, Amen.

Hic Exorcista interrogare poterit demonem, quo nomine vocetur: quot socios habeat: quæ sint nomina eorum: qua de causa sint ingressi: per quem Sanctum exire debeant: qui magis sint eorum inimici in cœlo: & qui in inferno: quod signum dabunt in exitu suo: qua die, & hora sint

Ibidem.

Mar. c. 28.

Apo. c. 1.

sint exituri: demum si non exierint, prosequatur hoc modo.

O R A T I O.

*Symbolum
Nicenum.*

Domine Jesu Christe, qui pro salute humana in hunc mundum veniens, carne nostra indurus, contra Luciferum decertando triumphare voluisti, & ipsum cum omni suo exercitu, & regno destruxisti, ut nos a sua potestate liberares, qui ad caelos ascendens, & ad dexteram Dei sedens, maxima charitate praecinctus, igne spiritus tui, sanctos Apostolos, & fideles tuos illustrare voluisti: tuam clementiam supplex depono, ut auxilium tuum mihi concedas adversus hunc nequissimum spiritum, ut audito nomine tuo, velociter exeat ab hac creatura tua. Ne ut ab eo erepta, ad tuam misericordiam pervenire mereatur. Qui vivis, & regnas in secula seculorum. Amen.

C O N J U R A T I O.

Iterum conjuro te † miserrime, atque scelerate demon per septem candelabra aurea, & per eorum myrteria, quibus sancta Ecclesia, septemplex Spiritus sancti dono illustrata designatur, quae per charitatis ardorem & sapientie salutaris fulgorem, martyrumque sanguinem, atque fidelium quotidianam persecutionem, tribulationem, atque mortificationem perficitur, quae per scripturarum notitiam lucida, per charitatem, & gratiam pretiosa, per patientiam solida, & firma, per obedientiam ductibilis, per praedicationem sonora, per perentiantiam longa, per spem erecta, & per fidem in Deo fundata: candelabro aureo assimilatur, cum super se Christum, lumen clarissimum, deferat, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Con-

*Dionysius
Carthusianus*

Joan. c. 1.

Apoc. c. 1.

cum

Rom. c. 6. cum omni suo exercitu, & vestro regno destructo per mortem suam, à mortuis resurgens jam non moritur: q̄ vestitus erat podere, calari, scilicet veste sacerdotali, qua ipse fuit indutus. cum p̄ nobis ex maxima charitate in Cruce Deo patri suo obtulit. Et qui induit se podere, etiam præcinctus erat zona aurea, virtute scilicet charitatis, qua totus pro nostra salute ardebat. Usque ad mamillas, ò inique dæmon erat præcinctus, ut lac sua doctrina nobis suis fidelibus emanaret. Conju-

Apoc. c. 1.

ro te † maledicte dæmon, qui artibus tuis, hanc creaturam Dei N. pervertere à suo Creatore niteris per illum, qui habet capillos candidos, sicut nix, cujus oculi erant velut flamma ignis, qui est Christus dominus noster, cuius capilli tunc candidi apparuerunt, quando in sua resurrectione membra sua, sanctos scilicet Apostolos, & omnes electos candidatos per mortem suam reddidit, quorum omnia peccata delevit, qui licet trepidarent, tamen in die sancto Pentecostes, sancti Apostoli, etiam qui magni effecti, & alii fideles minus perfecti igne Spiritus sancti illustrati fuerunt. Hi sunt oculi Christi, o scelerate dæmon, qui erant velut flamma ignis: quia illo igne inflammari prædicarunt poenitentiam in remissionem peccatorum hominibus, quos tua deceptione damnare conatus es. Per hæc omnia te constringo, & cogō,

Act. c. 2.

maledicte creatura, ut statim exeas, & recedas ab hoc famulo Christi N. quem inique, atq; impie tantum molestasti, durum est tibi Christo velle resistere, & contra ipsū calcitrare, quid igitur stas, & resistis cruenta bestia, cum scias illum tuas perdere vires; Exi ergo draco nequissime, & vade ad loca inhabitabilia, ubi non sit accessus hominum, & ubi nulli creature nocere possis. In nomine Patris † & Filii, & Spiritus † sancti. Amen.

ORATIO.

Apoc. c. 3.

Domine Jesu Christe, fili Dei vivi, qui semper tuis fidelibus assistens, gratiā perse verādi in præceptis tuis offerre non desinis, qui hominē, tua potentia creatū, per mortē tuā restaurare voluisti, & ex maxima pic-

pietate tua, viam perveniendi ad cœlestē patriā nobis ostendisti: adesto supplicationib. nostris, piissime redemptor, ut in nomine tuo ejicere possim omnes istos dæmones ab hac creatura tua N. ut sic nomen tuū sanctificetur, & tandem regnum tuum, te concedente semper laudando possidere mereatur. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis, & regnas in secula seculorum. Amen.

CONJURATIO.

Conjuro te ꝑ nequissime dæmon, per Jesum Christum, qui tenet septem stellas in dextera sua, & qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorū, qui in medio Ecclesię stat ꝑ defensionē, qui ꝑ misit omnibus pugnantibus contra te, & contra vicia, & severantibus in bonis operibus, dare de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei, quod nihil aliud est, quam ipse Christus, cujus visione intellectuali in Paradiso, & ejus corpore hic in præsentī Ecclesia animæ justorum reficiunt. Conjuro te ꝑ nefandissime spiritus, ꝑ illū qui est primus, & novissimus, qui est dominus noīter Jesus Christus, qui fuit mortuus, & vivit: primus omnia creando: & novissimus, per mortem omnia restaurando: fuit mortuus, verum hominem se esse demonstrando, & vivit tanquam Deus, potenter resurgendo. Conjuro te ꝑ te fugam, apostatam, tyrannum, per illum, qui promittit nobis patienter sustinentibus ad vesca, & fidem servantibus usque ad mortem, dare vitam æternam, quando dixit, Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam gloriæ: & qui vicerit, non lædetur à morte secunda: quia qui fidelis permanserit usque ad mortē corporis: mortem æternam animæ non timebit. Vch igit̃ tibi, proditor nequissime, & tuis complicitibus, qui perdidisti perseverantiam, eò quod gratiam vobis oblatam in creatione, per quam operari vos oportebat, neglexistis. Vch etiam illis, qui incæptum bonum non conservaverunt. Vide miser dæmon, quàm magna sit largitas Dei, ut tã exiguo termino perseverantia, scilicet usq; ad mortem, Deus donaturus sit præmium tale, ut coronā vitæ pollice-

Apo. c. 2.

Ibidem.

Ibidem.

Iacobi c. 1.

polliceatur. Per hæc, & omnia alia quibus in Christi nomine potes cogi, & arctari, tibi præcipio, ut exiens, & recedens ab hoc famulo Dei N. dissolvas omnia vincula, quibus teneris hic, cum omnibus maleficiis, incantationibus, ligaturis, & signaturis, & facturis tuis illi arte diabolica factis, & tibi præcipio maledicte spiritus, ut exundo educas tecum totam societatem tuam damnatam, & per virtutem, & potentiam domini nostri Jesu Christi te constringo, ut de quacunque re te interrogavero, dicas mihi veritatem, alioquin mittam te in stagnum ignis, & sulphuris, ubi te condemnabo in secula seculorum. Amen.

Hic Exorcista interrogare poterit, si spiritus malignus detineatur aliquo maleficio in corpore, & ubi sit illud, & quomodo possit dissolvi, & si sit in corpore, vel extra: sed cavere debet, ne illud destruat alio maleficio, ne peccatum addat peccato, quibus præmissis, sine intermissione prosequatur hoc modo,

O R A T I O.

Ioan. c. 1.

Domine Deus omnipotens, qui per unigenitum filium tuum Jesum Christum dominum nostrum illuminare dignaris omnem hominem venientem in hunc mundum: qui cum venerit ad iudicium universale, ut scrutator renum, & cordium occulta cogitationum discernens, unicuique poenas, & præmia, secundum opera eorum daturus est; qui que servis suis gratiam suppeditandi vitia præbet: te domine sancte pater suppliciter exoramus, ut meritis, & passione ejusdem dilectissimi filii tui Jesu Christi domini nostri, gratiam liberationis huic famulo tuo N. tribuas: quatenus à dæmone liberatus, nomen sanctum tuum benedicat in secula seculorum, Amen.

C O N J U R A T I O.

Conjuro te maledicte dæmon, creatura damnata, reprobata, & maledicta à Deo in æternum ob superbiam,

perbiam, & nequitiam tuam, spiritus immunde, per illum, qui tenet gladium ex utraque parte acutum, qui est Christus Iesus, dominus noster, qui habens iudicariam potestatem, promittit bonis premia, & finaliter errantibus poenam reddere: & pugnantibus, ac victoribus dare manna absconditum, id est aeternam vitam, quam nec oculus vidit, nec auris audivit: & nomen novum, ut scilicet filii Dei nominemur, & simus. Conjuro te ¶ spiritus ingratus per filium Dei, qui habet oculos, ut flamma ignis, qui omnes in eo credentes sua charitate illuminat, & inflammat, in quem per gratiam humanitas nostra assumpta est, & quodammodo etiam ipse Christus secundum humanitatem sit filius Dei per gratiam. In cuius benedicti hominis gratia, multi filii Dei facti sunt, sicut ipse Johannes in exordio sui Evangelii dicit. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Conjuro te ¶ spiritus ingratisime, per illum, qui dicit, Ego sum scrutans renes, & corda, qui est Christus, qui quantum ad iudicium discretionis perspicacissime discernit occulta cogitationum, & delectionem cordis, & mentis, qui unicuique dat secundum opera sua, quantum ad executionem iudicii, quae premia, vel poenas pro meritis, & demeritis unicuique dispensat. Conjuro te ¶ immundissime spiritus per illum, qui promissit pugnantibus, perseverando contra tuas persuasiones, & vitia: & victoribus, custodiendo praecipia eius usque in finem, qui per operum itinera, quae Christus docuit, ambulat, dare potestatem super gentes: quia praebet illi gratiam superandi omnia peccata, quae per gentes designantur: peccata per gratiam Christi Iesu sic homo contemnit, ut sine difficultate omnes vitorum incurtus repellere possit: ita quod illa reget in virga ferrea: quia illa suppeditando, gratia Christi calcabit, quam ipse Christus, ut homo, accepit à Patre suo, non solum pro se, sed etiam pro omnibus sibi fide, & dilectione adherentibus, in qua eos victores vitorum facit, qui carnis rebellionibus plus, minusque concutiuntur. Per haec, & omnia alia Christi opera, quibus potes adjurari,

*Apo. c. 2.**1. Ioan. c. 3.**Ioan. c. 3.**Apo. c. 3.**22.**Ibidem.*

& constringi, & ad pœnas, tormentaue mitti, te coniu-
 ro, ingratiſſime ſpiritus damnaſe, atque damnaſe, &
 omnes tibi fauenteſ, atque adhaerenteſ, ut quam citiuſ
 exeatis ab homine iſto, quẽ dominuſ noſter Jeſuſ Chri-
 ſtuſ ad ſuam ſanctam gratiam vocare dignatuſ eſt. & hoc
 ſignuſ ſanctæ Crucis, ꝑ quod ei in fronte damuſ, tu ma-
 ledicte, nunquam audeaſ violare, ſed recede adjuſaruſ
 per eum, qui venturuſ eſt iudicare viuoſ, & mortuoſ, &
 ſeculuſ per ignem. Amen.

O R A T I O.

Iſaia c. 9.

Domine Jeſu Chriſte, qui ut Sol juſtitiæ homini-
 buſ ambulanteſ in tenebris huiuſ mundi, & ū-
 bra mortis, lumen juſtitiæ, & veritatis oſtendiſ,
 qui in illo æternitatis die omnibuſ electiſ tuiſ per beati-
 ficã viſionẽ apparebiſ: te humiliter invoco, ut hanc
 creaturam tuam N à ſpirituſ immundiſ liberare, &
 ad priſtinam ſanitatẽ, & libertatẽ perducere dignẽ-
 riſ. Qui viviſ, & regnaſ in ſecula ſeculoſum. Amen.

C O N J U R A T I O.

Apoc. c. 2.

Conjuro te ꝑ nefandiſſime ſpirituſ illuſ, qui ſe
 nobiſ daturuſ, ut ſtella matutina, pollicetur, di-
 cẽſ. Et dabo illi ſtellam matutinam, quæ ſicut ori-
 tum dici nunciat, ita Chriſtuſ à mortuiſ reſurgẽſ, fidei
 lucẽ, immortalitatiſque mundo intulit. Stellam (in-
 quam) matutinã dabit nobiſ Chriſtuſ dominuſ noſter,
 id eſt ſeipſuſ, & gloriã reſurrectioniſ. Stellam matu-
 tinam dat Chriſtuſ ſuiſ fidelibuſ, qui ducatuſ idoneuſ
 ad ambulandũ in huiuſ mundi tenebris præbet, in quã
 rum cor munduſ in affectu: & veritatiſ, ac juſtitiæ lu-
 men in intellectu eiſ ſubminiſtrat. Stellam matutinã
 dabit nobiſ Chriſtuſ, ò miſer dæmon, quando ipſe Sol
 juſtitiæ in illo æternitatis die per viſionẽ beatificã
 orietur, qui ſtella matutina per immortalitatiſ gloriã,
 & manifeſtam Dei contemplationẽ ſuiſ electiſ erit,
 non tibi, neque tuiſ complicitibuſ, qui ab initio veſtræ
 creationiſ ſemper Deo conditori veſtro reſtititiſ. Con-
 juro

Juro te, ꝛ scelerate dæmon, per illum, qui habet septem *Isaie c. 11.*
 Spiritus Dei, qui est dominus noster, Iesus Christus, super
 quem requiescit Spiritus Sapientiæ, & intellectus, Spiritus
 consilii, & fortitudinis, Spiritus scientiæ, & pietatis,
 & Spiritus timoris Domini, quorum ipse tantâ plenitu-
 dinem habet, ut etiam omnes alios exuperet, Conjuro
 te ꝛ spurcissime Spiritus, per illum, qui hortatur nos ad *Apoc. c. 30.*
 perseverantiam bonorum operum dicens. In mente ha-
 be, quomodo acceperis, & quæ audieris serva. Vide, vi-
 de miserrime Spiritus, maximam misericordiam Dei er-
 gi nos suos fideles, qui eandem perfectionem justitiæ, in
 qua Christus terat justos, etiam eos in melius proficere
 facit. Conjuro te, ꝛ iniquissime Spiritus, per illum, qui
 nos non justificat, nisi per merita passionis Christi, &
 qui exhortatur nos ad gratiam in nobis resuscitandam,
 dicens. Esto vigilans, & confirma cætera, quæ moritur
 erant: quia licet gratia, quæ Spiritum vivificat, qui (se in-
 stigante) antea per culpam mortuus erat, tota simul, &
 subito avertente se hominæ à Deo, auferatur, gratiæ ta-
 men, & dona gratis data paullatim decrescunt, & hoc
 fit ex dispensatione diviniæ misericordiæ: ut per la do-
 na nondum ablata, homines considerantes magnam, &
 ineffabilem Dei pietatem, ad veram pœnitentiam per-
 sciendam, his donis, & gratis invitentur. Sed tu, ô scle-
 rite dæmon, quare non desinis subvertere animas illas,
 quas Christus Iesus suo pretioso sanguine redemit, &
 tanta providentia ad innocentiam quarit reducere? ce-
 de bestia terribilissima, & scabiosa cede Christo, qui sua pas-
 sione à faucibus tuis nos eripuit, & exi ab hac creatura
 Dei N: per virtutem ejus, qui venturus est judicare vi-
 vos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

*Ibidem.**1. Petri 1.**1. Jacobi 3.*

O R A T I O.

DEus innocentie restitutor, & amator, qui æternæ *Ecclesia*
 vite, & immortalitatis gloriam servantibus m̃a ia- *Romana.*
 ra tua misericorditer donas, & peccatoribus per
 pœnitentiam veniã præbes, pro Christo certantibus præmia
 regni cœlestis largiris, qui ex sola bonitate clementiæ

tuz hominem ad imaginem, & similitudinem tuam creatum, multiplicibus donis, & spiritualibus gratis decorasti, te suppliciter exoramus, ut per merita sacratissimæ passionis Jesu Christi filii tui, hanc creaturam tuam N. ab hac pessima & diabolica vexatione, tua potestate eripere digneris. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

CONJURATIO.

Apoc. 3.

Conjuro te, † iniquissime spiritus per illum, qui promisit vincentem vestire vestimentis albis, & nomen ejus non delere de libro vite, sed illum confiteri coram Patre suo, & Angelis ejus. Vestietur (inquã) Christi servus vestibus albis (in tui dedecus, ò miser dæmon) cum sanctitatis gloriam in immortali vita cum

1. Cor. 13.

Christo participabit; quando facie ad faciem habebit in illo futuro seculo divinam fruitionem, te remanente in tua obstinatione, & penis æternis. Et coram patre suo Christus nos confitetur, quãdo nos tales efficit, ut Christo tantò conformiores simus in gloria, quãto & conformiores fuerimus in patientia. Non enim ò miserime

Joan. c. 13.

spiritus, dignus minister regis est qui probatus est in aula, sed qui eum in bello per vulnera confitetur: quod ipse ass. rit, dicens. Ubi sum ego, illic & minister meus erit, qui etiam inter Angelos coronabitur, & hoc est nomen ejus confiteri coram Angelis in gloria Patris sui, id est ostendere hanc sibi dignum militem esse. Vide ergo, ò impiissime spiritus, & considera, quã impie egisti in illo parvo tempore, quando in tuæ creationis exordio dedisti terga Conditori tuo, qui in signum maxime ingratitudinis, vice illius voluisti adorari: & beatitudinem illam, quæ tibi à Deo parabatur, ex propriis naturæ tuæ viribus, & sine meritis nisas es obtinere: & ideo cum

Apoc. c. 3.

tuis complicitibus ad infernum detractus, illo igne inextinguibili in æternum cruciaberis. Iterum conjuro te † maledicte dæmon per illum, qui est sanctus, & verus, qui habens clavem David, aperit, & nemo claudit, qui est Christus, qui suis fidelibus portam justitiæ per gra-

tiam

riam aperit, ut possint opera justitiæ adimplere: quos nemo ab hac gratia excludere potest: claudit & nemo aperit: quia quos ipse tanquam gratiæ indignos abjicit, eis nemo gratiæ aditum aperire potest. Hoc tibi, scelerate demon, contingit: quia tua nequitia perdidisti illam celestem, & divinam contemplationem: nolens obedire Deo, & adorare Dei sapientiam unitam illi sacratissimo homini, sed elatus, ut insipiens, & stolidus captus præliari adversus illum: ò miser, & venenose serpens infernalis, quare mentitate audes occupare hoc templum Christi? Exi ergo ab hac creatura Dei N. signo sanctissimæ Crucis consignata, & unda baptismatis regenerata, per illum, qui in Trinitate perfecta vivit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Heb. c. 1.

Hic interroga, si spiritus velit exire: & si sic, præcipe illi, ne aliquam creaturam lædat, & quod educat secum totam suam damnatam societatem. Si autem exire noluerit, suppone ignem cum sulphure ardentem, prius benedictis, ante patientem, & fac illum profumigari: postea sic sequere.

ORATIO.

Domine Jesu Christe fili Dei vivi, qui servos tuos per humilitatis viam incedere docuisti, & humiles Discipulos tuos per apicem virtutum, ad sapientiæ divinæ thesaurum, per gratiam tuam perducere dignatus es: & sicut ad humilitatem, & perseverantiã sectandam exhortans, dixisti. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Et tene, quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam: ita, clementissime Deus, tua misericordia huic creaturæ tuæ N. per ministerium nostrum subvenire digneris, ut ab oppressionibus demonum liberata, nomen sanctum tuum laudare, & glorificare valeat in secula seculorum. Amen.

Mat. c. 11.

CONJURATIO

Apo. c. 3.

Conjura te, ꝑ maligne demon, ꝑ illum, qui dicit, Ecce dedi coram te ostium apertum, id est secretorum celestium intelligentiã. Tu enim, ð scelerate demon, de thesauro tibi naturaliter ꝑ creatione indito superbiens, clave divina sapientie exclusus niteris unumquemq; de thesauro celesti excludere, superbiam suggerens, ꝑ quam vera sapientia fiat indignus, quicumq; tibi consenserit. Ostium apertum Christus: humilibus discipulis dedit, cum ꝑ apicem virtutum eos ad sapientiã suæ thesaurum ꝑ gratiam suam introducere disposuit. Quod quidem ostium, tu bestia terribissima, tunc claudere voluisti, quando de virtutum gratia eis gloriam vanam objecisti: quibus cum dominus noster Jesus Christus potestatem calcandi super te, & tuos complices in nomine suo dedisset, illi accedentes ad eum dixerunt, Domine, etiam demonia subjiciuntur nobis. Ecce, maledixit demon, quomodo objecisti illis gloriam vanam, ut clauderes ostium, sed non potuisti: quia humilis magister statim doctrina sua ad humilitatem reduxit, dicens. Videbam Satanam, sicut fulgur, de celo cadentem: ac si diceret Si Satanas in tanta nobilitate naturæ constitutus ꝑ vanam gloriam subito cecidit, quomodo vos, natura infirmiores, de virtutibus, quas non ex vobis, sed ex gratia habeatis, gloriãtes ad celestia consurgere potueritis? Sicut igitur superbia tua ostium celestis contemplationis tibi superbienti clausit, sic vera humilitas terreno homini ostium contemplationis celestium pandit. Conjuro te, ꝑ malignissime spiritus, ꝑ illum, qui in donis gratiæ ad perseverantiã standam hortatur nos, dicens: Tene quod habes ut nemo accipiat coronam tuam. Quod tu scelerate, facere noluisse debueras enim taliter gratiam tenere, ut, unde eam habueras, recognosceres: sic attenderes, quid ex te eras, ut tamen non negligeres, quod ꝑ Christum factus fueras: sic tandem ad propriam affici dignitatem, ut tamen Dei, & Christi non postponeres adoratione. Ec

*Lucæ c. 10.**Ibidem.**Apo. 3.*

Quia

quia Dei gratiam neglexisti, dignum erat, ut coronam
 præmii neglectæ gratiæ amitteres, quam dignatus eras
 recipere, si lucrum cæterorum de eadem gratia quære-
 re voluisses. Tu enim, pessime proditor, ex naturæ tuæ
 nobilitate, quæ ad honorem summi creatoris tui effe-
 ctâ fuerat, illius honorem despiciens, & ad propriam ex-
 cellentiam conversus, amisisti illam dignissimam An-
 gelorum societatem; & ex Angelo, effectus es bestia
 teterrima, & scabiosa. Propterea damnate, atque dam-
 nande, recede ab hoc plasmate Dei N. & vade ad locum
 tibi à Deo deputatum, Per virtutem ejus, qui venturus
 est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem.
 Amen.

Isaia c. 14.

ORATIO.

Domine Jesu Christe, rex æternæ gloriæ, verus De-
 us, & homo, qui in tuis promissionibus semper
 verax existis, qui superbis semper resistis, & hu-
 milibus servis tuis, tibi fideliter servantibus, gratiam,
 & gloriam misericorditer præbes: quique pro defension-
 e, tui sanctissimi nominis pugnantibus, in templo san-
 cto tuo coelesti, ut columnas collocare, & statuere pro-
 misisti, qui es alpha, & omega, per quod omnia ad Deum,
 ut ad suum principium, & finem, rediguntur: per invo-
 cationem, tui sanctissimi nominis te humiliter deprecamur,
 ut per sancta beneficia tua, humano generi exhibita,
 hæc creaturam tuam N. à miserabili oppressione
 Satanz, & ministrorum ejus eripias, & fractis omnibus
 vinculis malignorum spirituum, ad pristinam sanitatem
 perducere digneris. Qui vivis, & regnas in secula seculorum.
 Amen.

1. Pet. 5. c. 3.

Apo. 3. c. 12.

CONJURATIO.

Conjuro te ꝑ scelestissime dæmon per illum, qui
 promittit nobis vincentibus columnas facere in
 templo Dei, dicens. Qui vicerit, faciam illum co-
 lumnâ in templo Dei mei: quia humiles in templo san-
 ctæ Ecclesiæ justitiâ operantes, columnæ efficiuntur, cum

Apo. c. 3.

per Christi gratiam, in sancta vita sic confirmantur: ut
Mat. c. 10. qui totam vitam suam ad Dei gloriam consumpserint, & amplius
 à sanctitate vite per apostasiam non excedant, id est for-
 ras amplius non egrediantur: à templo Dei non recedant,
 qui à sanctitate vite nunquam finaliter excident in hoc
 seculo: qui etiam à Deo in templo celestis Hierusalem
 ut columna, collocabitur: à quo tu malignissime spiri-
 tus, propter superbiam tuam lapsus es, qui dicebas in
 corde tuo. In cælum ascendam, & ero similis altissimo.
Isaie 14. Conjuro te \dagger ne sanctissime demon per Jesum Christum
Apoc. c. 3. Salvatorem nostrum, qui est testis fidelis, & verus: qui
 veraciter, & sine aliqua injustitia discutiet in illo novissi-
 mo judicio omnia opera nostra: & iudex verus reddet u-
 nicuique juxta opera sua, cum ipse sit veritas, quæ
Ioan. c. 18. venit in hunc mundum, ut testimonium veritati perhi-
 beret, quem tu maledictè spiritus crucifigere fecisti.
Apoc. c. 3. Conjuro te \dagger miser demon per illum, qui est princi-
 pium omnis creaturæ Dei, id est Christus, qui est princi-
 pium, per quod omnia facta sunt, & sine quo factum
 est nihil, per quem omnia ad Deum, ut ad suum princi-
 pium, rediguntur: quia ipse est imago Dei invisibilis, in
Coloss. 1. quo sunt omnia, quæ in coelis, & quæ in terris sunt: per
 illum ergo te conjuro, & constringo, ut ex eas ab hoc
 famulo Dei N. & vadas ad sedes infernales, ubi sumus
 tormentorum tuorum ascendet in secula seculorum.
 Amen.

ORATIO.

Ioan. c. 10. **D**eus refugium, & unica spes miserorum, qui nos
 dardentissima charitate, & amore tuo sic dilexisti,
 ut filium tuum unigenicum pro nostra salute morti
 traderes, qui cum iniquis reputatus, vulneratus est pro-
 pter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nos-
Apoc. c. 1. tra qui lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo, cujus
 livore sanati sumus. Per hanc piissimam, & ineffabilem
 misericordiam tuam, obsecro te domine Deus omni-
 potens, ut cordi meo superinfundas gratiæ tuæ inextin-
 guibile lumen, quo simul in me incendium tuæ sanctis-
 simæ

simæ charitatis ardeat, operetur, & crescat, ut ex eo toto corde meo in omnibus; & super omnia te diligam, & per eandem charitatem mihi tribue virtutem expellendi hos spiritus immundos ab hoc famulo tuo N. ut ab eis liberatus, de tua misericordia semper lætetur. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

CONJURATIO.

Conjuro te ꝑ spurcissime demoni per illum, qui exhortatur nos ad charitatem habendam, dicens. *iii.* Suadeo tibi eumere à me aurum ignitum, divinam scilicet dilectionem, quæ est valor, & pretium omnium aliarum virtutum, quæ cum sit vinculum perfectionis, est pretiosissima inter omnes virtutes, quam qui habet, omnia sua opera bona Deo, & non sibi ipsi tribuit: quod tu, maledictæ demoni, facere recusasti, cum diceres Christo. Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. & quæ verè dives esse cupit, necesse habet hoc aurum à Christo eumere per humilem confessionem, ut recognoscat, & confiteatur omnia mala sua ex se ipso esse: oia verò bona esse à Deo, quod est pretium divinæ dilectionis, quod non tantum pretiosum esse debet, sed etiam ignitum, & probatum: quia amor dilectionis debet esse devotionis fervore plenum. Hic est ignis ille, ò maledictæ demoni, in te fuit extinctus in exordio tuæ creationis, quando relinquendo tuum creatorem. Lucifero adhæsisisti. Hic est (inquam) ignis ille, de quo ipse Christus ait. Ignem veni mittere in terram: & quid volo, nisi ut ardeat? quæ qui habet, verè locuplex fit: quia omnia quæcunque operatur in cœlesti thesauro apud Deum reponit. Conjuro te ꝑ iniquissime spiritus per illum, qui tam amabili ter loquitur nobis dicens. Ego sto ad ostium scilicet mentis nostræ: qui est consensus, Christus pulsat, cum gratia sua, suisq; sanctissimis monitis voluntatem nostrâ ad amorè suum præveniendò allicit. Quod ostiū tandiū clausū est Christo, tandiū voluntas nostrâ peccato cōsēvit, quādo aliquid pl^o Deo diligit. Ad ostiū n. tu x mē-

*Apo. 1. 20**Mat. 9. 4**Lucæ. 12**Apo. 1. 20*

Heb. c. 1.

tis, ò nefandissime spiritus, Deus benedictus pulsavit, cu
 variis modis à principio tuæ conditionis voluntatem
 tuam sua gratia ad bonum consentum alliceret, &
 excitaret. Sed huic pulsationi Dei omnipotentis nolui
 sti acquiescere, cum omnibus Angelis fuit dictum. Cum
 introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: & ad
 orent eum omnes Angeli Dei. quem in prævisione co
 gnoscens invidisti, Per illius igitur charitatem te con
 juro, ut statim ex eas ab hac creatura Dei N. quam tan
 rum molestasti, illam dimittendo sanam. & liberam, ut
 possit servire Deo creatori suo, in secula seculorum,
 Amen.

*Hic intetroga de exitu, urgendo demones duris
 præceptis, & comminationibus: & si non recesserint,
 suppone naribus obsessi rotam benedictæ
 propria benedictione: postea sic sequere.*

O R A T I O.

*Conc. Tri
 dex, Sess. 6.
 de iustifi
 catione c. 5.*

Domine Jesu Christe, pastor bone, qui peccatori
 bus gratiam tuæ sanctissime vocationis tam inter
 rius, quam exterius offerre non desinis, qui in co
 versione peccatorum tantum lætaris, ut illos tua gratia
 semper prævenias, ad pœnitentiam eos vocando, qui que
 pœnitentibus gratia tuæ pûssimæ misericordiæ, & pietat
 is semper assistis: adesto, quæsumus, huic creaturæ tuæ
 N. & per invocationem tui sanctissimi nominis infesta
 tionem hujus dæmonis ab ea rebelle, & ei desideratam
 sanitatem concede. Qui vivis, & c. Amen.

C O N J U R A T I O.

Apoc. c. 3.

Conjuro te † vilissime spiritus per illam suavissima
 cœnam Domini nostri Jesu Christi, quam ipse pro
 mittit fidelibus suis consentientibus suæ vocatio
 ni, dicens, Si quis audierit vocem meam & ianuâ aperu
 erit, ad illum intrabo, & cum illo cœnabo, & ipse mecû.
 Hanc enim vocem Dei, ò inique spiritus, qua omnes
 Angelos ad Verbi incarnati adorationem vocaverat
 quæ ad aurem tuæ mentis per internam, & externâ vo
 cationem

cationem insonuit, despectisti quando Deo omnipoten-
 ti, ad januam tuæ voluntatis pulsanti, aditum præbere
 noluisti. Et sicut tu pessime dæmon clausam nostræ vo-
 luntatis januam infringere non potes: sic & Deus per ju-
 stitiam suam, per voluntatis tuæ contractam januam,
 introire noluit. Et sicut, cum quis Christo pulsanti se
 voluntarie subjugaverit, & aditum illi præbuerit, tunc
 ipse frequenter non solum cum donorum, & charisma-
 tum suorum divitiis, quas sui servi nec æstimare sciunt,
 necdum desiderare queant, sed etiam cum dono gratiæ,
 quæ animæ datur ad perficiendam Dei voluntatem in
 declinando à malo, & faciendo bonū, quæ est gratia gra-
 tum faciens: quæ rationalem spiritum roborat ad hoc,
 ut in Deum convertat, ad illum ingreditur: sic & tibi sug-
 gratiæ non consentienti, & introitum non præbenti, im-
 mo ut ingratiissimo rebellantis, aditum vitæ æternæ præ-
 cludit. Conjurato te ¶ in mundissime spiritus per illum,
 qui suos fideles gratiæ suæ consentientes, pane illo cœ-
 lestis vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutatis refi-
 cere promittit, dicens. Si quis mihi aperuerit, cœnabo
 cum illo, & ipse mecum. Parum enim est Christo, ad
 prandium suos invitari. si cœna, quæ est novissimū diei
 prandium, non sequitur: quia quos Christus diligere cœ-
 pisset, in finem vult diligere, & eos in illa æterna beatitu-
 dine, quæ finem non habeat, beatificare. O miserrime
 dæmon, quàm ingens est miseria, & calamitas tua: tu
 enim creatus fuisti à summo Deo, ut hanc beatissimam
 cœnam gustares, & ipso summo bono fruere: sed a-
 versus ab illo, projectus es ad infernum: idè scelerate,
 tremens, gemensque discede ab hoc famulo Christi N.
 & ne diu præsumas captivum tenere hominem, quem
 ipse ad imaginem, & similitudinem suam creavit. Qui
 cum Patre, & Spiritu sancto vivit, & regnat in secula se-
 culorum. Amen.

O R A T I O.

Omnipotēs sempiternæ Deus, qui ex tua maxima,
 & infinita bonitate, creaturâ rationâlẽ mirabiliter
 condi-

condidisti: & per filium tuum unigenitum mirabiliter reparasti, qui eam ita tua dispositione ordinasti, ut te summum bonum cognosceret, amaret, & frueretur, sedendo cum Christo in throno illius æternæ beatitudinis, quam ipse fideliter certantibus, & pro eius amore vultu ter vincenibus promissit, preta mihi, quæso, famulo tuo licet indigno, ut in tuo nomine, & dilecti filii tui: & Spiritus sancti, expellere possim dæmones infestantes hunc famulum tuum N., ut ab eis liberatus, pervenire possit ad gloriam tuam. Qui in Trinitate perfecta vivis, & regnas in secula seculorum, Amen.

CONJURATIO.

Conjuro te, † maligne dæmon per illum, qui promittit fideliter certanti, & videnti maximum præmium, scilicet vitam æternam, dicens, Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, qui est pax, quæ exuperat omnem sensum, quæ in Christo, victis omnibus tentationibus tuis, adit, de quo dicit David, Thronus tuus Deus in seculum seculi. In throno autem Christo sedet, qui de victis tentationibus tuis, & nefandissime spiritus, quas in hac vita laboranti ex avaritia tua infligis, per amorosam contemplationem qui obit in Christo tota spe, de quo dicit Apostolus: Concedere nos fecit cum Christo in cælestibus. Hanc enim mentis, & carnis quietem propter victoriam tentationum mereamur quam tu serpens antiq; in cælo obtinere non potuisti, quia noluisti pugnare adversus illam maximam tentationem Luciferi, immo illi adhærens: desiderasti beatitudinem absque meritis. Cum enim Christus sine tentationibus victor esse noluerit, quomodo tu, bestia terribilissima, volebas sine meritis beatificari? Oportuit (inquit Lucas) Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. In throno patris Christi (in tui dedecus) residet, o miser dæmon, qui carnis, & spiritus pace obtenta, in clara divinitatis eius contemplatione, quam tu, ob superbiam tuam amisisti, gaudet. Christus in Deo in illa vita quiescit, & nos in Christo in hac vita quiescimus. Christus

*Apoc. c. 3.**Ibidem.**Epho. 2.**Lucæ. 24.*

divin

divinitatem Patris in aeterna vita contempletur, nos divinitatem, & humanitatem Christi in illa vita speculabimur: quia tunc finis erit, cum Christus tradiderit regnum Deo, & Patri, quando omnia in Christo, & Christus in Deo consumatus fuerit in capite, & in corpore suo, quod est Ecclesia electorum. Quae tunc, o serpens venenosus, erit gloria tua, nisi infernus, in quo cruciaberis in perpetuum? desine igitur occupare hanc creaturam Dei N. per virtutem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. An.

1. Cor. 15.

ORATIO.

Domino Jesu Christe filii Dei vivi, piissime redemptor, qui pro salute mundi in Cruce pendens, tua acerbissima passione, & morte ostium regni caelorum, propter peccatum primorum parentum diu clausum, misericorditer aperuisti, & fidelibus tuis gratiam perveniendi ad aeternam illam beatitudinem meruisti: te suppliciter deprecor, ut mihi auxilium praebes ad aversum hunc nequissimum spiritum vexatorem hanc creaturam tuam N. ut in tuo nomine illum ex hoc corpore fugare possim. Qui vivis, & regnas in secula seculorum. Amen.

CONJURATIO.

Conjuro te, † maledicte daemon, per illud sacratissimum ostium apertum, quod beatus Joannes Evangelista vidit, quod est Christus, qui est ostium, unde ad aeternam vitam intramus, est ostium apertum, quia tempore suae passionis, unus milicum lancea latus eius aperuit, ut illic quodammodo vitae ostium pandere, quod tua operatione clausum fuerat, & unde sacramenta sanctae Ecclesiae emanaverunt, sine quibus ad vitam, quae vera vita est, non intramus: quia, antequam ipse pro salute nostra in carnaretur, & pateretur, clausum erat ostium aeternae vitae: quod passione, & morte ejus suis fidelibus panditur, de quo ipse dicit. Ego sum ostium, per me si quis intraverit, salvabitur, & ingredietur, & egredietur, & pasqua inveniet. Conjuro te, † scelerate spiritus per illam

Apoc. c. 4.

Joan. c. 15.

Joan. c. 10.

Apoc. c. 4.

illam mirabilem sedem, quam sanctus Evangelista in
 cœlo vidit, & per illum qui super eam sedebat, qui est
Isa. c. 66. Christus Jesu dominus noster, de qua dicitur, Cœlum
 mihi sedes est, quæ posita erat in cœlo sicut dicitur. Do-
Apo. c. 4. minus in cœlo paravit sedem suam. Conjuro te, & spiri-
 tus ingratiſſime, per viginti quatuor seniores, sedentes
 circa sedem divinæ majestatis Christi, qui cum Christo
 vos impios in judicio judicabunt, assistentes ei, eo quod
Matt. c. 19. tam Prophetæ, quam Apostoli, qui per viginti quatuor
 seniores intelliguntur, pro Christi, & eius Ecclesiæ de-
 fensione passi sunt à membris tuis, ideo omnes il-
 los judicabunt cum Christo qui est caput omnium. A qui-
 bus tu nefandiſſime demon, condemnaberis ad infernum:
 quia in tanta dignitate creatus ut ingratiſſimus, rebellis
 fuisti Creatori tuo. Exi ergo ab hac creatura Dei N. per
 illum, qui in die novissimo te cum tuis complicitibus in
 lacum ignis, & sulphuris, in tenebris perpetuis relega-
 bit. Qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & se-
 culum per ignem. Amen.

*Hic interroga, ut supra, & quare non recedat spiri-
 ritus immundus: & si dixerit, se non posse exire,
 eo quod aliquo vinculo sit ligatus, dissolve
 illum his verbis, & conjurationibus ad cante-
 lam, dicens.*

MODUS SOLVENDI MALEFICIATUM.

Luc. 9. Siquis per sua maleficia, incantationes, signaturas,
 facturas aut ligaturas suas, verbo nutu, aut pã-
 cto, arte diabolica inito, vel aliquo alio maleficio, h-
 ic creaturæ Dei N. factore, dæmon, & spiritus immun-
 de ligavit super eam, ego auctoritate Dei omnipotentis Pa-
 tris, & Filii, & Spiritus sancti, mihi tradita à sancta Ca-
 tholica, & Romana Ecclesia dissolve omnia illa malefi-
 cia, quibus hic tenens, & dissoluta esse decerno: & tibi
 præcipio, ut (illis non obstantibus) ex eas, destruendo om-
 nia

omnia vincula, & maleficia intrus vel extra huic creaturæ facta per virtutem domini nostri Jesu Christi, qui propter magnam misericordiam suam venit in hunc mundum, & incarnatus est in utero beatissimæ virginis Mariæ, ut homines perditos ad cœlestia revocaret, quos tua perversitate damnaveras: & causa expellendi te demonem, & omne malignum spiritum ab hominibus, & ejiciendi vos in profundum inferni, & abyssi. Ecce signum sanctæ Crucis domini nostri Jesu Christi, fugite partes adversas, vicit leo de tribu Juda, radix David.

*Symbolum
Nicenum*

Apoc. c. 5.

O R A T I O.

Domine Deus omnipotens, qui tua immensa benignitate, per verbum tuum omnes creaturas rationales ad honorem, & gloriam tuam omnipotentissimæ majestatis ab æterno producere decrevisti, qui rebellēs Angelos æternis ignibus propter suam obstinacionem perpetuo deputasti, & hominem diabolica fraude à tua gratia delapsum, unigeniti filii tui mortem restaurare voluisti: humiliter majestatem tuam supplico, ut per eandem Christi mortem, hunc famulum tuum N. ab inmundis spiritibus tua pietate liberare digneris. Per eundem Christum dominum nostrum, Amen.

Mat. 25.

C O N J U R A T I O.

Conjuro te, † miserime spiritus, creatura damnata à Deo, per septem dona spiritus sancti, quos beatus Joannes lampades ardentes nominat, eo quod, ut lampades ardentes per amoris incendium, quos replent, illuminent, & accendant. Conjuro te, † scelerate demonem, per quatuor animalia in circuitu sedis Dei existentia, plena oculis ante, & retro, per quæ nobis significatur Christus Jesus in quatuor Evangelia: qui erat homo per incarnationem, vitulus per Passionem, per Resurrectionem leo, per Ascensionem verò aquila. Quia ipse unigenitus Dei filius veraciter factus est homo propter nostram salutem: ipse etiam in sacrificio nostræ redemptionis dignatus est mori, ut vitulus: ipse etiam per virtutem

Apoc. c. 4.

Ibidem.

*Symbolum
Nicenum*

Act. 9. 1.

virtutem suæ fortitudinis surrexit ut leo, qui apertis oculis dormire perhibetur; quia in ipsa morte, in qua ex humanitate dormire potuit Redemptor noster, ex divinitate sua immortalis permanendo, vigilavit. Ipse denique post Resurrectionem suam ascendens ad coelos, in superioribus est elevatus ut aquila: quibus omnibus Christus dominus noster contra tuam voluntatem, nos per virtutem suæ sacratissimæ passionis e manibus tuis eripuit, te prostrando cum omnibus tuis complicibus: per illum ergo te conjuro, & per omnia alia, quibus in nomine ejus potes constringi, ligari, fugari, & ad penam mitti, ut statim, & sine mora recedas ab hac creatura Dei, & imagine Christi N. quam dominus Jesus Christus ad suam gratiam vocare dignatus est: & vadas ad loca tibi ab illo deputata, ubi nulli creaturæ nocere possis.

Apo. c. 4.

Conjuro te, † immundissime spiritus, per illam excellentissimam laudem, quam sancta quatuor animalia æternaliter unam dominationem, deitatis omnipotentiam, & sanctæ Trinitatis æternitatem affirmant voce perpetua in coelestibus. dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus omnipotens, qui est, qui erat, & qui venturus est, ad quarum voces viginti quatuor seniores procidentes ante sedentem in throno, adorabant virtutem in secula seculorum, & quia quicquid habebant, attribuebant Deo, ideo mittebant coronas suas ante thronum, dicentes, Dignus es, domine Deus noster, accipere gloriam, à nobis scilicet, quia nos creasti: & honorem, quia donis, & gratiis tuis nos illustrasti: & virtutem, quia de magna potestate dæmonum inimicorū nostrorum nos liberaisti, & non solum nos, immo omnia tu creasti, & propter voluntatem tuam erant, & creata sūt: in arte, & Dei sapientia erant, antequam formarentur in effectu, vel in opere, quando creata sunt. Conjuro te,

*Ibidem.**Apo. 5.*

† spurcissime dæmon, per librum illum divinæ, & æternæ sapientiæ, quem beatus Joannes vidit in dextera sedentis super thronum, scriptum intus, & foris, in quo descripti sunt omnes prædestinati: & per illam æternam dispositionem Dei omnipotentis, qua omnia ad gloriam suorum

suorum electorum dispensat, quæ ex dextera Dei, in qua liber æternæ sapientiæ continetur, cum in æterna ejus dispositione sine initio fuerit, qui homines, Christi meritis in se credentes, per ipsum saluare, & glorificare decreuit, qui propterea diuinæ sapientiæ liber intus, & foris scriptus perhibetur: quia in hac sapientia est duplex mysterium, creationis scilicet, & reconciliationis humanæ: quod licet ab initio intus occultum fuerit, foris tamen, & in patulo quodammodo est in comparatione ad secreta æternæ gloriæ, quæ intus dici possunt: quia ad ea contemplanda nondum pertingimus. Vide ergo, o miserabilis creatura, ad quantam calamitatem uenisti ob superbiam tuam, qua, derelicto domicilio omnipotentis Dei, & beatorum spirituum cœlestium: delapsus in hunc aërem caliginosum, post ultimum iudicium detrudendus in infernum, & in stagnum ignis & sulphuris: uide (inquam) quale præmium recepisti ex tua rebellionem, qua semper contra Deum pessime egisti, qui usque in præsens non desinis subvertere hanc creaturam N. recede igitur ab ea, o prædo infernalis, & noli amplius hic morari: quia quanto tardius exis, tanto maiora supplicia tibi adueniunt à Deo, cujus statuta transgressus es. Per hæc, & omnia alia uerba, & adjurationes, quibus tu, nefandissime dæmon, in nomine domini nostri Jesu Christi potes adjurari, fugari, & expelli ex hoc corpore, & mitti ad inferni pœnas, te constringo, ut exas, & ne diutius præsumas captivum tenere hominem, quem Christus ad imaginem suam creare dignatus est. Qui cum Patre, & Spiritu sancto uivit, & regnat in seculis seculorum. Amen.

*Iudæc. u-
nico.*

Esaiæ 14.

*Hic Exorcista ponat manus suas super caput
vexati, & dicat.*

ORATIO.

Expelle Domine diabolium ab hac creatura tua N. *Ex anti-
de capite, de capillis, de vertice, de frõte, de oculis, quis Exor-
de lingua, de sublingua, de aurib⁹, de narib⁹, de col-
cismis.*

Quo, de

lo, de maxillis, de dentibus, de gutture, de gingivis, de ore, de palato, de cerebro, de panniculis cerebri, de ciliis, de superciliis, de pilis, de pedibus, de tibiis, de genibus, de cruribus, de partibus verecundis, de renibus, de lateribus, de intestinis superioribus, & inferioribus, de fœmore, de ventre, de stomacho, de corde, de spatulis, de humeris, de pectore, de uberibus, de brachiis, de manibus, de ungibus, de ossibus, de nervis, de venis, de medullis, de pulmone, de compaginibus membrorum suorum, de omnibus juncturis, de toto corpore suo intus & extra, de quinque sensibus corporis animæ: nullumq; locum habeat in ipsa intus, & foris amplius, ut sana, & salva fiat per invocationem filii tui unigeniti, & per invocationem Spiritus sancti coætérni. Tu ergo Deus omnipotens, qui dignatus es corpus, & animam hujus creaturæ tuæ N. creare, digneris etiam totum corpus, & animam ipsius salvare, & salvam facere. Per eundem dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, Qui tecum vivit, & regnat in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus: per omnia secula seculorum.

Gen. c. 1.

Amen.

Explicit Exorcismus primus.

EXOR

D

EXORCISMUS II.

MAGNUS, ET MIRABILIS EFFICACIA

Adversus dæmones obidentes corpora
humana.

Exorcista accedens ad conjurandum dæmones in corporibus humanis existentes, puro corde, & animo devoto genuflexus ante Deum, muniens se signo sanctæ Crucis in fronte: submissa voce, dicat.



Nomine Patris, † & Filii, † & Spiritus † sancti. Amen.

Psal. 123.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum, & terram.

V. Deus in adjutorium meum intende.

R. Domine ad adjuvandum me festina.

V. Esto nobis Domine turris fortitudinis.

R. A facie istorum dæmonum.

V. Exurge Christe, adjuva nos.

R. Et libera nos propter nomen sanctum tuum.

V. Deus meus pone illos ut rotam.

R. Et sicut stipulam ante faciem venti.

V. Exurgat Deus, & dissipentur inimici ejus.

R. Et fugiant, qui oderunt eum à facie ejus.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Domine Deus omnipotens, qui es mirabilis, & inestimabilis majestatis, quæ contremiscunt in cælo angelicæ potestates, quæ adorant omnes dominationes,

Phil. 2.

Judith 13.

& virtutes, qui illum leonem in cœlo rugientem, æternis ignibus deputasti, qui inimici rugientis sævitiam superas: exaudi nos indignos famulos tuos, quos ad officium sacerdotale non nostris meritis, sed sola clementia tuæ divinæ majestatis vocare dignatus es, pro famulo tuo N. ut verbis tuis, in tua virtute ipsum inimicum tuum evellere possimus, ut famuli tui in te credentes in Ecclesia tua gratiarum tibi referant actiones. Da mihi Domine virtutem tuam, ut olim Judith servæ tuæ tribuere dignatus es contra inimicum populi tui, ut infernales virtutes irrumpere valeam, per invocationem tuam sanctissimi nominis, quod est terribile malignis spiritibus, suave autem sanctis Angelis, & servis tuis. Te Domine tremens deprecor, ac toto corde peto, ut mentem meam illustres, fortifices, & sanctifices per invocationem admirabilis tui nominis Tetragrammaton, contra diabolicas potestates hunc famulum tuum N. comprimentes. Extende Domine brachium tuum super bestiam istam, quæ exterminat vineam tuam, corrobora vires meas, ut te adjuvante, omnis terror venenosi serpentis procul pellatur, & præsentia sancti Spiritus tui, & omnibus astantibus, & misericordiam tuam poscentibus, ubique adesse dignetur, & per gratiam Spiritus sancti paraclyti, inimici tui isti coram me corruant, & mihi obediant. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum, & cum Spiritu sancto vivit, & regnat Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Psal. 97.

Hic Exorcista surgat ab oratione, & ponens manum super caput vexati dicat.

¶ *Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum.*

R. Gloria tibi domine.

Cap. 16.

IN illo tempore. Recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Jesus, & exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia iis, qui viderant illum resurrexisse à mortuis, non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni

omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur novis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Jesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei. Illi autem profecti, prædicaverunt ubique domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis.
 & Laus tibi Christe.

ORATIO.

Domine Jesu Christe, fili Dei vivi, qui in hunc mundum venisti, ut dissolveres opera Satanæ, & genus humanum è tyrannica ejus servitute liberares, invocamus clementiam tuam, ut per invocationem sancti nominis tui quod datum est nobis sub cælo, in quo nos salvos fieri oportet, in cujus nomine omne genu flectitur, cælestium, terrestrium, & inferorum, dissolvere digneris omnia maleficia Satanæ, & forrilegas machinationes super huuc famulum tuum N. factas, ut liberatus, ab eis, cum bono, & sano animo sciat seipsum regere, & gubernare ad honorem nominis tui, ut ex hac præsentis consolatione, nos omnes famuli tui in tuo amore crescamus. Qui vivis, & regnas cum Deo patre, in unitate Spiritus sancti Deus, per oïa secula seculorū. Amen.

ORATIO.

Deus, qui omnia ex nihilo tua immensa virtute creasti, & hominem diabolica fraude deceptum, tua piissima misericordia salvare decrevisti: & ne desperationi subderetur, firmissimā de vero mediatore Christo fidem, & spem illi præbuvisti, qui adveniente temporis plenitudine ex intacta Virgine nascens, & propter nostram salutē in Cruce moriens, de antiquo hoste triumphavit. Te, dñe sancte Pater, suppliciter deprecamur, ut expellas ab hoc famulo tuo N. omnem diabolicam vexationem.

xationem, & eum ab omni impugnatione dæmonis liberatum, custodire digneris. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

Hic Exorcista aspergat aquam benedictam super obsessum. Postea incipiat adjurare demones cum omni fiducia, dicens.

CONJURATIO.

Apoc. c. 5.

AD honorem Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & omnium Sanctorum totius curiæ cœlestis: & ad confusionem totius Sinagogæ infernalis conjuro te immundissime spiritus per omnia mysteria divinæ sapientiæ contenta in libro illo, quæ nemo poterat, neque in terra, neq; subtus terram aperire, neque respicere eam: quia nullæ rationales creaturæ in cœlo, Sancti, & beati: in terra, homines justii: subtus terram, ut in purgatorio existentes; ac vos dæmones, & dænati homines ad hoc sufficientes erant, Conjuro te iniquissime spiritus per illud maximum desiderium, quo omnes de Ecclesia, præsertim homines, qui detinebantur sub peccati servitute, mediatorem anxie desiderabant: quorum desiderium, & propriarum virium desperationem beatus Joannes in se transformans, multum flebat: quoniam nemo dignus inventus est aperire librum intelligentiam scilicet secretorum divinæ sapientiæ comprehendere, aut rimari, neque signacula ejus solvere, judiciorum scilicet justissimas causas discernere: neque illum respicere, id est simplici fide, veritatem Dei approbare: cum hoc totum pertineat ad unius mediatoris meritum: quia divinæ sapientiæ secreta, altitudo judiciorum Dei, & fides in Deum non intelligitur sine meritis Christi. Conjuro te pessime dæmon per Jesum Christum dominum nostrum, qui solus inventus est dignus aperire librum: cujus meritis divina sapientia decrevit tibi reconciliare creaturam rationalem, tam angelicam, quam humanam, & illam glorificare, cujus desiderio, & si ipsa creatura longo tempore langueret,

triplex

Ibidem.

Ibidem.

triplex tamen solatium de ipso mediatore Dei illi est impensum, scilicet fides mediatoris, presentia ejus in carne, & sapientia ipsius per presentiam suam, humano generi predicata. Conjuro te † iniquissime dæmon per fidem mediatoris Jesu Christi domini nostri, per quam ab initio mundi usque ad adventum ejus, hoc solatium generi humano fuit impensum, ut in mundo non desissent viri justi, qui de divina bonitate sic præsumerent, quod eis Deus missurus esset liberatorem, cui se omni æstideris devoverent: de quo Moyses ad Dominum clamabat. Obsecro Domine, mitte quem missurus es: *Exo. c. 4.*

quo solatio consolabatur beatus Joannes ab uno de senioribus his verbis. Ne fleveris: quia promissio facta de mediatore sanctis patribus, & mundo non deficiet. consolatur (inquam) ab uno de senioribus, ab illo scilicet spiritu, quo sancti Prophetæ de Christo vaticinantes, locuti sunt: quia Spiritu sancto afflari, locuti sunt sancti Dei homines. Conjuro te † miser dæmon per illum, qui venit in hunc mundum, ut te. & tuos complices expugnaret. Tu enim ante ejus adventum eras ut fortis armatus, qui custodiebat atrium hujus mundi: ideo necesse erat, ut fortior te, ille superveniens, vinceret tuum principem, & spolia ejus, captivas ciliocet animas nostras, distribueret. Conjuro te, † nefandissime dæmon, per illum, qui gerens officium veri mediatoris, fideles suos de manibus tuis, ò pessime dæmon, lupe rapacissime, liberavit, qui ascendens in altum captivam duxit captivitatem. *2. Pet. 2.*

Coepit enim Christus, ò inique spiritus, vinculis dilectionis suæ absolvere, quos servitute peccati tu scelerate captivaveras, ideo Christus ortus de tribu Juda venit, ut se Christum confitentes per veram fidem, à tua oppressione liberaret. *Luca II.*

Quid enim tibi profuit malitia tua, nefandissime spiritus, contra genus humanum, quod peccato *Psal. 90.*

tam miserabiliter intrusisti? nihil profecto: immo ex illo peccato manifestata est maxima Dei pietas, & misericordia qua redemptor noster mori voluit, ut è manibus tuis eriperemur: ideo scelerate, recede per virtutē *Rom. 5.*

passionis *1. Cor. 15.*

passionis ejus ab hac creatura Dei N. ad eam amplius non rediturus: quia dominus noster Jesus Christus ad suam gratiam, & misericordiam vocare dignatus est, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

O R A T I O.

*Symbolum
Apostolorū.*

Domine Jesu Christe, verbum, & sapientia æterni patris, qui maximo amore ardentissimæ charitatis tuæ, cum in majestate æterno patri coequalis existeres, pro salute humani generis in hunc mundum veniens, secreta æternæ sapientiæ in scripturis sanctis clausis tuis fidelibus dignatus es aperire, qui solus viam humanæ reparationi invenire potuisti; te humiliter deprecamur, ut hunc famulum tuum N. diabolica virtute oppressum, tua pietate misericorditer liberet. **Qui** cum Patre, & Spiritu sancto vivis, & regnas in secula seculorum. Amen.

C O N J U R A T I O.

1. Timotheo.

Iterum conjuro te, † iniquissime spiritus, per illum, qui in mundum venit, ut fideles suos ad bona opera informaret, quod exemplo fecit, quia coepit prius facere, ut doctrina ejus facilius administraretur illis, qui ad sancta opera ejus quotidiano convictu afficiebantur. Conjuro te † refugam tyrannum apostatam, per illum, qui veniens in hunc mundum, vobis superbiētibus, Dei sapientiam clausit, & humilibus fidelibus suis dignatus est divinæ sapientiæ secreta revelare, aperiendo librum, & solvendo signacula ejus, Conjuro te † creatura damnata, spiritus ingratiſſime, per illum mansuetissimum agnum, stantem in medio throni, & seniorum, & quatuor animalium, qui verè solus pacem agnovit, & illam attulit mundo, ab illo auferens peccata, de quo dicebat Joannes Baptista, Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. **Qui** cum Deo Patri in majestate sit æqualis: stat in medio throni: stat etiam in medio seniorum, id est Sāctorum omnium, ut princeps, & caput eorum, quia per assumptam

Apoec. 5.

assumptam carnem apparuit hominibus occisus. Non enim Christus simpliciter occisus dici poterat; quia quantum ad ipsam divinitatem immortalis semper vixit. Conjuro te † maledicte spiritus, per illum, qui accepit de dextera sedentis in throno librum, qui est Christus dominus noster, qui cum sit naturalis filius Dei, etiam solus dignus inventus est aperire librum divinæ sapientiæ, id est naturaliter cognoscere, & videre Deum, sicuti est, quem omnes sancti vident per gratiam. Qui sicut ab æterno dignum adjudicavit, restaurare naturam angelicam, & humanam salvare, & utranque glorificare; ita disposuit per nullam aliam hoc revelare, quam per unigenitum filium suum, qui est verbū, & sapientia Dei patris, in quo omnia condita sunt, ut per eandem sapientiam omnium creaturarum ad Deum reconciliatio fieret, per quam omnia facta sunt, & sine qua factum est nihil. Vide igitur, o scelerate dæmon, quomodo fraudes tuæ per Christū ad nihilum redigantur. In cælo existens, intulisti bellum naturæ angelicæ, ex qua (tua scelerata persuasione) aliqui ceciderunt, cui Christus compatiens, quætidie, eandem naturam in suis sedibus reparare non desinit: cadens autem in terram, primos patres nostros decepisti, quos Christus sanguine suo à tyrannica tua servitute liberavit. Per hæc omnia te conjuro, spiritus malignissime, ut desinas occupare hoc templum Christi, & ne tardes exire ab hac creatura Dei N. per virtutem ejus, qui te gloriosum creavit, & te superbientem à consortio justorum ejecit, pœnisq; igneis, & sulphureis addixit, à quibus cruciaberis in secula seculorum. Amen.

*Ibidem.**Coloss. c. 1.**Joan. c. 1.**Apoc. c. 12.*

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, mediator Dei, & hominum, qui solus æterno patri tuo pro peccatis humani generis te ipsum in holocaustū & placationē præbuisi, ut per sanguinem tuum nos à diabolica servitute liberares; cui omnes Sancti, & electi collaudantes, gratias immensas indefinenter offerre non desinunt: te hu-

1. Tim. 2.

militem in voco, ut hunc famulum tuum N. à pessima hac vexatione dæmonis eruas, & liberatum, ad gloriam regni tui perducas. Qui vivis, & regnas in secula seculorum. Amen.

CONJURATIO.

Conjuro te, † maledicte dæmon per illum mediator regnum mediatorem Dei, & hominum, cujus gratia omnes glorificantur, sine qua nullus angelorum, vel hominum Deo unquam placere potuit. Ante cuius conspectum quatuor animalia, & vigintiquatuor seniores ceciderunt, ipsum adorantes, tanquam suum mediatorem, nihil dignum in operibus propriis æternæ vitæ reputantes, sed sibi ab illo omne meritum suum vindicantes, qui solus plene apud Deum patrem pro cunctis dilectoribus suis efficaciter meruit. Conjuro te, † miserrime Spiritus, per illud mirabile canticum, quod cantabant illi Sancti ante conspectum agni dicentes. Dignus es domine Deus noster aperire librum, & solvere signacula ejus. Solus enim Christus dignus est aperire librum divinæ visionis, & signacula secretorum divini judicii detegere, quia dominus est per datam sibi à Deo patre in cælo, & in terra potestatem: qui etiam Deus est, eandem cum patre habens naturam, ut qui per divinitatem à patre accepit, ut nobis per humanitatem apparet, communicare possit. Conjuro te, † nefandissime Spiritus, per illum, qui nos à tyrannica tua servitute, sanguine suo redemit, quo divinam justitiam, & iram placavit. Quæ requirebat, ne homo sine morte liberaretur, qui potius debuisset mortem subire, quam Deum per culpam offendere. Conjuro te, † immundissime Spiritus per illum, qui solus æqualem placationem iræ Dei opponere potuit, qui est Christus filius Dei, qui ut mediator Dei, & hominum, meritum præmio æquale pro nobis Deo patri opposuit, qui homo est, ut pro hominibus moreretur. Conjuro te, † scelerate dæmon, per Christum Jesum, qui in sanguine suo nos Deo patri suo à culpa redemit ad gratiam, ut qui fueramus Deo inimici per culpam, per dilectionem Deo reconciliaremur: & fecit nos Deo nostro regnum;

Apoc. c. 5.

Ibidem.

Mat. 18.

3. Pet. c. 1.

1. Tim. 2.

3. Pet. c. 1.

regnum: quia ipse istos Deo regnum facit, quos spontanea
 charitate Deo servire constituit, non servitute hujus *Rom. c. 8o*
 mundi, quæ est servitus corruptionis, à qua Christus *Gal. c. 4o*
 rationalem creaturam liberavit, ut regnaret super terrâ.
 Ille enim verè per Christum super terram regnat, ò ini-
 que spiritus, qui omnia corporis sui ministeria, sic di-
 spensat, ne Deum, vel proximum, aut seipsum cogita-
 tione, verbo, vel opere offendat Hoc enim non est re-
 gnum, ò pessime dæmon, quod tu in hominibus quæ-
 ris scilicet peccati: quia Christus illud destruxit, & va-
 sa tua dirupit, quando te projecit in tenebras exterio-
 res, ubi fumus tormentorum tuorum ascendet in secu-
 la seculorum, *Apoc. 14o*
 Per illum ergo te adjuro, ut dicas mihi
 veritatem de quacunquere te interrogavero: alioquin
 mittam te ad infernum inferiorem, ubi cruciaberis in
 secula seculorum. Amen.

*Hic querere poteris de nomine, de causa ingres-
 sus, de numero demonum: quare opprimant,
 & quare non recedant, & de omnibus aliis per-
 tinentibus ad liberationem obsessi: postea sic se-
 quere.*

ORATIO.

Domine Deus omnipotens, qui, ut Ecclesiam tuã
 ab omni labe peccati immunem redderes, unigen-
 nitum filium tuum incarnari, & mortem pati vo-
 luisti: qui à mortuis resurgens, divinitatem, sapientiam,
 & gloriam suam ostendit, quem omnes Angeli maxi-
 mo charitatis fervore laudant de parta victoria: te, pa-
 ter piissime, supplico, ut liberet hunc famulum N. ab
 hac dæmonis sæva oppressione, & eum in virtute tui san-
 ctissimi nominis ad pristinam sanitatē perducere digner-
 is. Per eundem Christum dominum nostrum, Amen.

CONJURATIO.

Conjuro te, spiritissime spiritus, per illum magnū
 fervorem charitatis sanctorum Angelorum per
 quē voce magna clamabant, dicentes. Dignus est
 Agnus,

*Apoc. c. 5.**Ioan. 10.**Ioan. c. 1.**Apoc. c. 5.
Philip. c. 2.**Apoc. c. 6.*

Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & divinitatē, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem, qui est favor magnus mediatoris Christi in mentibus eorum, & aperta recognitio magnæ dignitatis, charitatis, & sapientiæ Christi. Qui cum sit patri cœternus, patrem per amorosam visionem semper agnoverat. Solus verus agnus patris est, qui semper patrem agnovit, sicut ipse dicit. Sicut novit me Pater, & ego agnosco Patrem, scilicet æternaliter. Pro cuius honore voluit fieri temporalis, ut pro nobis moreretur: Christus enim Jesus, ò bestia terribilissima, & si æternaliter unum cum Patre essentialiter extiterit: & tua perversa: atque scelerata persuasione, apud corda infidelium, solam formam servi intuentium, & linguas blasphemantium, ut purus homo, & non Deus, habens Dei virtutem, Dei sapientiam, Dei fortitudinem, & splendorem, plenus gloria, & honore, atque benedictione habitus sit, tamen ab Angelis, & hominibus sanctis agnitus, ut dignus, & plenus virtute, divinitate, sapientia, fortitudine, gloria, & honore, atque benedictione laudatur. Qui in hunc mundum veniens, caro factus, ut agnus voluntate Patris infirmari, ligari, verberari, deludi, & alia quàm plura pati, atque mori voluit creator Angelorum, & hominum, homo factus, ut hæc omnia per fidem ipsius mediatoris à principio conditionis vestræ vobis revelata contemplando, disceratis, quàm humiliter vos mediatori Christo subdere debueratis, quando vos superbientes humanitatis naturam contemnere non erubuitis, cum vobis revelatum esset primum in cœlis mysterium Incarnationis. Conjuro te, ꝑ scelerate dæmon, per viventem in secula seculorum, quem quatuor animalia, & viginti quatuor seniores prostrati adoraverunt, cui etiam omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteretur, dicendo sedenti in throno. Benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum amen. Conjuro te, ꝑ spurcissime dæmon, per illum, qui sedet super equum album, id est Christum, qui sedet super Ecclesiā suam

suam dealbatam in baptismo, qui tenet arcū sacrae Scripturae, qua suos illuminat fideles, & inimicos occidit, scilicet peccata; cui à Deo patri suo secundum humanitatem, vel in membris suis data est corona victoriae: & merito, quia ad hoc exivit aeternaliter à patre, & temporaliter à matre, ut vincens in se, vinceret etiam in suis fidelibus, & praedicatoribus credentibus in eum: quibus datur arcus divinarum Scripturarum, quarum verbis suos auditores vincunt. Per haec, & omnia alia verba, & adjurationes, quibus tu maledicte, & nefandissime daemone adjurari, cogi, & constringi potes, ego te constringo, ut remota omni mora, ac impedimento postposito, ex eas ab hoc famulo Dei N. quem ipse ad imaginem suam creavit. Cede bestia infernalis, cede Christo, & vade ad loca tibi à Deo deputata, per virtutem ejus, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & saeculum per ignem, Amen.

*Ibidem.**Gen. 1.*

ORATIO.

Omnipotens sempiternae Deus, qui tua immensa sapientia omnia ordinate disponis, & eadem sapientia sceleratos contra justos sevire permittis, ut *D. Aug. in P. sal. 60.* eorum patientia verè probetur, & coronetur, qui severitatem tuam justitiae tandem in persecutores tuorum servorum ostendere non desinis, praesta nobis famulis tuis de tua misericordia sperantibus, per intercessionem illorum intersectorum, qui pro tui nominis defensione, mortem subire non timuerunt, ut omnem infestationem daemorum repellere possim ab hoc famulo tuo N. ut suae pristinae sanitati redditis, & gratiarum tuae clementiae reddat actiones. Per Christum dominum nostrum, Amen.

EXPROBRATIO.

Audi igitur, malignissime spiritus, qui tua scelera, & nefanda voluntate totum genus humanum perverristi, & qui Ecclesiam Dei semper persecutus es. Tu enim

enim cernens Ecclesiam institui, & ad locum splendidum, unde cecidisti, posse ascendere, nisus es eam subvertere persecutione, & sævitia tyrannorum, quod manifestatur per apertionem secundi sigilli, ubi apparuit equus rufus, cujus sessori datum est sumere pacem de terra, & datus est illi gladius magnus. Equus enim rufus sunt rufi sequaces, manifestique, & sanguinolenti tyranni, & persecutores membrorum Christi. Iste enim equus rufus exivit contra victricem, vincentemque Ecclesiam, quando populus sanguinolentus paganorum cœpit persequi illam sacratissimam pacem, quam Christus illi reliquit. Gladius magnus datus est illi, quando persecutio magna paganorum surrexit contra sanctos Apostolos, martyres, confessores, & virgines Dei. Magnus equidem, & diurnus gladius fuit datus illis imperatoribus paganorum ad debellendam totam Ecclesiam Dei, diffusum per totum terrarum orbem ad turbandam pacem servorum Christi, quo assidue illi sanguinolenti tyranni sanguinem effuderunt. Sed nihil profecisti, o bestia infernalis: quia magna Dei misericordia affuit, quæ martyres, & Sanctos de tyrannis triumphare fecit, ita ut illi omnia propter Deum despicerent. Cernens autem ille maledictus draco Lucifer princeps tuus, se per apertos persecutores nihil profecisse, immisit hæreticos, qui suis fallaciis, & pravis rationibus contenderent, ut facilius fideles Christi decipere possent, qui per equum nigrum designantur. Qui veram intelligentiam Scripturarum (te persuadente) se habere putant: in quorum pugna sicut maximum periculum invenitur, ita etiam Deus magnum auxilium præbet Ecclesiæ suæ, per Angelos illam illuminando. Sed, o miser, quare sic conteris tempus contra Christum, & ejus Ecclesiam, quem semper persecutus es, sciens illud destruere fallacias tuæ sceleratæ, & perversæ voluntatis? Desine, o scelerate, desine; quia ipse Ecclesiam suam proprio sanguine emit, desine (inquam) quia tibi præcipitur, ne lædas vinum, & oleum, ejus scilicet fidem, & operationem, quia ipsam Christus sanguine suo inebriatam, oleo Spiritus sancti unxit.

*Apoc. c. 6.**Ibidem.**Ibidem.**Apoc. c. 3.*

unxit. Tu igitur es sessor, & caput omnium hæreticorum, qui stateram tenens in manu, non ut doceas, sed ad decipiendum, cum sis pater mendacii. Sed quia perpendis, te, nec per apertas tribulationes, nec per manifestas hæreses posse proficere: immittis falsos Christianos, qui sub habitu Christianæ Religionis pervertunt fidem, qui proprie sunt hypocritæ, qui se ultra modum affligentes propter honorem hujus mundi, pallidi sunt, qui significantur per equum pallidum, super quem sedebat mors, quem sequebatur infernus. Quæ enim merces, vel quale præmium dabitur tibi, & tuis hypocritis tempore ultimi judicii, nisi sola mors æterna & infernus, quæ vera sunt præmia illorum, qui sub nomine ficto Religionis decipiunt homines, in Christo credentes.

Apoc. 6.

Hic Exorcista interrogare poterit demones, quare non recedant, & si sit aliquod impedimentum in corpore, vel extra, & illud amoveat. Deinde cogat demones præceptis, & comminationibus, ut recedant, postea sic sequatur.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, fili Dei vivi, qui es in principium omnis creaturæ, à quo omnia bona procedunt, & per quem omnes beatificantur: qui pro salute humani generis incarnari, nasci, & mori voluisti, sub cujus tutela animæ justorum existentes, & de perpetua illa fruitione gaudetes, maximo desiderio tuæ charitatis affecti: glorificationem suorum corporum omnixè desiderant, & resurrectionem mortuorum, ac formidabilem diem extremi Judicii à te ordinarum cupiunt, in quo venturus es cum Angelis, & Sanctis omnibus, ut Judex universalis, judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem, ubi reddes unicuique secundum opera sua: te humiliter deprecamur, ac petimus, ut per tuam ineffabilem misericordiam, qua justos salvas, mihi concedere digneris virtutem tuam adversus hunc nequissimum dæmonem, famulum tuum N, vexantem, ut illum tua gratia
ab eo

Apoc. 6.

ab eo expellere valeam, Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis & regnas in secula seculorum, Amen.

CONJURATIO.

Ibidem.

Conjuro te, & immundissime spiritus per animas interfectorum, quas beatus Joannes Evangelista sub

Ibidem.

altare Dei, qui est Christus, vidit, sub eius defensione omnes animas justorum manent, clamantes ad Deum voce magna, & dicentes: Uique quo sanctus & verus non judicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra? Conjuro te, & iniquissime dæmon, per illud magnum desiderium, quo sancti afficiuntur ad Dei voluntatem implendam, in his, quæ cum velle morant, qui nihil contra beneplacitum, & Dei voluntatem cupere possunt, cum eorum desideria in ejus perdeant voluntate.

Ibidem.

Clamant enim, non desiderio vindictæ, sed ut regnum peccati, quo Deus offenditur, destruantur, & resurrectionem suorum corporum precantur, ut in coelesti visione, & fruitione conjungantur corporibus suis: quia licet durante hoc mundo, animæ sanctorum stolas habeant, de beata immortalitate gaudentes, resurgentibus tamen corporibus, habebunt gaudium de glorificatione, corporum, quibus nunc carent, & lætitiā de gloria omnium salvandorum, quam tunc videbunt adimplexi. Conjuro te & maledicte, & excommunicate dæmon, per illud mirabile responsum, quod habuerunt illi Sancti a Deo omnipotente, cum dictum illis fuit: ut modicum quiescerent, donec impleat numerus fratrum suorum, illorum scilicet, qui salvandi sunt: quia hoc tempus presentis sæculi modicum, immo nihil est, respectu infinitæ æternitatis. Tu enim, scelerate dæmon, nisus es occidere servos Christi, per manus tyrannorum: quæ putabas Deum damnare omnes homines, quos tua perversitate peccato originali intruseras, & morti injuste tradebas: sed decipiebaris, o miser, decipiebaris (inquam) quia mors sanctorum preciosa est coram Deo, & Angelis ejus. Nec ista fuit mors, quam molitus est inferre hominibus, sed illa, quæ est impiorum, atque

Psal. 115.

atque iniquorum, quorum caput Lucifer princeps tuus jam detrusus est in infernum, ubi etiam & tu cruciaberis in secula seculorum. Amen. Conjuro te, fœlestissime dæmon, per illud formidabile, ac terribile Judicium, quod faciet dominus noster Jesus Christus, ante quod præibunt terræ motus, obscuratio Solis, conversio Lunæ in sanguinem, & cætera omnia, quæ ventura sunt ante ultimam sententiam tuæ justissimæ damnationis, in quo ipse reddet unicuique juxta opera sua. Quo vultu, aut qua facie audebis comparere ante tribunal Christi, quando audies illam formidabilem vocem clamantem, Surgite mortui, venite ad Judicium. O miserissime, quo nulla creatura miserior, vel impudentior es, utinam liceret tibi abscondere cum regibus, principibus, divitibus, & omnibus servis tuis in speluncis petrarum, & dicere montibus, Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super throno, & ab ira agni: quoniam superveniet dies magnus iræ ipsorum. Sed tu, o maledicte dæmon, crede mihi, quod non erit tempus differendi, quia tunc detruderis in stagnum ignis, & sulphuris, ubi recipies vicem omnium malorum, quæ pessimè egisti contra Creatorem tuum, quia ibi cruciaberis in secula seculorum. Amen.

Apoc. 8. 6.

D. Hieronymus.

Apoc. 6.

Hic interroga de exitu, & quare non recedunt, & Ratio bonorum videtur in Flagello nostro c. 3. & 12.

ORATIO.

Domine Jesu Christe, filii Dei vivi, qui pro salute nostra de celo descendens, & in hunc mundum veniens, per signum sanctæ Crucis nos redimere voluisti, & eodē signo fideles tuos cōtra dæmonū insidias muniri fecisti, qui Ecclesiā tuā ex omnib. gentibus, & populis tua gratia coadunatam, sanguine tuo pretiosissimo ablucere dignatus es. Te amplissime redemptor

Apoc. 5.

Rr

supplex

Supplex exposco, ut pervirtutem sanctæ Crucis hunc ser-
mulum tuum N. ab hac vexatione dæmonum tua pier-
tate liberare digneris. Qui vivis, & regnas in secula se-
culorum, Amen.

CONJURATIO.

Conjuro te, † miser dæmon, per illum Angelum
quem beatus Joannes vidit ascendentem ab ortu
Solis, qui est Christus dominus noster, qui dignè
Angelus dicitur, cum Deo patris nuncius fuerit, ad sa-
lutem humanam missus in mundum: qui ab ortu Solis
tunc ascendit, quando per divinæ sapientiæ prædicator
nem ipse per se, & suos nuncios mundum illustrans, cog-
nitus est esse Dei filius, patri consubstantialis in parte
ra, habentem signum Dei vivi, scilicet Crucem, per quæ
Christus apud Deum patrem pro nobis meruit; quod
signum afferens ex alto, frontes electorum suorum sig-
navit: qui per suam prædicationem clamavit voce ma-
gna, quando dixit. Pœnitentiam agite, appropinquabit
in vos regnū Dei, prohibens Angelis, ne nocerent: quia
ex quo passus est Christus, non solum hostem principis
lem, scilicet Luciferum principem tuum, & omnium
iniquorum prostravit, sed etiam mundi principatus, &
imperium destructum est. Nam ad hoc gentium ita con-
firmatum est imperium, ut signo fidei, cui ipsi resurre-
rant, frontes suas libere signarent. Ipsum namq; Crucis
signum delatum, ubique significat Christi regnum. Per
hoc igitur signum sanctæ Cru † cis domini nostri Jesu
Christi te conjuro, cogno, & constringe, maledictè dæ-
mon, ut ex eas ab hoc servo ejus N. quem ipse suo sa-
guine dignatus est ab omni peccato liberare, pro quo non
dubitavit Crucis subire tormentum. Conjuro te, † nefas-
sissime spiritus, per sanctam illam Christi universam Ec-
clesiæ congregationem, quæ per illa centū quadraginta
quatuor millia signatos significatur, quam beatus Joan-
nes in sua extratica revelatione vidit, quæ ex Patriarchis,
vel postapia carnis, vel fidei imitatione propagata est.
Conjuro te, † spurcissime spiritus, per illam maximam
militum-

Mat. c. 3.

Apoc. c. 5.

Apoc. c. 7.

Ibidem.

multitudinem, vitam à beato Evangelista, quam præ
 multitudinem numerare nemo poterat: quia licet nume-
 rus salvandorum sit certus Deo, hominibus tamen est
 incognitus: quia ex gentibus Paganorum, tribus Ju-
 dæorum, & populis Christianorum, & linguis diversarum
 nationum cœlestis Hierusalem ædificanda est: qui
 omnes gerant amicti stolis albis, trophæum .s. Crucis de-
 ferentes, & palmæ in manibus eorum, victoria .s. qua
 seculum per Christum vicerunt: voce magna verò cla-
 mabant: quia grandi devotione, & indefinenti laude Sã-
 cti proficentur in throno, id est Ecclesia, Patrem, Filiũ-
 que regnare cum Spiritu sancto. Conjuro te, † maledi-
 cte demon per illum, circa cujus conspectum adsunt
 Angeli, seniores, & quatuor animalia, quem prostrati
 adorant, dicentes, Benedictio, & claritas, & sapientia,
 & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo no-
 stris in secula seculorum, Amen. quia enim primus est,
 & quia habet providentiam magnam, datur illi benedi-
 ctio: sapientia, quia providus: gratiarum actio, quia bo-
 norum largitor: honor, quia dominus, & quia solus po-
 tens est, virtus, & fortitudo illi datur. Conjuro te, † sce-
 lerate demon, per omnes Sanctos illos, quos beatus Jo-
 hannes amictos stolis albis, vidit, qui venerunt de tribu-
 latione magna, & lavarunt stolas suas in sanguine agni:
 quia totam Ecclesiam sanguis Jesu Christi, filii Dei mũ-
 dat ab omni delicto: stant ante thronum Dei: quia illi
 digni habentur stare in Dei ministerio, qui hic inter ad-
 versã, fideles nominis ejus confessores existunt. Vene-
 runt de tribulatione magna, sustinentes in hoc mundo
 omnia mala pro divini honoris defensione: lavaruntque
 stolas suas in sanguine agni: sanguinem Christi, quem
 diligunt, mediatorem pro suis sceleribus Deo patri op-
 ponunt, meritum sufficiens sibi vendicant, quo non so-
 lum peccata mala conversationis lavant, sed & ipsa sto-
 la conversationis per horritatem vitæ dealbant. Non
 esuriunt, neque sitient amplius servi, & electi Dei in illo
 futuro seculo, o miserimie demon, sed esurient tui se-
 quaces, qui sunt amatores hujus mundi, qui illud tunc

*Ibidem.**Ibidem.**Ibidem.**Ibidem.*

amiserunt, quando se foeliciores putabant, & sicut voluptatum sectatores, qui tanto amplius iam dolent, quanto n. delictis antea gaudebant. Sed non sicut veri amatores Christi, super quos non cadet ullus peccatorum æstus: quia nunquam in eis accenditur æstus peccati, in quibus semel per Christi sanguinem perfecte extinctus est, qui ideo deinceps peccare nequaquam poterunt: quoniam agnus, qui in medio throni est reget eos, & deducet eos ad vitæ frontes aquarum, id est ad contemplationem divinæ essentia, in qua licet plures persone sint, quibus fruitions plurificatur, tamen in unitate unius Dei, una est fruitio, quia in divina visione omnia replebantur jucunditate, de qua semper securi erant, à quibus oculis Deus absterget lachrymas; quia eos gaudio, & securitate suæ foelicitatis securos reddet. De qua foelicitate dicit Christus, Oves meæ non peribunt in æternum, nec eas rapiet quiquam de manu mea. Per gaudium igitur, & lætitiā omnium Sanctorum, & electorum Dei, te adjuro, cogo, & cohstringo, maledicte spiritus, ut ex eas ab hac creatura Christi N. per virtutem sanctissimæ Trinitatis, Patris, & Filii, † & Spiritus † sancti. Amen.

*Ibidem.**Ibidem.**Ioan. c. 10.*

O R A T I O.

1. Tim. 6.

Domine Deus omnipotens, Rex regum, & Dominus dominantium, qui per unigenitum filium tuum Jesum Christum, sacramentum baptismatis ad salutem humani generis, institui voluisti, per lignum sancte Crucis fideles tuos, tibi fideliter servientes, de heresite antiquo tua benignitate triumphare fecisti: qui etiam quotidie illos ad veræ poenitentia fructus afferendos tua gratia vocare non desinis: te humiliter rogo, ut interveniente ejusdem filii passione, hunc simulatum tuum N. à diabolica invasione liberes, & liberatum, in tua gratia conserves. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

C O N J U R A T I O.

Apo. c. 9.

Conjuro te, pessime demon, per omnes sanctos, qui die, ac nocte, id est æternaliter Deo serviunt, qui

qui sunt templum, & thronus, in quibus Deus habitat, & a quibus in secula seculorum laudabitur: quia laus Sanctorum est servitus, quæ ab eis exhibetur Deo, qui non solum fruuntur omni bono, sed etiam carebunt omni malo in illo felici contemplatione divinæ majestatis. Ideo absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: quia tunc cessabit omnis tristitia adversariorum, & tunc pax magna erit in Ecclesia illa cœlesti, ubi semper laudabunt Deum, ideo illa pax erit æterna in cœlestis, perpetua luce duratura. Conjuro te, nefandissime dæmon, per Angelum stantem ante altare, qui tenens tui ibulum aureum recepit multa incensa, ut daret de orationibus Sanctorum super altare aureum, & fumus incensorum de oratione Sanctorum de manu ejus ascendit coram Deo. Qui Angelus, Christus unigenitus filius Dei erat, justissimus, & sanctus Sacerdos, qui ideo nomine Angeli stantis juxta altare nominatur, cum apertissimus fuerit immolationi: quoniam carnem tenebat sine ulla contagione carnalis concupiscentiæ, quæ sub specie turibuli aurei nominatur, a quo offeruntur orationes nostræ Deo patri suo, coram quo ascendit fumus incensorum de manu ejus, ut unus, idemque verus mediator, per sacrificium suum reconcilians nos Deo, unum in illo maneret, cui ille offerebat, unum in se faceret illos, pro quibus offerebat, unum in se esset, quod offerebatur, & qui offerebat: qui ut Sacerdos, & mediator noster, orationes nostras apud Deum patrem suum representat, per hæc omnia mysteria sacratissima te constingo, maledicte dæmon, ut ex eas ab hac creatura Dei N. per virtutem ejus, qui pro peccatis totius mundi super altare sacratissimæ Crucis immolari voluit, ut offerret nos mundos Deo patri suo. Exi (inquam) & ne tardes dimittere hunc famulum Dei N. quem temere ausus es occupare. Et si fueris rebellis, & inobediens præceptis meis, tibi in virtute Dei factis, oro Deum patrem omnipotentem ut spiritualiter imittat super, te & oēs tibi faventes, & vexantes hanc creaturam suam N. oēs illas plagas quæ ad sonum turbarum septem Angelorum descendunt

*Ibidem**Apoc. 8.**Apoc. 8.*

Rr 3

super

*Ibidem.**Ibidem.**Apoc. 9.**Ibidem.**Ibidem.*

super populum non habentem signum Dei vivi, quæ sunt ignis & grando mixta sanguine, cujus virtute tertia pars terræ, arborum, & fœni combusta est. Et mons magnus igne ardens missus est in mare, cuius tertia pars facta est sanguis, & mortua est tertia pars creaturarum, quæ habebant animas in mari, & tertia pars navium interiiit. Et Stella mala magna ardens de cœlo tanquam facula cecidit in tertiam partem fluminum, & fontium aquarum, quæ factæ sunt amara, & multi hominum de aquis mortui sunt, quæ amara factæ fuerant. Et percussa est tertia pars Solis, Lunæ, & Stellarum, & obscurata est, ita ut non luceret tertia pars diei, & noctis. Veniantque super te, & omnes tuos complices, omnia illa mala contenta in illa tria. *Yhe, yhe, yhe,* à sancto Evangelista descripta. Nec desinat tibi, o scelerate dæmone, quæ evenient illi populo ex apertione putei abyssi, de quo ascendit fumus, ut fornacis magnæ, qui obscuravit Solem, ex quo exierunt locustæ in terram, quibus data fuit potestas lædendi, & occidendi homines, non habentes signum Dei vivi in frontibus suis. Cujus cruciatu homines quærent mortem, & non evenient eam: desiderabant mori: & mors fugiet ab eis. Et sicut eveniet prædictis hominibus, quorum tertia pars occisa erit à fumo, igne, & sulphure: ita super te descendant, qui noluerunt penitere, nec desistere à superbia tua, quando relinquendo Deum creatorem tuum, ut stolidus, & insipiens vice illius voluisti adorari, quæ stultitia affecti homines carentes signo Dei vivi, tua persuasione decepti adoraverunt simulacra aurea, argentea, ærea, lapidea, & ligna, quæ nec videre, nec audire, neque ambulare possunt, & non egerunt penitentiam ab operibus suis nefandis, & malis. Hæc, & omnia alia, quæ in tui dedecus, opprobrium, detrimentum, confusionem, & augmentum penarum tuarum possunt dici, & cogitari, descendant statim super te, si nunc non recedas ab hac creatura Dei N. & vadas ad loca inhabitabilia, ubi nullam creaturam lædere possis. Per virtutem ejus, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Idic

Hic interroga, ut supra, & si spiritus exire noluerit, illum illud de opprobriis, injuriis, & recodatione sine felicitatis, que omnia illi sunt gratissima: deinde sic sequere sine hesitatione.

ORATIO.

Omnipotens sempiternus Deus; qui pro conciliatione humani generis, unigenitū filiū tuū Jesum Christum dominum nostrum, carne humana indutum, contra fortissimum, & rebellem Luciferum inimicum tuum triumphare fecisti, & post Resurrectionem, & Ascensionem suam, humanitatem nostram ab ipso assumptam ad dexteram tuam collocare voluisti, presta nobis, qua sumus, clementissime Pater, ut per potentiam ejusdem filii tui hos demones ab hoc famulo tuo N. tua virtute expellere valeam. Per eundē Christum dominum nostrum Amen.

Mat. 6, 16.

CONJURATIO.

Conjuro te, † maledicte spiritus, per illum Angelum, quem beatus Joannes vidit, qui est Angelus magni consilii, & Angelus testamenti ad templum Iherosolymitanum, quem bene fortem esse dicit, qui inimicū fortissimum, scilicet Luciferum principem tuum, superavit amictum nube, carne scilicet humana indutum: & facies ejus sicut sol, quæ signifi. at clarā noticiam, quā de ipso per assumptam humanitatem consecuti sumus. Qui habebat pedes, ut columna ignis, qui sunt sancti Apostoli, evangelizantes pacē, & bona. Christus igitur nubes tectus erat, quia multitudine sanctorum circumdatus apparuit, quos ne in persecutione deficerent, confortabat, & animabat. Conjuro te, † scelerate demon, per illū Angelū tenentem pedē suum dextrum super mare, id est Christū, qui tenet manum suā conservativam super populum Christianum, aquis baptismi regeneratū, & sinistram super terrā, id est super populum paganorū, in terrenis desideriis fixum, qui sola terrena sapit. & quærit,

Ibidem.

Ibidem.

*Ibidem.**Ibidem.**Ioan. c. 14.**Iac. c. 24.**1. Cor. c. 2.**Apoc. c. 10.**Ioan. c. 21.*

quærit nihil de celestibus, mysteriis cogitando. Qui magna voce clamavit, quando quæ in veteri lege ut renouata, erant obscura, manifestabat in eis, cuius luce illustrati sanctæ Ecclesiæ predicatoribus, & fortificatione cœperunt & ipsi prædicare vitam æternam. Coniuro te, si miser dæmon, per illum Angelum, qui erigens manum suam ad cœlum, iuravit per viventem in secula seculorum, id est, Christum, qui tunc levavit manum in cœlum, quando carnem, quam assumpsit ad dexteram patris, et levavit. Iuravit autem per viventem in secula seculorum, quando & se, & patrem unum ostendit, dicens: Ego in patre, & pater in me est. Iuravit autem, quod tempus amplius non erit: quia ibi nulla varietas erit, sed semper stabilitas, & claritas indeficiens illis beatissimis spiritibus aderit. Tu verò cum male dictis Spiritibus damnatis tempus habebitis, quæ ad varia tormenta mutabimini, ab aquis scilicet nivium ad calorem nimium. Coniuro te, pessime dæmon, per illud mysterium, quod Angelus prædixit consumandum esse, cum scilicet Ecclesiæ cœperit ultimam suam prædicationem diffundere, quia tunc mysterium complebitur, cum iustis præmia, & vobis reprobis tormenta erunt præparata: quia iusti consequentur illud, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, visionem scilicet Dei beatificam. Coniuro te, immundissime spiritus per illum qui beato Joanni præcepit accipere librum de manu Angeli, & illum devorare. Per dilectionem, siquidem ad Deum beatus Joannes, & per intelligentiam divinitatis datam, hunc librum de manu dispensatoris Christi accepit, in cuius potestate Deus pater dedit cœlestium, & terrestrium ordinationem: Et quâto per maiorem dilectionem ipse Johannes, Christo magni consilii angelo appropinquavit, tantò stupendiora divinitatis sive, & humanitatis cognovit mysteria. Unde non sine causa supra pectus ejus in cœna recubuit, de quo tantam sapientiam hauserat, ut per Evangelium suum archana Christi in ejus exordio patefaceret. Coniuro te, scelerate dæmon, per illum, qui tenet librum apertum

apertum, qui est Christus filius Dei, qui omnia, quæ
 in veteri testamento, quasi clausa erant de ejus Incarna-
 tione, Nativitate, Passione, & Resurrectione revelavit,
 cum ea opere complevit in destructionem regni tui, &
 maledictione demon, & in ædificationem Ecclesie suæ san- *Leo Papa*
 ctæ. Gloriaberis enim in tua damnatione habere sociam *in Serm.*
 naturam humanam, sed decipiebaris, o miser, quia Dei *annuntiatio-*
 misericordia nobis subvenit, nos è faucibus tuis eripie-
 do, Discede ergo, nefandissime spiritus, ab hac creatu-
 ra Dei N. per illam immensam misericordiam ejus, &
 vade ad sedes tuas infernales, vel ad loca tibi à Christo
 deputata. Qui venturus est judicare vivos, & mortuos,
 & seculum perignem. Amen.

ORATIO.

Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, qui
 Ecclesiam tuam in sanguine Jesu Christi, filii tui,
 domini nostri congregaram, tua pietate semper
 custodire non desinis, qui pro ejus conservatione, ab in-
 initio usque ad finem mundi sanctos prædicatores, & fa-
 mulos tuos ad ejus defensionem mitas, ut eorum præ-
 dicationibus, ab erroribus custodias, te misericordissi-
 me pater suppliciter exoro, ut per virtutem tui sanctis-
 simi nominis, gratiam expellendi demones ab hac crea-
 tura tua N. mihi misericorditer præbere digneris. Per
 eundem Christum dominum nostrum, Amen.

CONJURATIO.

Conjuro te, f. scelestissime demon, per illum, qui
 beato Joanni præcepit calamo templum Dei, al-
 tare, & habitantes in eo metiri: ut scilicet per præ-
 dicationem verbi divini Ecclesiam suam: & in ea altare,
 pura Christum, constitueret, in quo veri adoratores in
 spiritu & veritate patre adorare debent: falsos autem Chri-
 stianos, scilicet hæreticos, & peccatores impenitentes,
 qui se Ecclesiam simulant, sed factis negant, ejicere fo-
 ras: quia tales sunt similes infidelibus, & conformes mi-
 sistris tuis, qui civitatem sanctam, id est Ecclesiam, ad ju-

*Apoc. c. 5.**Joan. c. 4.*

*Apoc. c. II.**Ibidem.**Ibidem.**Ibidem.*

ste vivendum congregatam, & virtutibus munitā, persequuntur: ideo præcipitur metiri templum, quantum ad Ecclesiam, quæ est fidelium congregatio, & altare, perfecti scilicet, & contemplativi, quorum auxilio, aliorum sacrificia inniruntur: & adorantes in eo, reliqua scilicet multitudo credentium. Conjuro te, ꝑ̄ impiissime dæmon, per illum, qui promisit Ecclesie sue dare prædicatores, & testes, qui contra Antichristum, & ejus sequaces, sua doctrina pugnabunt, verbo, & exemplo demonstrando hominibus perversitatem illius filii perditionis, qui sunt Enoch, & Helias. Hi sunt duæ olive, spiritu sancto uncti, & duo candelabra, quantum ad lumen doctrinæ, in conspectu Dei astantia, quos qui voluerit ledere, oportet eum occidi. Qui habent potestatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum, & convertendi aquas in sanguinem. Quorum testimonium cum finierit, tu sceleratissime dæmon suscitabis illam bestiam, scilicet Antichristum, qui sanctos prædicatores Christi bestiali sensu, & crudelitate laniabit. De abyssu profunditatis ignorantie, & malitiæ, ad regnū ascendes, & contra Enoch, & Heliam magnum bellum facies, eum primum contra eos per mundi sapientiam, quæ est astucia, & versutia disputabit, quia te assistente astutissimus erit, quæ malitia in fine nihil illum pessimum hominem juvabit: quia Deus gladio oris sui interficiet eum. Conjuro te, ꝑ̄ pessime dæmon, per illam invincibilem veritatem, quam prædicabunt illi sancti testes, quæ superari non poterit ab Antichristo suo mendatio, quam conabitur potentia vincere, ut quos occidere non valet spiritualiter, Deum qui est animæ eorū vita, ab eis subtrahende, saltem corporaliter occidat, animam à corpore separando, ut in hoc se vincere fateatur. Quorū corpora jacebunt in plateis civitatis magnæ. Tu enim scelerate dæmon, per inexcogitatum tuam malitiā facies projicere corpora illa in publicum, ut ex uno Christiani videntes fortissimos suos athletas, jam mortuos, in agone deficient, & ex altero impii homines ad spectaculum mortis eorum in viis pessimis confortati, fortiores fiant: & hoc

& hoc in celebriori loco, ut ex frequentia celebrior fama
 hujus habeatur, Sed re sefellit malitia tua, quia eadem *Ibidem.*
 via, quia quæres fidem Christi imminuere, & destruere,
 eadem merita exaltabitur, quia sicut Christus dominus
 noster in Hierosolyma, quæ in medio mundi est, voluit
 crucifigi, ut rumor redemptionis mysterium, cujus &
 opportunius per omnes partes mudi in circuitu diffun-
 deret, sic divino consilio decrevit in eodem loco fieri
 conuersionem peccatorum, per verba, & opera mirabi-
 lia, & per mortem, & resurrectionem testium suorum: &
 sed in civitate magna Hierusalem occidendi sunt, ubi
 & Deus eorum crucifixus est. Exaltabitur (inquã) fides *Ibidem.*
 tunc, & pessime animarum devorator, quia in illos duos
 testes, pro Christi amore occisos, immitteret Deus spiritum
 vitæ post dies tres à sua morte, & illos resuscitabit, ducens
 eos ad gloriam suam, & videbunt eos inimici eorum, qui
 postquam corporalem vitam extinxerunt, æternæ eorum
 vitæ, quam extinguere non possunt, invident, ut inviden-
 tes amplius torqueat invidia, quàm prius in manibus
 eorum morientes, ipsi torquebant poena. Conjuro te, †
 immundissime spiritus per illas voces, quas beatus Jo-
 hannes in cælo audivit dicentes. Factum est regnum hu-
 jus mundi domini nostri, & Christi ejus, & regnabit in
 secula seculorum. Laudatur enim Deus, & glorificatur
 Christus, qui cunctis inimicis superatis, regnum sine fi-
 ne duraturum suscepit. Nam vobis malignis spiritibus
 omni virtute privatis, & in tenebris præcipitatis, virtu-
 tem suam magnam Dominus accipiet, cui nemo ulterius
 contradicet, & cunctis regibus, & sedibus expulsis,
 & superatis regnabit. *Ibidem.* Quem viginti quatuor Seniores,
 & omnes sancti Angeli, & electi adorabunt dicentes,
 Gratias agimus tibi domine Deus omnipotens, qui es,
 & qui eras, & qui venturus es, quia accepisti virtutem
 tuam magnam, & regnabis in secula seculorum. Per
 hæc igitur verba, & per omnia alia sacratissima nostræ
 fidei mysteria, quibus potes conjurari, cogi, ligari, & fu-
 gari ex hoc corpore, & ad poenas infernales mitti, te
 conjuro, cogo, & constringo, ut omni mora, & fallacia
 postposita,

Luc. 6. 9.

postposita, statim recedas ab hoc famulo Dei N. cum
 omni tua scelerata societate, & cum omnib. maleficis,
 incantationibus, ligaturis, signaturis, & facturis tuis,
 quas omnes auctoritate Dei omnipotentis dissolvo, &
 & dissoluta esse decerno, & tibi precipio, nefandissime
 dæmon, ut recedendo, dimittas hanc creaturam sanam
 & liberam, ut eam inveniisti, ad eam amplius non reditu-
 rus. Per eum, qui in Trinitate perfecta vivit, & regnat in
 secula seculorum, Amen.

IMPRECATIO.

Ex anti-
 quis Exor-
 cismis.

Mat. 25.

MAledicti, & excommunicati, atque blasphemi si-
 tis in pena æternali, & nulla sit vobis requies, si sta-
 tim non eritis obedientes mandatis, & præceptis
 meis in virtute Dei, & domini nostri Jesu Christi vobis
 factis, & verbis, quæ de illo dicuntur, qui orbem contrem-
 mere facit, in cujus nomine, virtute, & potestate vobis
 precipio, ut statim recedatis ab hac creatura Dei N. per
 virtutem sanctissimi nominis Dei Tetragramaton. Id e-
 o ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Lucife-
 ro, & vobis Angelis ejus, & ne differatis parere manda-
 tis, alioquin mittam vos in stagnum ignis, & sulphuris,
 ubi fumus tormentorum vestrorum ascendet in secula
 seculorum. Amen.

*Hic Exorcista ponat manum super caput vexati
 & ipsum signando dicat,*

ORATIO.

EXpelle Domine Jesu Christe, per virtutem tuam san-
 ctissimæ passionis, diabolum ab hac creatura tua
 N. à capite, à capillis, à vertice, à fronte, ab oculis,
 à lingua, à sublingua, ab auribus, à naribus, à collo, à ma-
 xillis, à dentibus, à gutture, à gingivis, ab ore, à palato, à
 cerebro, à panniculis cerebri, à ciliis, à superciliis, à pilis,
 à pedibus, à tibiis, à genibus, à cruribus, à paribus ve-
 recundis, à renibus, à lateribus, ab intestinis superiori-
 bus, & inferioribus, à femore, à ventre, à stomacho,
 à cor-

à corde, à spatulis, ab humeris, à pectore, ab uberibus, à
brachijs, à manibus, ab unguibus, ab ossibus, à nervis, à
medullis, à pulmone, à compaginibus membrorum
suorum, ab omnibus juncturis, a toto corpore suo intus,
& extra, à quinq; sensibus corporis, & animæ; nullumq;
locum habeat in ipsa int^o, & foris amplius, ut sana, & sal-
va fiat per invocationem sanctissimi nominis tui, & per
invocationem Spiritus sancti coeterni. Tu ergo Deus
omnipotens, qui dignatus es corpus, & animam hujus
creaturæ tuæ N. creare, digneris etiam totum corpus, &
animam ipsius salvare, & salvam facere. Per eundem
dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui
tecum vivit, & regnat in unitate ejusdem Spiritus sancti
Dei, per omnia secula seculorum. Amen.

Explicit secundus Exorcismus.


EXORCISMUS III.

FORMIDABILIS.

MIRABILIS QUE VIRTUTIS

contra spiritus immundos, occupan-
tes corpora humana.

*Exorcista accedens ad conjurandos demones, præ
missa præparatione, servatoq; ordine superius
posito, sola charitate, ac pietate ductus, ante
sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum (si a-
dest) genuflexus, mentem in Deum elevans,
dicat.*



N nomine sanctæ, & individue Trinita-
tis, Patris, † & Filii, † & Spiritus, † san-
cti. Amen.

V. Adjuvatorum nostrum in nomine *psal. 90.*
Domini.

R. Qui fecit cælum, & terram.

V. Exurge

V. Exurge Domine, ne prævaleat inimicus tuus isti.

R. Judicetur ipse in conspectu tuo.

V. Ne reminiscaris Domine delicta nostra.

R. Qui eruis sperantes in te Domine.

V. Adjuua nos Deus salutaris noster.

R. Et propter nomen tuum Domine libera nos.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Mat. 9. 16.

Domine Jesu Christe, qui ore sancto tuo benedicto, dixisti. In nomine meo demonia ejicient, & qui Chananeam pro filia sua a demonio vexatam rogantem exaudisti; quaesumus, ut per sanctam Crucis passionem, & mortem tuam expellere digneris ab hac creatura tua N. omnem vexationem demonum, & eorum languores, & cunctos dolores cordis, & corporis: & plenam sanitatem misericorditer concedere digneris, ut ope misericordiae tuae restituta, & sanata, tibi creatori, ac redemptori referat actiones: Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis, & regnas in secula seculorum. Amen.

*Ecclesia
Romana in
oratione
infirmorum.*

Hic Exorcista surgens ab oratione, ponat manum super caput vexati, dicendo infra scripta, verba alta voce, ostendendo Crucem vexato.

Apoc. 6. 9.

Ecce Crucem † domini nostri Jesu Christi, fugite partes adversæ. Ecce vexillum, † redemptionis nostræ, fugite partes adversæ. Ecce signum confisionis vestræ, fugite partes adversæ, vici leo de tribu Juda, radix David.

Postea legat sequens Evangelium.

Sequentia S. Evangelii secundum Matthæum

R. Gloria tibi Domine.

Cap. 25.

In illo tempore. Egressus Jesus recessit in partes Tyri, & Sydonis. Et ecce mulier Chananea a finibus illis egressa

egressa, clamavit, dicēs, Misere mei fili David, filia mea
malè à dæmonio vexatur. Qui non respondit ei verbū.
Et accedentes Discipuli, rogabant eum dicentes, Dimitte
eam, quia clamat ad nos. Ipse autem respondens ait.
Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt, de domo
Israel. At illa venit, & adoravit eum dicens, Domine
adjuva me. Qui respondens, ait, Non est bonum sumere
panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit, Et
iam Domine. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadūt
de mensa dominorum suorum. Tunc respondens, Jesus,
dixit illi. O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.
Et sanata est filia ejus ex illa hora. *Luc. 11. 28.* Laus tibi Christe.

ORATIO.

Domine Jesu Christe, redemptor clementissime
humani generis, quia nobis innumera beneficia
contulisti, te suppliciter deprecamur per omnia,
& singula dona, & beneficia servis tuis collata, & maxi-
me per omnia mysteria tuæ sacratissimæ passionis, qua
nos à faucibus inferni eripere dignatus es, ut hunc famu-
lum tuum N. à dæmone oppressum liberare digneris.
Quæsumus domine Deus omnipotens, qui dedisti *Luc. 11. 9.*
sanctis Apostolis tuis virtutem calcandi super dæmonia,
& super infirmitates, ut præbeas nobis ministris tuis vir-
tutem expellendi hunc dæmonem ab hac creatura tua
N. tuo sanguine pretioso redempta, ut liberata ab hac
vexatione, & sanitati restituta, tibi in perpetuum grati-
as referre possit. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis,
& regnas in secula seculorum. Amen.

*Hic Exorcista aspergat aquam benedictam super
obsessum: postea incipiat adjurare demones
obsidentes audaci animo, sepe illis objiciendo
coelestem beatitudinē, & miseriam eorū sempi-
ternam.*

CONJURATIO.

Conjuro te, miserrime dæmon, prosterne à celesti
fastigio, ac divina contemplatione, qui artibus

*Apoc. 12.**Henricus
Arpius
lib. 1. Mist.
Theo. c. 8.**Apoc. c. 12.**Iob c. 38.*

tuis conatus es semper insequi sanctam Dei Ecclesiam, tam in Angelis in cœlo, quam in hominibus in terra. Statim enim, ut Deus disposuit Christum mediatorem universalem inter se, & rationalem creaturam interponere, cœpisti pugnare contra ipsum, & Ecclesiam ejus, quæ sub nomine mulieris à sancto Evangelista describitur, & filium ejus, lapidem angularem è cœlo demissum, de quo dicebat dominus Deus. Quis demisit lapidem angularem, cum me laudarent simulastra matutina, & jubilarent omnes filii Dei: Quis conclusit ostium mare, quando erumpebat? Quid enim, ò scelerate spiritus, per lapidè angularem terre, cõveniẽtius vocari potest, quàm Christus, qui de terrena materia corpus assumpsit? Sicut ipse de se loquens ad Phariseos, dixit. Nunquid legistis in Scripturis, Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Hunc lapidem (in detrimentum tuum, ò miser dæmon, serpens, & draco nequissime) Deus demisit, cum eum laudarent simulastra matutina, quando Christum in assumptione carnis mittendum ab initio, inter Angelos revelavit. Nec Christus lapis angularis solum modo pro eo dicitur, quia Judæos, & gentiles uniret, sed ut magis Angelos, & homines in unam comunitatem, cujus ipse est caput, copularet: qui idè effectus est hominũ redemptor, & Angelorum reconciliator, quia pro utriusq; promeruit, quia Angeli vicerunt per sanguinẽ agni. Unde & huic Incarnationi quidã Angelorũ favebant, qui in fide Christi, merito dilectionis ad æternam beatitudinem intraverunt, qui nominantur simulastra matutina, quasi videndo per claritatem gloriæ, canentia, jubilantes interna mentis exultatione, de Incarnatione Christi Deum, & ejus sapientem dispositionem in sua glorifica salutatione laudabant. Sed ille maledictus Lucifer princeps tuus, & cæteri sui sequaces superbientes, malitia sua obcæcati contemnebant inferiori naturæ subjici, & ob hoc invidabant Christi incarnationi. Et quia à divina contemplationis dilectione se averterunt, amari facti sunt. Unde cum de natura divinæ providentiæ per creationem procederent, & se à divina luce

luce propria elatione averterent, nube à Deo vestiti sūt, *Ibidem.*
 cecitate scilicet mentis per superbiam obscurati, post
 quos Deus ostiis conclusit, cum eorum malitiam certis
 limitibus suæ dispensationis coercuit. Et quia omnia
 ista tibi demonstrata fuerunt, ideo cum illis maledictus
 spiritibus pessimè egisti contra Christum. Coniuro te,
 scelerate spiritus, per illud mirabile signum, quod be-
 atus Ioannes Evangelista in cœlo vidit, mulierem scili-
 cet, amictam Sole, quæ est sancta Ecclesia unita Chri-
 sto, & Luna sub pedibus ejus, quia Ecclesia electorum
 comparata divinæ sapientiæ, nihilo reputatur, sicut
 lumen Lunæ in comparatione ad Solem est quid mini-
 mum. Hæc est illa mulier, o scelerate dæmon, sancta
 scilicet Ecclesia, quæ habens in utero clamabat ut par-
 turiret, quæ cum mentis delictatione Christum con-
 ceperit in cruciatu pœnalis laboris, per virtuosum opus
 foras emittit. Sed ecce aliud signum apparet, draco sci-
 licet ille maledictus Satanæs, princeps tuus, & caput o-
 mnium iniquorum habens capita septem, quia est ple-
 nus septem nequitis, sicut Christus dicitur plenus se-
 ptempluri spiritu: & cornua decem: quia sicut Eccle-
 sia Christi observatione decem præceptorum Dei me-
 retur coronam vitæ æternæ: sic apostata spiritus pro
 impugnatione decem præceptorum decalogi mereatur
 coronam tribulationis æternæ. Et quia ille, ut invidus,
 non poterat sustinere gloriam, & honorem, qui Chri-
 sto mediatori à sanctis Angelis dabatur, cœpit periu-
 dere aliis spiritibus contra ipsum: qui diu non perma-
 nentes contra tentationem Luciferi, immortalis persua-
 sione affecti, illi adherentes è cœlo ceciderunt. O in-
 felicem commutationem: in cœlo erant, cum Crea-
 torem suum contemplando aspicerent: & in terram ad
 iam solam creaturam considerandam prolapsi sunt. Sed
 audi ejus temeritatem. Sicut enim se opposuerat Ec-
 clesie Christi in cœlo, ita etiam fecit cadens. Stetit e-
 nim ante mulierem sanctam, scilicet Ecclesiam, ex An-
 gelis, & hominibus congregatam: & ad quid hoc facie-
 bat: ut cum peperisset, devoraret filium ejus. Coniuro

*Apo. c. 12.**Ibidem.**Isa. 14.**Apo. 12.*

vos, † nefandissimos spiritus, dæmones infernales, per illam sanctam, & immaculatam Dei Ecclesiam, quam semper persecuti estis, tam in Angelis, quam in hominibus, ut fidem mediatoris Christi in utrisque extrinqueretis, quæ Christum spiritualiter paritura erat. Spiritualiter quidem ipsum peperit, primum in Angelis beatis, cum merito fidei, & dilectionis Christi mediatoris intrare potuerunt ad videndum faciem Dei sui conditoris. Per ipsam igitur, maledictæ dæmon, te constringo exire de hac imagine Christi N. quam ipse, sua passione, & morte redemit, recede, & ne differas parere mandatis: quia quanto tardius exis, tanto magis poena tibi à Christo augetur: qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

O R A T I O.

*Symbolum
Nicensium.*

Domine Jesu Christe, fili Dei vivi, qui cum æqualis Deo patri tuo in majestate, & potentia ab æterno existeres, pro salute humani generis in hunc mundum veniens, ex intemerata Virgine Maria carnem tuam mundissimam, qua nos à potestate tenebrarum liberares, assumere decrevisti, & eam Cruci affigens à satanica servitute, tua piissima misericordia, & pietate liberare voluisti: te humiliter deprecor, ut virtutem expellendi dæmones, hunc famulum tuum N. vexantes, mihi præbeas, ut ab hac vexatione liberatus, suæque pristinæ sanitati restitutus, nomen sanctum tuum laudare possit in secula seculorum, Amen.

C O N J U R A T I O.

LUC. c. 1.

Conjuro te, † spurcissime dæmon, per illam sanctissimam, & beatissimam Virginem Mariam, quæ carnaliter concepit Christum, quæ præ cæteris altior merito dilectionis fuit, quæ meruit ornari corona duodecim Stellarum, cum omnium virtutum merita, singularumq; gratiarum privilegio superexcesserit, quo factum est, ut non solum Christum corde conciperet per fidem, & dilectionem, verumetiam, & carnem
ejus

ejus ex purissimis sanguinibus amoris ardor excessivus ex virgineo utero sine virili consortio formaret, quæ per mulierem amictam sole à beato Joanne describitur. Conjuro te, † ingratiſſime spiritus, per filium illius mulieris, qui est Christus filius Dei. Hic est enim ille filius, o scelerate dæmon, quem tu, & serpens ille maledictus Lucifer quærebas devorare mox natum per Herodis persecutionem, cum (te intigante) mittens, occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & omnibus finibus eorum. Devorare etiam Ecclesiam voluisti in passione Christi, cum per scandalum Crucis extinguere nitere-
mini fidem Salvatoris. Sed tunc Leviathan hamo captus est. Cum enim justum occidere vellet, ne multos justificaret, meruit jus, quod innocentes habebat, per fidem passionis, & mortem ejus amittere. His duobus modis visus est malignus draco princeps tuus in persona propria Christum devorare: sed in nulla harum persecutionum prævalere potuit: primum quidem, quia peperit filium masculum, id est Christum, qui ab instanti suæ conceptionis, omnibus virtutibus, & gratiis repletus fuit, qui nullum peccatum habuit: de quo dicebat Joannes Baptista. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Conjuro te, † nefandiſſime spiritus, per illum, qui rectorus erat gentes in virga ferrea, potestate scilicet magna, quæ illi inerat: quia natura erat impeccabilis, propter quod tu, maligniſſime draco infernalis, non potuisti prævalere contra Christum filium mulieris, & etiam quia raptus est ad Deum, & ad thronum ejus, quia æqualitatem unius majestatis cum Deo patre sortitus est, de quo dicit David. Thronus tuus Deus in seculum seculi, quia æterna, & inseparabilis est hæc majestas Patris, & Filii, & Spiritus sancti: propter quod ille malignus draco non potuit prævalere in filium. Conjuro te, † superbiſſime dæmon, per illam mulierem, sanctam scilicet Ecclesiam, quæ fugiens in solitudinem contemplationis, tentationem tuam superavit, ubi anima fidelis contemplando Christum, & passionem ejus, immittente persecutione, oia propter ipsum contemnit, & oia

*Mat. c. 2.**Apoc. c. 12.**Joan. c. 1.**Psal. 44.**Heb. c. 1.**Apoc. c. 12.*

mundana pro ejus amore despicit. Quod Christus docuit, tanquam novissimæ tentationis remedium, quando dixit, Cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto, tunc qui in Judæa sunt, fugiant ad montes, id est in desertum locum, ubi Deus paravit locum servis suis, qui omnia contemnunt propter Christum, ubi pascit Ecclesiam suam, contra tentationes tuas, icclerate dæmon, uberes consolationes suas illi ingerendo. Sed, ò miserrima creatura, quid tuo principi evenit ex tot persecutionib. Christo, & ejus Ecclesiæ intentatis? Nil aliud, quàm damnatio, infernus, cruciatus æterni, miseræ infinitæ, & calamitas sine fine: quæ omnia in quo animo sustinens, & videns se à divina contemplatione dejectum ad terram, cepit præliari adversus sanctos Dei. Recede igitur maledicte dæmon ab hac creatura Dei N, per amorem Sanctorum omnium erga suum conditorem, quem indefessis vocib. laudant, dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus omnipotens, qui propter magnam misericordiam suam liberavit nos ab ore draconis: & per omnia alia, quæ te possunt constringere in virtute Dei, te cogo, ut vadas ad loca tibi deputata à Christo, statim, & sine mora, & per signum sanctæ Crucis, † quod ei in fronte damus, tu nunquam audeas violare, in nomine Patris, † & Filii, † & Spiritus † sancti, Amen.

Hic querere poteris, quot demones sint in corpore vexati: nomina eorum: quis sit eorum caput: de quo ordine fuerint: quibus verbis magis affligatur: & super quod peccatum dominantur, ut melius scias contra eos opportuna remedia applicare: postea sic sequere.

O R A T I O.

DEus, qui recto judicio unumquemque judicas: & Angelos, qui fervore veræ dilectionis in principio suæ creationis te dilexerunt, in statum gratiæ confirmasti:

firmasti: rebellesq; , ac contumaces spiritus tibi inobedientes, perpetuis carceribus, & æternis pœnis deputasti: quiq; ita hominem dilexisti, ut filiũ tuũ Jesum Christum pro ejus liberatione dares: qui, ut nos à diabolica servitute liberaret, passionem, & acerbissimam mortem voluntariè sustinere voluit. Te, Dñe, suppliciter exoramus, ut per eandem passionem, & mortem unigeniti filii tui, hunc famulum tuum N. ab hac pessima dæmonũ vexatione, quem inimici tui scelestissimi conantur perdere, eripere, & custodire digneris: quia in te speravit, & credidit, & ne diu permittas piissime pater, illum à dæmonib; vexari, sed libera eum propter nomen sanctum tuum, & liberatum, æternæ beatitudini illum conserva. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

*Iude. c.
unico.*

Esaiã 59.

CONJURATIO.

Conjuro te, † superbissime spiritus, per illos sanctos Angelos, qui sublimiter sentientes de Deo, maximo amore ad ejus gloriam afficiebantur, & pro facultate sibi data ad honorem sui creatoris defendendũ nitentur. Vos autem superbientes, sublimiter sentiebatis de bonitate vestræ naturæ, & propter hoc ad propriam gloriam afficiebamini, & toto conatu contra electos Angelos ferebamini. Ex quibus affectionum conatibus factus est ille Angelorum conflictus, & prælium. Quod magnum fuit, quia magnis affectionibus fuit commissum ab Angelis, & à vobis reprobis. Magnum (inquã) propter durationem, quia in cœlo fuit inchoatum, & tamen ante generale judicium in præsentī seculo non poterit consumari, quod Dei sapientia fit, ut tam electos Angelos, quã homines, ad tempus exercitaret, ut quãtò difficilior in eis ex hoste p̄cessisset pugna, tantò gloriosior fieret de hoste victoria. Conjuro te, † superbissime spiritus, per illum magnum cœlestis militiæ principem Michaelē Archangelum, & per sanctos Angelos ejus, qui, visa temeritate Luciferi, præliabantur cum dracone, qui sicut inter ruentes Angelos, ut primus draconi comparat̄ propter malitiam, & astutiã suam, qua primò

Apoç. c. 12.

Ibidem.

Ibidem.

Angelos in cœlo circumvenit: sic & beatorum Angelorum primus Michael nominatur propter sublimem divinæ sapientiæ admirationem propter quod significavit nobis in eo admirativa contemplatio divinæ sapientiæ, per quam Deum omni creaturæ incomparabiliter consideravit, ut digne princeps cæterorum Angelorum dicitur, quibus in hac contemplatione clarior habebatur, qui à Daniele princeps nominatur. Cui Angeli ejus, illi scilicet, qui ejus voluntati proprio consensu, & actione adhæserunt, contra draconem, & angelos ejus præliabantur, & draco pugnabat, & angeli ejus.

EXPROBRATIO IN SATANAM.

*Exprobra-
tio.*

Vide miserima creatura, ad quale dispendium ob superbiam, & nequitiam tuam cum principe tuo devenisti. Nam ille maledictus apostata, & draco nequissimus, oculis suæ considerationis, claritateque sui intellectus, nec non sublimitate suæ naturæ, seipsum, & omnes creaturas, ac earum conditorem clarè considerans, & cognoscens, tam immoderatè de ipsa sua natura gloriabatur, quòd honorem, & gloriam, quam suo conditori reddere tenebatur, in seipsum reduxit, adeò quòd inferiori naturæ, quam creator per gratiam exaltare disposuit, subjici dedignaretur: & propter hoc contra Dei præceptum, pugnare cœpit adversus sanctos Angelos, affectu, quo ad propriam gloriam afficiebatur, & conatu, quo nitebatur electorum Angelorum obedientiam seducere, & subvertere. Cauda nempe illa, qua tertiam partem stellarum trahebat, etiam cæteras stellas traxisset, nisi creator earum, manu gratiæ suæ eas tenuisset. Cùm enim tanta esset malitia draconis infernalis, quòd sua circumventione allecti, consentientes veneno suæ malitiæ corrumperet, cæteros sanctos Angelos per gratiam Deus obedientes sibi in gratia firmavit. Conjuro te, † maledicte demon per
illam

ibidem.

illam divinam, & immensam Dei bonitatem, qua sanctis Angelis suis gratiam suam impertivit, per quam, & ipsi præservati sunt. Putabat enim ille sceleratus princeps tuus, & impius draco suam naturam præferre divinæ gratiæ, & nesciebat (donec experimento probaret) quod in omnibus gratia validior est, quàm natura: quia per naturam datur esse, quod ita est in se, per gratiam verò datur naturæ esse. quod habet in Deo: & ideò nõ valuerunt resistere gratiæ, qua pugnabant sancti Angeli, neq; locus eorũ amplius inventus est in coelo. O pulcherrimum finem convenientem propriè tali principi. Audi illum. Et projectus est ille draco magnus, serpens antiquus, qui vocabatur diabolus, & satanas, qui seducit universum orbem, & projectus est in terrã cum suis angelis. Conjuro te, † ingratiſſime spiritus, per illud magnum gaudium sanctorum Angelorum, qui de victoria exultantes dicebant. Salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi ejus, Salus, illi dicunt, quantum ad liberationem à malo, virtus quantum ad operationem boni, regnum quantum ad liberationem spiritus, qua liberi, & sine ulla contradictione obediunt Deo. Hæc omnia ille superbissimus princeps tuus Lucifer ex natura volebat habere: gratiam verò, quam rationali creaturæ Deus obtulit, contemnebat: & quantum potuit, electam illam multitudinem, quæ se oblatæ gratiæ gratos reddebat, impediēbat. Conjuro te, † spurcissime dæmon, per illos sanctos Angelos, qui pro Christo pugnantes, non sine probatione susceperunt præmii illud magnum à Deo, cui tot gratias reddebant, cognoscentes, non aliunde, quàm per illum, se obtinuisse victoriam per Christum, cui dicunt: & potestas Christi ejus: quia sicut Christus secundum divinitatem habet potestatem, & dominium universalis præmii: ita secundum humanitatem, qua suspensus in Cruce meritum acquisivit, habet potestatem universalis meriti, quæ duo fuerunt causa exuscitationis beatorũ spiritũ. Conjuro te, † scelerate dæmon, per illam sanctam Ecclesiam

*Ibidem.**Ibidem.**Ibidem.**Ibidem.*

Ibidem.

domini nostri Jesu Christi, quæ ex electis Angelis, & hominibus constituta est, quæ timere non valet tuas persecutiones, scuto veritatis Christi protecta, cui ex merito passionis suæ, & virtute suæ conservationis Christus sibi statim adstat, sub quo de te, omnibusque tuis contubernalibus triumphavit. Conjuro te, ¶ im-

Ibidem.

mundissime dæmon, per omnes Sanctos, qui te vicerunt in sanguine agni propter hoc, quia non dilexerunt animas suas usque ad mortem: quia tam beati Angeli, quam homines electi regnū tuū vicerunt, non propriis meritis,

Ibidem.

& viribus, sed morte Christi, & merito ejus, quod completum est in effusione sanguinis ejus. Non dilexerunt (inquam) animas suas usque ad mortem, quia Deum in tantum esse diligendum putaverunt, ut necessarium æstimarent sibi, propriæ vitæ non parcere pro divinæ dilectionis defensione. Quod summè cum displiceret Lucifero cernens se dejectum, persecutus est mulierem sanctam scilicet Dei Ecclesiam, tam in Angelis in celo, quam in hominibus in hoc mundo, quia persequitur quem libet justum, qui incipit bene facere. Persecutus est etiam Ecclesiam sanctam per persecutiones tyrannorum, & Paganorum multitudinem, quas omnes virtute Christi, Sancti vicerunt. Per merita igitur, & passionem Christi, & omnium electorum ejus, te conjuro, cogo, & constringo, maledicte dæmon, ut statim exeas, & recedas ab hoc servo Christi N. qui ad Ecclesiæ ejus recurrit præsidia. & ne differas parere mandatis meis, tibi in nomine ejus factis: quia qui recusaverit obedire imperio Sacerdotis, morte morietur: recede, vilissime dæmon, & vade ad loca tibi à Christo deputata. Qui in Trinitate perfecta vivit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Deut. e. 17.

Hic Exorcista conetur scire per præcepta causam, cur demones non recedant, & quomodo possint in virtute Dei inde expelli: & si noluerint dicere veritatem, fac suffumigationem ex rebus fœtentibus,

rentibus, puta sulphure, camphora, assa foetida,
& similibus: postea sic sequere.

ORATIO.

Domine Deus omnipotens, qui in manu forti, & *Exo. c. 14.*
brachio extento eduxisti populum tuum de terra
Ægypti, te humiliter deprecamur, ut respicere di-
gneris hanc creaturam tuam N. quæ ab immundis spiriti-
bus crudeliter vexatur, & eam è manibus eorum, tua
potenti virtute misericorditer liberare: quia isti immū-
di spiritus quærunt eam à tua gratia avertere: quia *Judith. c. 9.*
in multitudine superbix suæ confidunt: tu Domine, qui
conteris bella ab initio, erige brachium, & allide virtutē
eorum in virtute tua, cadat virtus eorum in iracundia
tua, qui conantur hanc creaturam tuam N. subvertere:
exaudi, quæsumus, preces fervorum tuorum, & conce-
de, ut in nomine tuo sancto fugare, & expellere possimus
hos dæmones ab hoc famulo tuo N. ut ab hac vexatio-
ne liberatus, de tua misericordia semper lætetur. Per
Christum dominum nostrum. Amen.

CONJURATIO.

Conjuro te, † scelerate dæmon, per illum, qui mu- *Apoc. c. 12.*
heri alas aquilæ magnæ dedit, qui est Christus, qui
penetrans cœlos, volavit super Cherubin in æter-
nitate patris: ut ipsa volaret in desertum locum, id est ad
Deum per contemplationem: quia vera solitudo sanctæ
Ecclesiæ solummodo est contemplatio divinorum my-
steriorum Dei. extra quem semper inquietū est cor no-
strum: ibi .n. pascitur Ecclesia sancta per Christū, testa à
furore draconis per tempus, per quod usque ad judi-
cium permanebit in hoc mundo. Conjuro te, † male-
feste dæmon, per illum qui, Ecclesiam sanctam con-
tinuè ex ore draconis, qui illam omnibus modis perse-
quitur

Ibidem.

quitur, eripit: quam cum salvam viderit, ex ore suo emittet, tanquam fluvium contra mulierem, aquam, id est doctrinam sapientiae mundanae, quae contra Ecclesiam fugientem mittitur, cum per superbos sapientes mundi illam impugnat. Conjuro te, † nefandissime dæmon, per illud adjutorium, quod dominus noster Jesus Christus Ecclesiae suae in adversis præbet, qui etiam in hac tentatione Ecclesiam suam non deserit, cum per eadem, quibus tu maledicte eam lædere quæris, propitius succurrit. Per doctrinam etiam Christi ex terrenis assumptam Deus Ecclesiam suam adjuvit, ideo adjuvit terra mulierem:

Ibidem.

quia per contemplationem corporalium rerum venimus ad contemplationem spiritualium. Invisibilia enim Dei à creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus & divinitas. Conjuro te, † nefandissime dæmon, per illum, qui adjuvit mulierem illam, ne absorberetur à

Rom. c. 1.

flumine, id est Christus, qui, ut homo, corpus humanum habens, aperuit os suum, docendo veritatem contra doctrinam tuam Satanicam, quam tu disseminaveras contra Ecclesiam, quae erat plena erroribus, & hæresibus, & sua doctrina absorbit tuam doctrinam falsam,

Apoc. 12.

ex quo iratus est valde ille maledictus princeps tuus Lucifer contra sanctam Dei Ecclesiam: nimirum, quoniam projectus est à beatis Angelis, & delusus à sanctis hominibus. Tandem enim in ardoris astutia profundior contra Ecclesiam sanctam se recolligit, quando per diurnam experientiam se à sanctis hominibus decipi cognoscit: & ideo hæc omnia cernens iratus abiit facere prælium cum reliquis de femine mulieris, sanctae scilicet Ecclesiae. Vide miser dæmon, audaciam, & temeritatem tui principis, qui non solum audet expectare prælium sibi à sanctis hominibus illatum, sed etiam de propriis viribus præsumens, audet inferre prælium

Ibidem.

viris justis, qui filii, & servi sunt sanctae Ecclesiae, arma habentes

habentes virtutum, & gratiarum, propugnatores beatos Angelos, & ducem exercitus sui Christum. Conjuro te, † scelerate dæmon, per illum, qui conservat, & munit sanctam Ecclesiam suam contra tuos insultus, quæ licet sit infirma, & nihil meritorie sine Christo agere possit (quæ mulieri supradictæ comparatur) merito tamen divinæ gratiæ, & contemplationis divinitatis, & humanitatis Christi, propter quem temporalia omnia contemnit, & arbitratur ut stercorea, ut ipsum lucrifaciat, semper ab ipso præservatur invicta: & idcirco novæ fraudis inventor Lucifer ille maledictus draco, Ecclesiam invadit, illos oppugnando, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Jesu. Sed non potuit, nec unquam poterit destruere sanctam Ecclesiam: quia Christus ejus caput erit cum illa usque ad consumationem sæculi, Nec prævalebit in filios ejus, eos damnando, qui verè sunt de semine ejus: quoniam habent producere Christum, qui est dominus dominantium, cujus potentia nullus potest resistere, cui sit honor, & imperium in secula seculorum. Vide ergo, miser dæmon, qualiter per potentiam summi, & altissimi filii Dei vivi, & veri es victus, & prostratus: idèò pro tua nequitia damnate, atque damnande, da honorem † Deo vivo, & vero: da honorem † Jesu Christo, filio ejus, domino nostro: da honorem † Spiritui † sancto paraclyto, & tremens, gemensque discede ab hac creatura Dei. Nequam suo sanguine dignatus est redimere, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & te, maledicte dæmon, & seculum per ignem. Amen.

*Ibidem.**Mat. c. 28.*

O R A T I O.

OMnipotens sempiternæ Deus, in cujus ditione cuncta sunt posita, & nō est, qui possit resistere voluntati tuæ, si decreveris, salvare potes: te deprecor, clementissime Pater, per virtutē gloriosissimi nominis tui, quod oēs Christicolæ timent, & adorant, quod im-

Hesler c. 13.

manissimi

ianissimi dæmones odio habent. Quare, domine Deus omnipotens, miserere digneris huic famulo tuo N. qui pluit eum inimici tui perdere. Ne, quæso, despicias creaturam tuam hanc, quam pretioso sanguine filii tui redemisti. Exaudi, piissime pater, deprecationem meam, & propitius esto illi: converte Domine tristitiam ejus in gaudium, & eam à spiritibus immundis liberare digneris, ut tandem è durissima, & tyrannica eorum potestate, erepta, benedicere possit nomen sanctum tuum in secula seculorum. Amen.

EXPROBRATIO.

Ex antiquis Exorcismis.

Audi igitur, iniquissime dæmon, qui tam injuste, atque impie hunc Dei famulum N. inquietare, & molestare præsumpsisti. Nam cum propter inobedientiam primi patris nostri Adæ (justitia Dei nostri omnipotentis permittente) iniquissimus princeps tuus Lucifer, ipsum & omnem posteritatem suam ab eo seminali ratione propagatam, durissima tyrannide per multa annorum spatia oppressisset, feriretque, & diræ carceris infernalis vinculis teneret, tandem adveniente plenitudine temporum misit Deus pater piissimum filium suum, natum ex intemerata Virgine, factum sub lege. Et cum princeps tuus improbus, & temerarius exactor in unigenitum Dei filium, mediatorem Dei, & hominum, agnum immaculatum, tollentem peccata mundi, dementia sua sacrilega attentasset invadere, & ferire, & tandem post Herodis impii in eum persecutionem, post contumelias, convitia, & opprobria, tandem immisit in cor Judæ proditoris, impiorum Judæorum (permittente, & volente ipso agno mansueto, ac voluntarie se pro redemptione humana offerente) vinculis tradi fecit, & flagellari, injuste condemnari, nudari, & in Cruce affigi. Quæ omnia mirissimus agnus Dei omnipotentis filius pro salute nostra (quia ipse voluit) pertulit, ut nos, & hunc famulum Dei N. à vinculis omnium imundorum spirituum liberaret, livore suo sanaret, ab erumna eriperet damnatione: nudatus à vobis impiis latronibus inferna-

Galat. 4.

Joan. c. 1.

Joan. c. 15.

Esaiæ. 53.

infernalis reindueret veste innocentiae, & gratiae, quae nos in protoplasto parente contra omnipotentis Dei imperium rapuimus, exolvit, offerens se fructum benedictum ventris gloriose Virginis pro interdicti fructus etiam, cruore ex quinque vulneribus largiter effuso, redemit morte sua gloriosa, postquam destruxit, & principem tuum cum omnibus satellitibus, & apostaticis immundis spiritibus, & demonibus: cum crederet se in ipso aliquid invenire, captivavit, & nos maxime credentes sibi liberavit. De quorum numero, dono misericordiae suae gratitè nos esse profitemur. Et potestatem Discipulis dedit calcandi super vos immundos spiritus: & ad invocationem sui sanctissimi nominis virtutem, & potestatem expellendi vos ab obsessis corporibus, & in virtute suae sanctissimae passionis, qua dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris in sanguine suae innocentiae, vos eijcendi tradidit. In virtute igitur, & honore hujus sanctissimi Imperatoris, regis regum, & domini dominantium Jesu Christi, in cujus nomine omne genu flexitur, caelestium, terrestrium, & infernorum tibi praecipio, miserime spiritus, sive unus sis, sive plures, ut non audeatis perturbare hanc creaturam Christi N. quam tibi interdico, non meritis, sed fortiori potestate omnipotentis Dei, & domini nostri Jesu Christi filii ejus, qui superveniens in atrium hujus mundi, principem tuum cum omnibus immundis spiritibus, & miserimis satellitibus infernalibus vicit, & vasa tua dirupit, sed recede ab ea sine aliqua læsione ejus, quam dominus noster Jesus Christus ad suam gratiam vocare dignatus est. Qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

*Osee. c. 13.**Luc. 9.**Mar. c. 16.**Philip. 21**Luca. c. 11.**Mar. c. 25.*

Hic Exorcista conetur juramento, & duris comminationibus extorquere veritatem à demone obsidente, praecipiendo aliis, ne illum impediât ad veritatem dicendam: ut saepe consueverunt facere: deinde sic sequatur.

ORA-

ORATIO.

Domine Deus omnipotens, qui per mortem domini nostri Jesu Christi, lapsum hominem, tua maxima pietate restaurare ab æterno decrevisti, & filium tuum per mortem, & crucem super omnes exaltare voluisti, donans illi nomen, quod est super omne nomen, cui omne genua flectitur, cœlestium, terrestriū, & infernorum, te clementissime pater, totis visceribus meis suppliciter exoro, ut per virtutem passionis ejusdem filii tui hunc famulum tuum N. ab impugnatione dæmonum liberare digneris. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

Phil. 2.

CONJURATIO.

Iterum fortius, & districtius conjuro te, ꝑ̄ sceleratissime spiritus, per illum innocentissimum agnū Christum, stantem supra montem Syon, qui non solum natura, sed etiam in gratia omnes supereminet: qui prædestinatus est filius Dei, quantum ad naturam humanam, quæ in Deum assumptā, non secundū statū naturæ, sed gratiæ, quia in virtute secundum spiritum sanctificationis, Stat (inquam) Christus supra montem Syon, qui omnes intellectus perspicacia in his, quæ pro redemptione nostra fecit, & sustinuit, supereminet. Qui cum esset filius Dei, coæternus æterno Patri, & sublimis Deus, pro humana tamen redemptione tā indigna dignatus est pari: ut per os David diceret. Ego sum vermis, & non homo opprobrium hominum, & ab ectio plebis: & idcirco per gratiam, quæ in eo plena fuit, perfectio ejus, non solum quantum ad naturæ incorruptionem, sed etiam ad virtutum plenitudinem in multos redundat.

Conjuro te, ꝑ̄ maledictæ dæmon, per centum quadraginta quatuor millia, quos divus Joānes vidit cum Christo stantes supra montem Syon, habentes nomen Christi, quod est Deus, in quo comunicat Deo Patri, & Spiritui Sancto in unitate deitatis, cum sit unius naturæ cū eo, de quo dicit idem Joānes. In principio erat verbum, & erat

*Apoc. 14.**Symbolum
Athanasii.**Psal. 27.**Apoc. 14.**Joan. c. 1.*

& verbum erat aquod Deum, & Deus erat verbum. Ec nomen patris ejus scriptum in frontibus suis: quia cum pater, & filius sint ejusdem essentia, & substantia, qui unum noverit, alterū ignorare non poterit, quod Christus asseruit, dicens. Ego, & pater unum sumus, & qui me novit, novit eum, qui me misit. Conjuro te, † nefandissime spiritus, per illam vocem, quam beatus Joānes audivit, quæ erat sicut cytharædorum cytharizantium in cytharis suis, quæ spiritus justorum, ut cytharædi, varios exultationis sonos in subditis sibi corporibus efficiunt, & quasi in cytharis spiritualis exultationis, de æterna beatitudine gaudentes, lætantur, de quibus dicitur, Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis: exultationes Dei in facibus eorum. Conjuro te, † immundissime spiritus, per illud Canticum novū, quod illi Sancti ad honorem Dei, & domini nostri Jesu Christi cantabant, Canticum (inquam) quod inter præsentis mundi tribulationes nobis resonant, quo & æternæ vitæ dulcedinem prægustantes, suum glorificatorem collaudant, qui de miseriis, & calamitatibus hujus præsentis vitæ eripiens, triplici areola, virginitatis scilicet, martyrii, & doctoratus eos fulgere fecit, Per gaudiū igitur beatorum omnium, & per oīa alia, quibus tu nefandissime spiritus, potes adjurari, cogi, constringi, ligari, & fugari, te cogo, & constringo, ut ex eas, & recedas ab hoc famulo Christi N. quē ipse sua maxima pietate, & misericordia ad imaginē & similitudinē suā creare dignatus est: & sine mora aliqua ad loca arida, & inhabitabilia quàmprimū pergas, ubi non sit accessus hominum, & ubi nulli creaturæ nocere possis. Per virtutem ejus, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & te maledicte dæmon, & seculum per ignem. Amen.

Ioan. c. 1. 163.

Apoc. 1. 4.

Psal. 148.

Apoc. c. 1. 4.

Gen. 1.

O R A T I O.

Omnipotens sempiterne Deus, qui omnes Angelos & homines, tua immensa benignitate condidisti, & Sanctos tuos in cœlesti beatitudine, tua clementia, collocare voluisti, qui magno gaudio in cōspectu tuæ diviniæ

Ioan. c. 3.

divina majestatis sine fine exultando Christo filio tuo, in æternum collaudantes, gratias de parva contra Luciferum victoria referunt: te sanctissime Pater, devotè supplico, ut per intercessionem omnium Sanctorum tuorum, hanc creaturam tuam N. à dæmonum invasione liberes, & liberatam tua gratia conserves. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

Apoc. c. 14.

CONJURATIO,

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

COjuro te, † malignissime spiritus, per omnes illos Sanctos, & electos Dei, qui per sanguinem Christi empti sunt: qui omnes hanc gratiæ plenitudinem à Deo patre consecuti sunt, qua terrena omnia reliquerunt, ut Christum sequerentur in virginitate, paupertate, & patientia, quibus etiam & Deus benedictus excellentiorem gradum præmii deputavit. Conjuro te, † impiissime dæmon, per illos Sanctos, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, qui non solum integritatem & munditiam mentis, & corporis in virginitate conservaverunt, sed etiam à pollutione dæmonum evaserunt, quæ vera virginitas est, qua non propter gloriam mundi, sed cum vera humilitate, ad gloriam Christi cultodientes, ut illum sequerentur, verè virgines effecti sunt. Conjuro te, † maledicte dæmon, per illos Innocentes, qui sequuntur agnum immaculatum, quocumque venit, id est Christum, qui sicut immunis fuit ab omni peccato, & contagione diabolica: & virginitate mentis, carnis, & spiritus propter maximam humilitatem suam omnes superexcessit: sic qui hanc gratiam à Deo, meritis Christi, consecuti fuerint, sequuntur Christum agnum in spiritus humilitate, & corporis, & animæ virginitate. Et sicut Christus cæteros in triplici merito, scilicet virginitatis, martyrii, & doctoratus longè præcellit: sic ii, qui primitiæ Sanctorum sunt, Christum in hoc triplici merito sequuntur, ut scilicet virgines, martyres, & doctores sint, sicut Christus, quamvis longè posterioribus Christo. Conjuro te, † malignissime dæmon, per illos sanctos Innocentes, & martyres Christi, qui
empti

empti sunt, ex omnibus primitiæ Deo, & agno, qui per mortem à nefariis hominibus violenter illatam à vita ista, quæ inter homines agitur, adepti sunt, ut primitiæ Sanctorum ad gloriam Dei, & Christi esse merentur, sicut & ipse Christus primitiæ respectu omnium Sanctorum nominatur. Hi enim, ò miser dæmon (in tui confusione) empti sunt: quia magno pretio sanguinis Christi ad hanc gratiam præ cæteris hominibus erecti sunt, ut non solum vitæ Christi per munditiæ sanctitatem, sed & morti ejus per passionem, & tribulationum tolerantiam configurarentur. Conjuro te, † pessime dæmon, per illos supradictos sanctos Christi Innocentes, in quorum ore non est inventum mendacium, qui licet ex corruptione naturæ mentiri possent, privilegio tamē gratiæ non mentiuntur, neque mentiri possunt: & idcō sine macula sunt ante thronum Dei, qui sicut immaculati assistent Christo judicanti, sic & gratiæ singularis privilegio, coram divino judicio perseverent. Per puritatem igitur, & merita istorum Sanctorum te conjuro, constringo, & cogo, ut ex eas ab hac factura Dei N. quā dominus noster Jesus Christus ab æterna damnatione, sua passione liberavit, & ad illam nunquam redire valeas, per eum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & te maledicte spiritus, & seculum per ignem. Amen.

Hic Exorcista interrogare poterit demones, quibus vinculis detineantur in corpore, & quomodo licitè illa vincula dissolvi possint, qui si noluerint confiteri, adhibeat profumigationes, ut supra: postea forti animo prosequatur opus Christi.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, fili Dei vivi, qui cùm esses coræqualis æterno patri tuo, tua tamen maxima charitate de cælo descendens, pro nostra salute in

Te hunc

*Symbolum
Athanasii.*

hunc mundum venire dignatus es, in quo prædicans tuum sanctum Evangelium, corda servorum tuorum, tua gratia ad te convertisti, & illud servantes, ad Paradisi gaudia, tua misericordia deducere decrevisti: te pessime Redemptor exoro, ut auxilium tuum adversus hunc dæmonem, hanc creaturam tuam N. vexantem mihi præbeas, ut tua virtute per ministerium meum, diabolica virtute è famulo tuo expulsa, ipse ad æternam lætitiā pervenire mereatur, per te Jesu-Christe salvator mundi. Qui vivis, & regnas in secula seculorum. Amen.

CONJURATIO.

Joan. 1. 1. **C**onjuro te, † maledicte dæmon, per illum Angelum, qui per medium cœlum volat, & terris prædicat, qui est Christus salvator noster, dominus in cœlis regnans, & homo in terris apprens, sicut dixit beatus Joannes Evangelista. Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre. Cui data est omnis potestas in cœlo, & in terra: quia ad breve tempus inter homines apprens in illo cœlestia, quæ solus penetrare potuit, terrenos homines edocuit. Adjuro te, † nefandissime spiritus, per Evangelium æternum, quod Christus prædicavit, qui ad æternam vitam perducit illud servantes, qui suis observatoribus promittit vitam æternam, per quod Christus Jesus dominus noster, multa secreta vitæ æternæ nobis revelavit: qui illud accepit, ut evangelizaret sedentibus super terram: cum Evangelio obedientes sint super terram, qui terrena despicientes, super illos lumen cœli radiat, per divinæ gratiæ illustrationem, qui accipientes Christi Evangelium, super terram sedere dicuntur: eo quod animo quiescunt ab insidiis tuis, de peccato in peccatum non evolantes: & quia multi de gentibus variis per Evangelium salvati sunt, ideo hoc Evangelium ab Angelo prædicatum est super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum. Conjuro te, † pessime animarum seductor, per prædicationem Evangelii, quæ ante adventum Christi ad judicium

resonabit per totum mundum, sicut testificatur nobis dominus noster Jesus Christus, quod prædicabitur hoc *Mat. c. 16.* Evangelium in universo orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consumatio, & finis omnium operum tuorum, quæ contra tuum Creatorem, pessimè egisti, quia in illo æterno confusionis chaos detrueris. ubi fumus tormentorum tuorum ascendet in secula seculorum. Per hæc omnia te constringo, maledicta creatura, damnata, reprobata à Deo ob superbiam tuam, ut recedas hinc, & pergas ad sedes infernales, ubi cruciaberis in secula seculorum. Amen.

O R A T I O.

Omnipotens Domine, verbum Dei patris, Christe Jesu, & creator universæ terræ, qui propter tuam *Exo. c. 20.* omnipotentiam, qua patri tuo cœternus existis, super omnia timeri & honorari à tuis creaturis voluisti, qui que in hunc mundum veniens, tuis fidelibus viam perveniendi ad vitam æternam misericorditer docuisti per quam ambulantes, æternæ vitæ gaudia consequuntur, & ab illa recedentes perpetuis poenis deputasti, præsta quæsumus, ut sicut ore tuo benedicto omnia demonia nobis in tuo nomine subjugasti: ita tua clementia, piissime Redemptor, virtutem mihi præbeas, ut hostuos inimicos ab hac creatura tua N. expellere valeam. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis, & regnas in secula seculorum. Amen.

C O N J U R A T I O.

Conjuro te, scelerate dæmon, per Angelum vocemagna nobis prædicantem, & dicentem. Timere Deum, & date illi honorē, quod tu scelerate dæmon, facere renuisti. Ille enim, ò miser dæmon, verè Deum honorat, qui Deum solum timet: Econtra Deum non honorat, qui alterum timet, quasi potentior sit ad prævalendum, & sapientior ad nocendum, quod & tu miserissime spiritus egisti, existimando Luciferū principē tuum potentiozem ad prævalendum contra Christū:

*Ibidem.**Apoc. c. 14.**Mat. c. 4.**Apoc. 14.**Mat. 23.**Apoc. 14.*

& sapientiorem ad nocendum generi humano. Nec
 considerasti, quòd quanto Deus est potentior, & plura
 mala impunita dimittit in præfenti seculo, etiam tanto
 amplius est timendus: quia omnia ad futurum Judicium
 custodit, & conservat. Conjuro te, † scelerate dæmon,
 per illum, quem Angelus nobis præcipit adorare, di-
 cens. Adorate eum, qui fecit cœlum, & terram. Juste
 enim ac omnibus creaturis honorandus est, ò bestia in-
 fernalis, qui omnia fecit: quia licet adorare sit aliquid
 tanquam summum bonum colere, quod proprie perti-
 net ad rationalem creaturam, & non ad cœlum, terram,
 mare, & fontes aquarum, quæ jubentur Deum adorare:
 tamen quia creaturæ inanimatæ, cujusmodi sunt istæ,
 potenter, sapienter, & bene à Deo conditæ sunt, ideo
 rationalem creaturam movent, adorare Deum, cujus
 providentia, sapientia, & bonitas in illis relucet: & ut ex
 illis visibilibus creaturis intelligatur, quam potens est,
 qui tam magna rerum corpora, constituit, quam sapiens,
 qui ea tam decenter omnia ordinavit: quam bonus, qui
 omnia benefecit. Deus igitur, ò scelerate dæmon, est
 adorandus, & timendus, & non tu, qui conaris adorari
 vice illius: est (inquam) timendus non timore servile,
 quo tu illum times, sed filiali, & voluntario, quo omnes
 Sancti, & justi homines illum timent. Per hæc supradic-
 ta, & omnia alia, quibus tu pessime dæmon, potes con-
 stringi, & fugari in nomine Jesu Christi Nazareni, ego
 te conjuro, & constringo exire ab hoc templo Dei N.
 quod ipse ad honorem, & gloriam suam sibi consecra-
 vit, & tibi præcipio, ut vadas ad locum tuum à Christo
 assignatum per virtutem ejus: qui venturus est judi-
 care vivos, & mortuos, & te pessime dæmon, & secur-
 lum per ignem. Amen. Conjuro te, † iniquissime
 dæmon, per illum tertium Angelum, voce magna cla-
 mare, qui est Christus, cujus vox magna, & terribi-
 lis erit adversus te, & omnes damnatos, quando dices:
 Ite maledicti in ignem æternum: magna (inquam) quæ
 duplicia tormenta inferni, spiritualia scilicet, & corpo-
 ralia comminatur illis, qui adoraverint bestiam, & imago-
 nem

nem ejus. Si quis (inquit B. Joan.) adoraverit bestiam,
 id est Antichristum, quem adorant omnes tui compli-
 ces, qui Christum verbo, & facto negant, & imaginem
 ejus, id est superbiam: & acceperit characterem ejus
 in fronte sua, aut in manu sua, de quorum numero sunt
 omnes tui sequaces, qui fuerunt ab initio, & erunt usque
 ad finem seculi, qui sunt umbra illius maledicti capitis
 tui: quilibet, ejusmodi biber de vino iræ Dei: quia in-
 ternis, & spiritualibus tormentis, & pœnis cruciabu-
 tur, quæ in mente damnatorum receptæ, mentem ipsam
 per totum penetrant: & hoc proprie est præmium, quod
 tuis in fœdis operibus, ò bestia teterrima, convenit:
 quia nihil cogitare, ad nihil affici, ad nihil moveri vobis
 in inferno conceditur, nisi quod pœnale est, vel per præ-
 sentiam objecti, quia vobis damnatis adest, quod noli-
 tis: vel per absentiam, quia abest, quod desideratis, ut
 in vobis verificetur illud, quod de damnato dicitur. Vi-
 debunt oculi ejus interfectionem suam, id est mortem
 illam æternam, quam sustinebunt, quando cruciabu-
 tur in igne, & sulphure: quia tunc pœnalis justitia pec-
 cato tuo finem imponet, cum peccati vicem recepe-
 ris. Conjuro te, † scelerate dæmon, per illam vocem
 Christi quam audivit beatus Joannes, sibi dicentem. *Ibidem.*
 Scribe Beati mortui, qui in Domino moriuntur: qui
 (sicut in tui dedecus) ò scelerate spiritus, ordinavit san-
 ctos suos ad gloriam, & beatitudinem æternam, quæ
 creatura erit omni malo, in qua fruuntur omni bono:
 ita ad majorem eorum gloriam jussit scribere, quod
 mala justis non evenirent, qui eos ad æternam beatitu-
 dinem adducit: & ideò dicit, Beati mortui, non om-
 nes, sed Sancti, qui in Domino moriuntur: Beati sunt,
 quia eorum mors est momentanea, & transitoria: vita *2. Tim. 4.*
 verò, quam per mortem lucrantur, æterna. O miser dæ-
 mon, quale refugium tunc, & refrigerium tibi poterit
 adesse, quando justus Judex omnibus præmium sibi de-
 bitum reddet? certe nullum, sed sola miseria baratri in-
 fernalis, quam tuis nequissimis operationibus merui-
 sti. Desine ergo, maledicta creatura, desine (inquã) occupa-
 re

pare hanc creaturam Dei N & ab illa recede, cum tua victus invidia, per nomen æterni Dei, & domini nostri Jesu Christi, qui sua passione ab æterna morte misericorditer nos ei iunxit. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Hic Exorcista interrogare poterit vexantes dæmones, ut supra, sed caveat, ne fallacis demonum decipiatur, quod astutia sua consueverunt facere: & si noluerint exire, ponat rutam benedictam ad nares vexati; deinde sic sequatur.

O R A T I O.

Mat. c. 17. **D**omine Jesu Christe, fili Dei vivi, qui pro salute humani generis carnem nostram passibilem assumere voluisti, & in nube lucida in tua transfiguratione Apostolis tuis apparere dignatus es, qui que in eadem carne licet glorificata, sicut in cœlum ascendisti, ita ad iudicium venire decrevisti? te benignissime Jesu Christe humiliter exoro, ut mihi famulo tuo, licet indigno, gratiam expellendi hos dæmones ab hoc famulo tuo N, præbeas, ut ab eorum oppressione liberaris: tibi gratiarum referat actiones. Qui vivis, & regnas in secula seculorum, Amen.

Act. c. 1.

C O N J U R A T I O.

Apoc. c. 14. **C**onjuro te, sceleratissime dæmon, per illum, qui sedet super nubem candidam, qui ex purissimis sanguinibus beatissimæ virginis Mariæ carnem suam candidam assumens, apparuit nobis, quæ non solum immaculata, & ab omni peccati onere levis, & immunis exiit: verum etiam & candida, quæ virtuosorum exemplorum splendore humanū genus illuminavit. Qui per carnem, per quam adhuc passibilis in mundo apparuit, in iudicem jam glorificatum ad homines, abscondita tenebrarū illuminando, iudicandos apparebit. Hæc est nubes, o maledicte dæmon, quæ reverteretur post pluviam.

1. Cor. c. 4.

viam. Cum enim mirissimus Christus in hac nube plu-
eret imbrem suæ mellifluæ doctrinæ in carne passibili,
revertetur horribilis, tonans tonitrua generalis iudicii. *Mat. c. 25.*
Conjuro te, † pessime dæmon, per illum, qui ex propria
natura immunis est ab omni peccato, id est Christus,
qui & si ut iudex universalis omnium peccatorum tam
hominum, quàm Angelorum in iudicio impiis appareat *Act. 1.*
iratus, tamen ejus mens semper quietissima est, quia
cum tranquillitate omnia iudicat. Qui sicut in nubè
ascendit in cœlum, sic in nube revertetur ad iudicium,
quia dominus noster Jesus Christus in eo, quod homi-
nes iudicaturus est homo esse debet: sed in eo quòd om-
nia occulta humana, & angelica est cogniturus, purus *Apoc. c. 14.*
homo esse non debet, quia hoc privilegium solius Dei
est. Conjuro te, † nefandissime dæmon, per illum,
quem beatus Joannes similem filio hominis vidit, id est
Christum, qui similis hominibus esse voluit, quia filius
Dei, qui ex homine secundum carnem natus est in for-
ma humana, in iudicio apparebit, tam justis, quàm re- *Ioan. c. 5.*
probis: quia Deus pater dedit ei omne iudicium facere,
qui filius hominis est. Et ut de vultu Dei iudicium ejus
prodeat, non solum mens ejus est perfecta, sed etiam
habet prærogativam super omnes in sapientia divina, ut
iudicium ejus regulæ divinæ sapientiæ subjaceat. *Apoc. 14.*
Conjuro te, † immundissime dæmon, per illum, qui in iudi-
cio apparens, habebit in capite suo Coronam autem di-
vinam scilicet sapientiam, qua cæteris Sanctis præcellen-
tior erit, sicut aurum præcellit omnia alia metalla: quia
Christus, ut universalis iudex, debet habere iudicium
de humanis rebus, non solum quòd omnia humana di-
scernere sciat, verum etiam quòd omnia secundum ju-
diciū rectæ rationis faciat. Per hæc, & omnia sacra my-
steria, conjuro te dæmon, ut sine mora discedas ab hac
creatura Dei N. quam tantum molestasti, & ne diutius
præsumas captivum tenere hominem, quem Christus *Apoc. c. 5.*
suo sanguine redemit, sed vadas ad infernum. Per virtu-
tem ejus, qui in Trinitate perfecta vivit, & regnat in sæ-
cula seculorum, Amen.

ORATIO.

Tit. c. 3.

Domine Deus omnipotens, qui propter nimiam charitatem tuam, secundum magnam misericordiam tuam, de potestate tenebrarū nos eripuisti, & per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritus sancti, quem effudisti in nos abundè per Jesum Christū Salvatorem nostrum nos salvos fecisti: qui unigenito filio tuo potestatem judicandi præbere voluisti, te domine sancte pater omnipotens totis viribus deprecor, ut per virtutem tui sanctissimi nominis facultatem ejicendi hos dæmones ab hac creatura tua N. mihi tribuas. & ne diu ipsam vexari permittas, quā pretioso sanguine ejusdem filii tui redemisti. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

CONJURATIO.

*Apoc. 14.**Hebr. c. 4.**Apoc. c. 14.**Psal. 74.*

Conjuro te, † pessime; & nefandissime spiritus, per illum, cui dominus Deus pater dedit falcem acutam, id est judicium, per quod etiam occultissima penetrabit, cujus sermo est penetrabilior omni gladio ancipiti, compagū quoq; , & medullarum, & discretor est intentionum, & cogitationū, & nulla creatura est invisibilis in conspectu ejus. Per illum te † conjuro, scelerate dæmon, cui dictum est, Mitte falcem tuam, & me: qui est Christus, qui tenuit falcem in manu, cum omnia, quæ faciebat, rectæ rationis judicio examinabat: quia nihil in omnibus verbis, & operationibus suis irregularatum erat judicio rectæ rationis. Mittet autem hanc falcem suam in messem tunc, cum tua, & aliena opera eodem judicio discutiet, & non solum opera maligna hominum, sed etiam inutilia, & merito vitæ æternæ indigna: & hoc erit, ò miser dæmon, quando veniet tempus illius districtæ ultionis, de quo ipse dicit. Cum accipero tempus, ego justitias judicabo. Hoc enim tempus adveniet, cum fructus peccati erit maturus: qui semper immaturus est, dum adjunctam sibi habet acrimoniam pœnitentiæ de perpetratiōe peccati. Fructus verò peccati est maturus, dum peccator non solum in peccando, sed etiam post peccatum in perseverando delectatur.

Conjuro

Conjuro te, † impiissime spiritus, per illum, qui in Ju- *Apoc. 14.*
 dicio universali executione sententię suę mittet falcem
 suam in terram tollens è medio malos homines, & o- *Ibidem.*
 mnia alia temporalia, in quibus temporaliter gaudebāt,
 & mittet in locum irę Dei magnum, id est in infernum,
 qui est locus damnatorum, locus miserię, in quo est lu-
 tum fecis peccatorum, ubi est durissima pœna: quia est
 sine consolatione, & auxilio, & tanta, quanta sufficit ad
 frangendam duritiã superbıę vestrę, & aliorum, qui
 ibi detinentur: quia omnia mala, quę in pręsenti mun- *Apoc. 6. 17.*
 do, cum delectatione tu, & sequaces tui fecistis, vobis
 convertet Dominus in pœnam æternam, ut quantum in
 peccando delectati estis, tantum æternaliter tristemini,
 & doleatis. Per omnia mysteria supradicta, maledicte *Gen. 1.*
 dæmon, & per omnia alia, quibus in virtute Dei fugari,
 cruciari, & constringi potes, te conjuro, & constringo,
 ut remota omni obstinatione, & postposita omni mora,
 recedas ab hoc famulo Dei N. quem dominus noster Je-
 sus Christus ad imaginem, & similitudinem suam crea-
 re dignatus est, & per nomen ejus tibi pręcipio, ut vadas
 ad locum desertum, ubi non sit accessus hominum, &
 ubi fulgura de cœlo te incendant, in virtute sanctissimę
 Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, cui honor sit,
 & gloria in secula seculorum. Amen.

Explicit tertius Exorcismus.

EXORCISMUS IV. POTENTISSIMUS, ET mirabilis ad fugandos dæmo- nes à corporibus obsessis.

Cujus practica propriè spectat ad
Sacerdotem.

*Exorcista paratus ad conjurandum demones in
corporibus humanis existentes, præmissa præpa-
ratione, servatoq; ordine posito in primo Exor-
cismo, stans ante altare genuflexus, devoto spi-
ritu signans se signo Crucis in fronte, ore, & pe-
ctore, dicat.*

*Ex anti-
quis Exor-
cismis.*



IN nomine Patris†, & Filii, † & Spiritus†
Sancti, Amen. Potentia Patris† confor-
ta me. Sapientia Filii † doce me. Amor
Spiritus† sancti illumina mentem meā.
Benedicta sit sancta Trinitas, atq; indivi-
sa unitas, confitebimur ei, quia fecit no-
biscum misericordiam suam magnā eripiens nos è po-
testate tenebrarum, & à tyrannica dæmonum servitute.
Per signum† Crucis† de inimicis nostris libera nos Deus
noster.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum, & terram.

V. Sic nomen Domini benedictum.

R. Ex hoc nunc, & usque in seculum.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R A T I O.

*De sym.
Trinit. c.
Firmiter.*

Domine Deus omnipotens. Pater, Filius, & Spiritus
sanctus, una Trinitas ineffabilis in tribus personis;
qui eras, & qui venturus es: te deprecor, majestas
incom-

incomprehensibilis, & inestimabilis, sempiternaque virtus, ut liberet hunc famulum tuum N, ab omni spiritu maligno, per virtutem sanctæ Crucis domini nostri Jesu Christi, quem ad imaginem tuam creare dignatus es, & propter divinam clementiam tuam eripias illum, quem conspiciamus ab antiquo hoste graviter vexari, & tentari, & sensum suum à Satana perturbari, atque cruciari, & ab ejus impetu clementer eripias hominem tuis manibus formatum, à ruina, & dæmonio meridiano: ut hic in ecclesia tua positus, per baptismatis sacramentum abeat liberatus. Et qui nomen sanctum tuum confiteatur, nulla possit adversitate diabolicæ tentationis averti. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

Gen. c. 12

Psal. 90

Hic Exorcista surgat ab oratione, et conversus ad patientem, dicat sequens Evangelium.

Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum.
R. Gloria tibi Domine.

In illo tempore. Respondens unus de turba dixit ad Jesum. Magister, attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum, qui ubicunq; apprehenderit eum, allidit eum, & spumat, & stridet dentibus, & arefcit, & dixi Discipulis tuis, ut eicerent illum, & non potuerunt. Qui respondens eis, dixit. O generatio incredula, quandiu vobiscum ero? quandiu vos patiar? afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidisset illum, spiritus conturbavit eum, & elisus in terram volutabatur eum spumans. Et interrogavit patrem ejus. Quantum temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia: & frequenter eum in ignem, & in aquam misit, ut eum perderet. Sed si quid potes, adjuva nos, misertus nostri. Jesus autem ait illi, si potes credere omnia possible sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri cum lachrymis agebat. Credo Domine: adjuva incredulitatem meam. Et cum videret Jesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi.

Cap. 20

illi.

illi. Surde, & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius non introeas in eum. Et clamans, & multum discerpens eum, exivit ab eo. Et factus est sicut mortuus: ita ut multi dicerent, quia mortuus est. Jesus autem tenens manum eius, elevavit eum, & surrexit. Et cum introisset in domum, Discipuli ejus secretò interrogabant eum. Quare nos non potuimus ejicere illum? Et dixit illis. Hoc genus dæmoniorum in nullo potest exire, nisi in oratione, & jejunio. R. Laus tibi Christe.

O R A T I O.

Ezech. 18. **O**mnipotens sempiternæ Deus, qui non vis morte peccatorum, sed eos semper tua gratia ad penitentiam vocando, misericorditer sustines, & obstinatos Angelos, & impenitentes, ut justitia tua ostendatur, poenis æternis depurasti, qui omnia, tua misericordia, & justitia æquanimiter judicando, reddes unicuique secundum opera sua: te Domine sancte pater humiliter obsecro, ut tua immensa pietate liberes hunc famulum tuum N, à Satânica oppressione, qua acriter vexatur, ut sanitatem consequutus, te laudare possit in secula seculorum. Amen.

Apoc. 22.

Hic Exorcista ostendat Crucem demoniaco, & alta voce, ac forti animo, dicat.

Apoc. c. 5. Ecce † Crucem Domini nostri Jesu Christi, fugiet partes adversæ, vicit leo de tribu Juda, radix David.

Deinde Exorcista aspergat obsessum aqua benedicta: postea incipiat demones adjurare, contra eos invehendo hoc modo.

C O N J U R A T I O.

Audite, ò rebelles, & iniquissimi spiritus, qui ob maximam, & inauditam temeritatem vestram hoc templum Christi N. & imaginem ejus signo sanctissimæ Crucis consignatâ invadere præsumpistis, & semp Deo cõditori vestro obstinata, & depravata vestra volun-

luntate inobedientes extitistis: in nomine igitur, & virtute, ac potentia Dei omnipotentis, cuius auxilium invoco, conjuro vos † dæmones infernales, spiritus immundissimos, & per illud mirabile signum, quod beatus Joannes vidit: signum scilicet misericordiz, qua seper Christus Ecclesiz suæ contra vos certanti subvenit. Signum etiam justitiz, qua unicuique secundum opera sua retribuet in fine. Signum profectò mirabile propter divinam sapientiam, de singulis secundum opera sua mirabiliter disponentem. Signum magnum propter omnipotentiam, judicia divinæ sapientiz exequentem: quia nemo resistere, vel impedire, aut mutare potest quicquid divina sapientia decrevit. Conjuro vos, † nefandissimi spiritus, per illum, qui vobis, & omnibus spiritibus damnatis ad vestram punitionem septem damna constituit, quibus afficeremini. Damnum irreparabile, quia perdidistis summum infinitum, & incommutabile bonum, quod est Deus. Dolor desperationis, quæ ex æternitate poenarum vobis, & omnibus damnatis orietur. Poena interminabilis, quam habere vos oportet, quam pro temeritate vestra Deus vobis, & omnibus damnatis justissime infliget ad conterendam, cõdendamque audaciam, & temeritatem vestram. Carentia omnium temporalium, quibus rectè, & ad meritum æternæ vitæ prius uti nolulistis. Carentia omnium bonorum spiritualium, quæ antea, per spiritum, & devotionem lucrari volulistis. Et seditio animi æterna, quam ex timore servili tunc patiemini: quia spiritu timoris Dei expulso, pro peccatis vestris pati nolulistis: quæ verè sunt plagæ septem Angelorum affligentes omnes spiritus damnatos: plagæ (inquam) novissimæ, quoniam in eis consummata est ira Dei, quæ inchoata erat in præsentī vita in peccatoribus declinantibus à bono, & facientibus malum. Hæc est ira Dei, ò miseri spiritus, quæ in vobis, & in omnibus damnatis consummata est, cum in eis voluntas mutari non possit, quæ sicut corrigi non vult, sic nec corrigi potest, cui debetur cõsummata poena, non quæ corrigat, sed quæ rebellem voluntatem

Apo. c. 18.

Dionysius
Chortus de
quatuor
novissimis.

Apo. 15.

luntatem frangit. Vide, ò scelerate spiritus, & cognosce tuæ damnationis status, & qualiter Deus benedictus puniat tuam sceleratam voluntatem, ut timore poenarum illa à malo perpetrando retardetur: desine ergo, ò miserrima creatura, desine occupare hanc creaturam Dei N. & exi ab ea nullatenus ad illam rediturus. Per eum, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

O R A T I O.

2. Tim. 6.

Domine Deus omnipotens, qui lucem in accessibilem habitans famulis tuis custodientibus mandata tua, & pro defensione tui sanctissimi nominis contra diabolum viriliter pugnantibus, per claram visionem, & claritatem tuæ divinæ essentiae beatificando, præmia largiris, te humiliter deprecor, ut per intercessionem illorum Sanctorum, qui maximo charitatis ardore in te lætitia inenarrabili gaudent, gratiam liberationis huic famulo tuo N. concedere digneris, ut à spiritibus immundis liberatus, & suæ pristinae sanitati redditus, tibi fideliter serviat. Per Christum dominum nostrum. Amen.

C O N J U R A T I O.

Apoc. 15.

Conjuro te, † spurcissime dæmon, per illam beatificam, & clam omnium electorum visionem, quæ per mare vitreum à beato Joanne nominatur, in qua Sancti & electi vident in claritate divinæ essentiae omnia pertinentia ad suam glorificationem, quæ perlucidissimo vitro comparatur, quod est mixtum igne, quia quantò perspicacius illud summum bonum videt, & omnia in illo, tantò amplius igne dilectionis ardent, & tenent ea, quibus semper fruituri sunt. Et ii sunt, qui vicerunt bestiam, & imaginem ejus. Tu siquidem maledicte dæmon videns multos per fidem, spem, & dilectionem salvari, cæpisti fidem per mundi sapientiam: dilectionem per mundi pulchritudinem: & per gloriam creaturarum spem impugnare, quod specialiter facies in fine mundi per Antichristum, & membra ejus, cum videris

Ibidem.

Ibidem.

videris appropinquare judiciū universale: & idēo quanto tunc major erit sēvicia tua ad perdendum, tanto indulgentior erit misericordia divina ad eos juvandum. Unde eos triplici merito, scilicet patientia, pudicitia, & sapientia spirituali fecit vincere bestiam, te scilicet crudelem diabolum cum membris tuis, quia per patientiam Christi, vicerunt crudelitatem persecutorum: per sapientiam spiritualem, vicerunt mundi sapientiam: per pudicitiam carnis, vicerunt pulchritudinem vanam hujus mundi: & ii sunt sancti Martyres, Doctores, & Virgines sanctæ Ecclesiæ. Conjuro te, ꝑ̄ impiissime spiritus, per omnes illos Sanctos, qui durissimum bellum contra te: & tuos complices, atque membra illius superbissimi Luciferi, Christo duce, gesserunt, qui & ceteros in præmio salutis excedunt: quia quanto pericula majora evaserunt, tanto de salvatione sua sincerius gaudēt: qui idēo dicuntur stare supra mare vitreum, id est supra commune præmium remunerationis, quia habent visionem clariorem, & fruitionem beatiorē: & non solū in animalibus, sed etiam in corporibus habebunt hanc gloriam, in quibus pro Deo perpeffi sunt, & diversis laboribus temporalibus fatigati, ea pro amore Dei contemnendo, apud ipsum meruerunt, idēo etiam in corporibus præmiabuntur, quæ à beato Joanne Evangelista cytharæ Dei nominantur, quia pro ejus amore illa castigarunt. Unde & quanta in afflictis corporibus propter Deum fuit amaritudo suppliciorum, tantum in eis in æternum redundabit dulcedo præmii: & idēo exultabunt sancti de salute sua, qui liberati sunt per Christum à vobis dæmonibus inimicis spiritualibus, qui eos in varia peccatorum discrimina attrahere nitēbamini. Per hæc igitur mysteria, & omnia alia, quibus, tu maledicte dæmon, potes constringi, & ex hoc corpore fugari, te cogo, ut ex eas ab hac creatura Dei N. cum omnibus sociis tuis, ad eam nunquam rediturus, per illum, qui te victum ligavit, & regnum tuum destruxit, qui te projecit in tenebras exteriores, ubi fumus tormentorū tuorum ascendet in secula seculorum, Amen.

*ibidem**Apoc. c. 15.**Os. c. 13.**Hic*

Hic Exorcista interrogare poterit demones de nomine, sociis, & de quo ordine fuerint: Et si noluerint respondere, adhibeat ignem cum sulphore ardentem, eos profumigando: deinde sic sequatur.

O R A T I O.

Exo. 14.

Domine Deus exercituum, quia tua omnipotentia virtute populum Israel per Moysen, & Aaron servos tuos in manu forti, & brachio exrento ab Ægyptiaca servitute liberaſti: & hominem diabolica fraude deceptum, per mortem unigeniti filii tui Jeſu Chriſti, tua pietate, & miſericordia e faucibus inferni eripere voluisti, cujus ſaluti, tua mirabili, ſapientiffima diſpoſitione tu ſolus remedium invenire potuiſti, pro quo beneficio omnes Sancti te laudantes, tibi perennes gratias referunt, te ſuppliciter oramus pro liberatione hujus famuli tui N. qui diaboli dolis arretitur, ut e poteſtate ejus, interveniente ejuſdem filii tui paſſione, tua benignitate eripias. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

C O N J U R A T I O.

Apoc. 15.

Conjuro te ꝑ iterum, nefandiffime demon, per omnes illos Sanctos, qui laudantes Deum cantabant canticum Moysi, ſtantes ſuper mare vitreum, qui inſtar populi Iſraelitici per manũ Moysi liberati, cantant Deo canticum pro ſua liberatione, & de victoria exultantis: Sancti electi liberati a tua ſervitute per Chriſtum, cantant, illi gratias agendo de parva victoria contra Luciferum principem tuum, & ejus membra. Cantant etiam canticum Agni, qui eos liberavit, exultantes de ſubverſione ſpiritualis, & corporalis inimici, dicentes. Magna, & mirabilia ſunt opera tua, domine Deus omnipotens, Magna (inquam) quia nihil majus eſt quantum ad potentiam, quam de illo triumphare, cujus poteſtati nihil comparabile eſt ſuper terram. Nihil etiam eſt mirabilius, quam de operibus Luciferi, & miniſtro-

Ibidem.

Job. 6. 41.

rum ejus sic dispensare, ut Deus omnes astutias vestras, quas contra ipsum, & genus humanum, & quicquid pro vestra voluntate scelerata facere, arbitramini, contra vos vertat, & ipse Deus Benedictus juxta suam voluntatem hæc omnia secundum justitiam suam dispensat. Conjuro te, † iniquissime spiritus, per illum sacratissimum Agnum, qui pro nostra salute occidi voluit, qui ambulat super aspidem, & basiliscum, qui conculcat leonem, & draconem, qui occisus est ab origine mundi: quia passio, & mors ejus mox ab initio mundi effectum habere cepit in eis, qui meritis ejus à Deo Patre reservati sunt. Conjuro te, † spurcissime dæmon, per illum, cujus viæ justæ, & veræ sunt, qui est Christus. Justus enim est in persecutores exterminando, & justos ab eorum persecutoribus liberando. Et verus in promissa præmia tribulatis per eos reddendo. Opera enim Dei sunt magna per potentiam, qua omnia, quæ vult, facit: mirabilia per sapientiam, qua omnia sicut vult, disponit: justa per æquitate, qua omnem injustitiam ab eis excludit: vera sunt per misericordiam, qua in se sperantibus semper assistit. Conjuro te, † sceleratissime dæmon, per illam mirabilem, & sapientissimam dispositionem, qua Deus omnipotens, nostræ redemptioni viam adinvenit. Quid enim sapientius quam huic redemptioni viam invenire, quæ impossibilis erat ex parte creaturæ, quæ ad hoc non sufficiebat? Erat impossibilis ex parte Creatoris, qui inhabilis erat ad moriendum. Quid potentius, quam ex mortali, & immortali unum facere, duo maxime distantia in unius personæ simplicitate, sine compositione copulare? Quæ justitia rigidior, quam injustitia multa, etiam justum tradere? Et quæ misericordia lenior, quam ut servis parceret, filium affligere? quæ omnia misericordia sapientissimi Dei omnipotentis in opere nostræ redemptionis ostendit. Conjuro te, † pessime dæmon, per illum, quem timent, & adorant omnes Sancti, & electi Dei, de quo dicebat illa multitudo Sanctorum. Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? Solus ille

*Isaie 53.**Apoc., 13.**Adoc. 15.**Henricus**Arphius**lib. 1. misti**Theol. c. 7.**Apoc. 15.*

non magnificat, qui quantum est ex se, nomen illud ignorat, & ideo in illa vita omnes magnificabunt, quia omnes tunc, quantum sit illud nomen, manifeste cognoscent, & videbunt: quia solus pius est. Illi enim piū Deum habent qui non solum piū esse sciunt, sed etiam in sua felicitàte experientur: quando omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu ejus: quod tunc erit, quando omnes venient ad Judicium: qui modo se liberos putant, venient ad Dei veram cognitionem, qui tua deceptione jam dispersi sunt per varios errores: & adorabunt in conspectu Dei, qui unum Deum omnipotentem, & justum esse cognoscent, ideo ejus justiciam comendabunt dicentes, Quoniā judicia tua manifesta sunt. Tu siquidem, ò nefandissime spiritus, in presenti ob hoc Deum ignoras: quia judicia ejus manifesta non vides, tunc autem judicia ejus manifesta tibi erunt, & omnibus: & ob hoc unum Deum omnipotentem esse ignorare non poteris: quia illum, ut formidabilem iudicem tuum in tui damnationem cognosces. Soli ergo justī ex amore Deum adorabunt: quia vident eum sicuti est: vos vero rebelles ejus, & membra vestra per horribilia judicia cognoscentes, timebitis eum ex timore inviti, & coacti, contra vestram obstinatam voluntatem. Per illum ergo te constringo, & cogo, ut ex eas ab hoc famulo Dei N. quem dominus noster Jesus Christus suo sanguine, passione, & morte dignatus est redimere. Qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem, Amen.

ORATIO.

Ioan. c. 3.

Domine Jesu Christe, fili Dei vivi, qui ex maxima charitate tua, qua humanum genus dilexisti in hunc mundum veniens, viam perveniendi ad æternam beatitudinem tuis fidelibus, ore docuisti: & ne ab illa deviant, per prædicatores tuos illam ostendere voluisti: ut corda servorum tuorum ad te converterent: te piissime Redemptor devotè per immensam pietatem tuam deprecor, ut hunc famulam N. ab oppre-
sione
dæmonum

dæmonum liberes, & liberarum, custodire digneris.
 Qui vivis, & regnas in secula seculorum, Amen.

CONJURATIO.

Conjuro te, † iniquissime dæmon, per illam magnam vocem, quæ exivit de templo, præcipiens septem Angelis, ut effunderent septem phyalas iræ Dei in terram: quæ vox omnipotentis Dei est. Magna equidem, quia exiens è templo sanctæ Ecclesiæ, magna prædicatoribus suis præcipit: ut effundant phyalas iræ Dei, suas scilicet prædicationes, ex quibus aliqui homines veniam placationis, aliqui vero iram ultionis sumunt. Super terram effundunt phyalas suas, quando prædicant verbum Dei hominibus terrenis, ut eorum corda convertant ad dominum Deum suum. Conjuro te, † maledicte dæmon, per illum primum Angelum, id est Christum, qui tunc effundit phyalam suam, quando prædicavit Judæis poenitentiam suorum peccatorum, in quibus vulnus sævum, ac pessimum infidelitatis, & obstinationis factum est, ex quo alia peccata procedunt: & tale vulnus factum est in hominibus, qui habent characterem bestię, & imaginem ejus: quia qui Domino derelictos, te venerantur, & infidelitatem, quæ est character ejus, illum sequuntur ejusdem impietatis vulnere pessimo peribunt. Conjuro te, † spurcissime dæmon, per illum secundum Angelum, qui ex præcepto Dei effudit phyalam suam in mare, in quo mortua est omnis anima vivens: quia tempore Antichristi (te instigante) sequaces ejus non solum non obediunt prædicatoribus Dei, & eorum salutaribus monitionibus, sed etiam servorum Christi stabilitatem undis amaræ persecutionis infectentur usque ad sanguinis effusionem. Conjuro te, † malignissime spiritus, per tertium Angelum, qui phyalam suam effudit super flumina, & fontes aquarum, quando prædicatores proponunt verbum Dei super hæreticos, & Ecclesiæ persecutores, qui dicuntur bibere sanguinem, sicut sanguinem Apostolorum, & Prophetarum.

Apoc. c. 15.

Ibidem.

Apoc. 16.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

tarum fuderunt, ut rectè eis dicatur: sanguine peccasti, & sanguis te persequitur. Conjuro te, † sceleratissime dæmon, per quartum Angelum, qui ad imperium Dei effundet phyalam suam in Solem, qui æstu magno homines affliget, quando ille perditus homo, & filius perditionis, & maledictionis æternæ Antichristus, sua superbia tumens, non cæcum, neque tenebrosum, sed Solem justitiæ se esse appellabit. Qui phyalam, sacram scilicet Scripturam super effusam sibi per sanctos Doctores ferre non valens, indignabitur, & irascetur, & ad tantam insaniam se, & suos provocabit, ut non solum Sanctos, immo ipsum Deum audeat blasphemare, qui

Ibidem.

habet potestatem super has plagas. Conjuro te, † spurcissime dæmon, per quintum Angelum, qui jussu Dei effundet phyalam suam super sedem bestię, id est, super potestatem judicariam Antichristi, quando terrenæ felicitatis falsa læticia contenebrabitur, ut sicut justus labores fructuum suorū manducabit, sic impius ille homo dignis blasphemię suæ pœnis expositus, quasi lingua sua saturabitur, ut rectè de eo, & suis ministris dicatur.

Ibidem.

Commanducaverunt linguas suas præ dolore. Conjuro te, † iniquissime spiritus, per sextum Angelum, qui ex divino præcepto effudit phyalam super flumē illud magnum Euphratem, ex qua aquæ ejus desiccatae sunt, ut præpararetur via regibus ab ortu Solis. Licet enim Deus omnipotens per Prædicatores suos effundat doctrinam suam in corda hominum, ut eos ad se converterat, tamen (tua persuasionem decepti) aliquando, & sæpe reprobi, post effusionem, & prædicationē sacrae, nolunt se corrigere, sed in majorem excæcationem præcipitantur, è quibus, velut ex ore draconis, exeunt spiritus immundi, id est verba perversa, quibus seducunt corda hominum per falsam doctrinam, & in eis generant diabolum, sicut fideles Christi per doctrinam, & in eis generant diabolum, sicut fideles Christi per doctrinam ejus ipsum generant in cordibus fidelium. Et hi spiritus exeunt per modum ranarum, quæ sicut in luto morantes, garrulæ sunt, & aliis quietem auferunt: sic isti tui sequa-

ces bonis infesti sunt, & eorum pacem impediunt. Per virtutem igitur domini nostri Jesu Christi, te constringo, maledicte dæmon, ut statim exeas ab hac creatura Dei N. & sine mora vadas ad loca tibi à Christo deputata, quam ipse dignatus est ad suam sanctam gratiam evocare. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit, & regnat in secula seculorum, Amen.

Hic Exorcista conetur scire causam, quare demones recedant: & si responderint se detineri à superiore demone: tunc precipiat alteri, ne illum impediatur, quibus peractis, sequatur hoc modo.

ORATIO.

Domine Jesu Christe, piissime redemptor, qui Ecclesiam tuam benignissima pietate tua coadunasti, & eam semper ab erroribus illæsam, & intactam custodire voluisti, qui servos tuos, ne in novissimis temporibus per maximas tribulationes ab illa recederent, tua sanctissima doctrina in fide confirmasti: & ne minas, & terrores illorum temporum timerent, eos cautos reddidisti: præsta quæsumus, ut per virtutem tui sanctissimi nominis, dæmones hanc creaturam tuam N. vexantes expellere valeam: ut tua misericordia ab eis liberata, te laudare possit in secula seculorum, Amen.

Ecclesia in oratione 5. Feria Pascha.

CONJURATIO.

Conjuro te, spurcissime spiritus, per septimum Angelum, qui ut jussione Dei adimpleret, effudit phyalam suam in aërem, ex quo facta est vox magna de templo, & throno, & terræ motus magnus, qualis nunquā fuit: cujus tremore civitas magna secta est in tres partes. Iste equidem Angelus effundet phyalam, id est prædicationem suam, in aërem: quia manifeste loquens, Antichristum advenisse, nunciabit: quo audito Sancti viriliter agent, dicentes. Factum est: venit ultimus dies, moriamur pro Christo. Tunc enim, o scelerate dæmon, civitas tua magna, id est perverſi homi-

Apoc. 16.

Ibidem.

homines hujus mundi dividuntur in tres partes: una est, paganorum: altera, hæreticorum: & alia, hypocritarum, qui cum divisi, & separati fuerint à veris Christianis, per illud ultimum Judicium, tunc Babylon illa magna, mater abominationum, corruet. Conjuro te, *Apoc. c. 17.* iniquissime dæmon, per illum Angelum, qui beato Joanni declaravit mysterium damnationis illius meretricis magnæ, quæ Antichristum, & ministros ejus significat, qui sedebit super aquas multas, id est super plures populos, super quos regnabit. Hic enim (te adjuvante, & operante) plenus erit nominibus blasphemiarum, & tua impietate: qui superbia inflatus, eriget se contra Deum, & sedebit super te bestiam, quo plenus erit, quia (te hortante) reprobi tunc per diversa vitia corruent. *Ibidem.* Ille enim maledictus homo Antichristus erit ornatus auro, & lapidibus pretiosis, quæ sunt divitiarum, & gloria hujus seculi, fulgebit. Deferet etiam poculum aureum: quia sua persuasione, ad hanc transitoriam delectationem homines alliciet, quibus miseros homines ab amore Dei retrahet. Sed gaudere debet verus servus Dei: quia & si iste iis ornamentis habilis sit ad decipiendum suos sequaces, non tamen fideles; quia habet signum manifestum in fronte, quod est Babylon magna, mater fornicationum. *Ibidem.* Magna fuit, quia peccato captivavit populum Dei. Conjuro te, *†* scelerate dæmon, per illum, qui per Angelum dignatus est exponere beato Joanni Evangelistæ sacramentum mulieris meretricis, quam sedentem super bestiam ipse viderat, Bestia, quam viderat (inquit) fuit & non est, & ascensura est de abyssu, est diabolus, qui homines bestiales facit, cum eos ad peccatum inducit. fuit ante Christi adventum: quia tunc maximam potestatem habebat: sed non est, quia post Christi adventum licet penitus potestatem non amiserit, multum tamen debilitata fuit. *Ibidem.* Tempore autem Antichristi talis bestia ascensura est de abyssu: quia potestatem priorem accipiet, tamen finaliter, mortuo Antichristo (quia amplius non habebit locum tentandi) in inter-

in infernum ibit, quia tecum detrudetur in infernum cum suis satellitibus, ex quorum numero, tu maledice spiritus existis. Exi ergo, scelerate, ab hoc famulo Dei N. & ne differas parere mandatis, tibi in nomine Jesu Christi Nazareni crucifixi factis. Qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

ORATIO.

Omnipotens, sempiternus Deus, qui per verbum *psal. 148.*
 tuum ex nihilo omnia creasti, & ea à tuo ordine, diabolica fraude dilapsa, per mortem ejus mirabiliter restaurasti, cujus presentia Ecclesiam tuam illuminare mirabilius decrevisti, & regnum peccati ejus doctrina destruere voluisti, movens unumquemq; nostrum recedere à servitute illius, pro qua liberatione omnes Sancti exultantes, gratias inenarrabiles tibi perenniter referunt: te domine sancte Pater humiliter exoro, ut per immensam charitatem tuam, virtutem fugandi demones ab hoc famulo tuo N. misericorditer mihi tribuas: ut à potestate eorum liberatus & suæ pristinae sanitati condonatus, tibi servire possit. Qui in Trinitate perfecta vivis, & regnas in secula seculorum. Amen.

Apoc. 18.

CONJURATIO.

Ibidem.

Conjuro te, pessime demon, per illum alterum Angelum descendentem de caelo, habentem pietatem magnam, ex cujus gloria illuminata est terra, qui exclamans in fortitudine dicebat Cecidit, cecidit Babylon illa magna, & facta est habitatio demoniorum. *Daniel. 7.*
 Angelus enim iste erat Christus, nuncius paternæ voluntatis, qui de caelo descendit, cum carnem, & animam in utero virginali assumpsit, qui magnam potestatem habere dicitur quantum ad utranq; naturam. *Mat. 28.*
 Potestas ejus, potestas æterna, quæ non auferetur De humana autem, dicit ipse. Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra. A quo illuminata est omnis terra, id est Ecclesia electorum:

Apoc. 18.

quia effugando à cordibus fidelium tenebras peccatorum, & ignorantia, illuminavit omnem hominem venientem in hunc mundum. Clamavit autem Christus contra regnum peccati, quando destruxit illud sua morte, dicens. Cecidit, cecidit Babylon illa magna. Cecidit (inquam) per duplicem damnationem, animæ scilicet, & corporis: quia obstinati peccatores, & omnes tui sequaces tecum damnabuntur in corpore, & anima: & facta est habitatio dæmonum: quia dæmones in cordibus impiorum habitantes per carnis illecebras immundi spiritus dicuntur Babylonia igitur, congregatio pravorum, habitatio dæmoniorum est: quia dum in tenebras peccatorum ruunt, quos, nisi malignos spiritus, habitare in eis intelligere possumus? Conjuro te, superbissime dæmon, per illum Angelum, qui est Christus, qui máximo amore affectus erga salutem servorum suorum, & nos exhortans ad poenitentiam admonet, ut exeamus à congregatione pravorum, dicens. Exite de illa populus meus, ne participes sitis delictorum ejus. Exite (inquam) animo, & non faciatis opera ejus, nec facientibus consensum præbeatis. Et non solum nobis exire præcipitur, sed etiam jubetur ministris diaboli, ut duplicent illi poenas, & tormenta, in corpore scilicet, & anima. Tradite (inquit) illum calori, & frigori, ut transeat ab aquis nivium ad calorem nimium, reddite illi æternam poenam, ut puniatur non solum pro actualibus peccatis, quæ commisit, sed etiam pro voluntate, qua illa commisit: quia ipsi reprobi æternaliter si viverent, æternaliter peccare vellent. Conjuro te, nefandissime dæmon, per illud magnū gaudium, & exultationem, quam omnes Sancti, & electi Dei facient, reddentes gratias Deo de beneficiis ab eo acceptis, dicentes. Laus, & gloria, & virtus Deo nostro: quia vera, & justa sunt judicia ejus, qui judicavit de meretrice magna: quæ corrupit terrā in prostitutione sua, & vindicavit sanguinem servorum suorum de manibus ejus. Et non solum Sancti minores de hac dānatione Babylonicæ civitatis, & omnis idolatriæ laudabunt Deū, sed

*Ibidem.**Apoc. 6. 19.*

sed etiam illi majores, qui in Ecclesia fuerunt iudices, & doctores aliorum, & ideo pusilli, & magni laudabunt Deum, & ista vox est Ecclesie, cum in die iudicii ab ea exierint omnes mali, & æterno igne cruciabuntur, & fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum: quia superbia tua, & tuorum sequaciū æternaliter in te, & in omnibus damnatis obstinatis durabit, propterea fumus ascendet: quia in præsentī seculo Babylon ista tua, ex parte crematur, & in perditionem vadit, sicut Hierusalem in illis Sanctis, qui de hoc seculo migrarunt, transit in Paradisum. Conjuro te, † immundissime spiritus, per illam vocem, quam audivit beatus Joannes laudantem Deum, & dicentem, Laudate Deum, quoniam regnabit Dominus noster omnipotens: gaudemus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ agni: Gaudio scilicet, & lætitia duplici, quam habebunt Sancti: Primo, quia videbunt regnum peccati penitus extinctum, ex quo eis adveniet magnū gaudium: lætabuntur de securitate divinæ fruitionis æternæ. Secundò, de salvatione justorum, de qua maxime gaudebunt Sancti: quia regnum Dei ex eorum salute completur. Gaudere igitur debemus, quia venient nuptiæ agni, quando Ecclesia Domino in thalamo regni cœlestis sociabitur, si tamen hic per opera justitiæ spirituali convivio, & perenni regno se dignam exhibeat, ut juxta Domini parabolam advenienti sponso, lampades suas ornatas, & accensas teneat. Conjuro te, † maledictæ dæmon, per illum, qui vocat nos ad cœnam agni: nimirū, quia sicut in fine diei omnium cœna est, sic finito præsentis vitæ tempore, ad refectionem supernæ contemplationis Sancti profectò ad cœnam agni vocantur. Beati igitur, qui ad cœnam illā cœlestem agni vocati sunt, ubi induci stolis albis omnes gaudebunt cum Christo, illa inseparabili conjunctione, fruendo illa divina essentia in secula seculorum. Amen.

Hic interroga patientem, quicquid illi interius suggerit dæmon, applicando illi remedia, & exhor-

& exhortationes, prout opus erit, denuò sic sequere.

ORATIO.

Ex Dionysio Chartusiano de quatuor uobis.

Apo. 12.

OMnipotens sempiternæ Deus, qui unus in Trinitate, & Trinitas in unitate ab æterno beatus exiit, secundum immensam sapientiam, & infinitam providentiam tuam homines, & Angelos electos ad æternam, & immarcescibilem, cœlestemq; beatitudinem & contemplationem tuæ divinæ essentiæ æternaliter prædestinasti, ubi cum Filio tuo, & Spiritu sancto te æterno, & infinito gaudio in illa beatissima, æternalique, & perenni visione fruuntur: ubi de sua æternali, ac firmissima beatitudine securi, in illa cœlesti patria omni lætitia jucundabuntur. Te domine sancte Pater, qui Angelos tibi tuæque immensæ bonitati, ac benignitati de tot donis naturalibus in sua creatione acceptis, rebelles, & ingratisimos è cœlo ejiciens, ad infernale supplicium tua immensa virtute, & potentia deputasti, humiliter deprecor per pietatem, & misericordiam illam, qua justos salvas, ut virtutem expellendi dæmones ex hoc corpore mihi misericorditer concedere digneris, ut hic famulus tuus N. à diabolica vexatione liberatus, & suæ sanitati restitutus, tibi in Ecclesia tua gratiarum referat actiones. Per Christum dominum nostrum. Amen.

CONJURATIO.

Luc. 11.

Ex Dionysio Chartusiano de quatuor uobis.

Conjuro te, & iniquissime spiritus, per illam inexco- gitabilem, & immarcescibilem gloriam cœlestem, quam præparavit Christus fidelibus, & electis suis in illa cœlesti beatitudine, quæ à beato Joanne Evangelista sub nomine cœnæ agni appellatur, quando dicit. Beati, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Conjuro te & scelerate dæmon, per illam benedictam, & sanctissimam Trinitatem, quæ in tui (dedecus, & opprobrium) ò miser dæmon, omnes cives cœlestes reficit illa suavissima, & præstantissima refectio spiritali Christi, qui merito suæ salutiferæ passionis, vobis januam, & aditum regni cœlestis referavit. In quo æter-

na sa-

nę salutis regno, quod ex maxima superbia, & temeritate tua perdidisti, omnis anima fidelis filio Dei perfectissime desponsatur, & inseparabiliter per beatissimam visionem, atque completam fruitionem unitur: ubi unicuique menti beatę nobilissima, & jucundissima æternalisque cœna, quę est resectio gloriosa summę confortans, & sine fastidio satians, exhibetur. Conjuro te † maledictę, ac nefandissime spiritus, per Deum patrem omnipotentem, qui suis electis claram sui ipsius cognitionem, & fontalem, deliciosissimamque deitatem, ac ineffabilem charitatem præbet, qui taliter humanum genus dilexit, ut filium suum unigenitum pro eius salute daret. Conjuro te † ingratisime spiritus per unigenitum filium Dei Jesum Christum dominum nostrum qui, cum in patria erimus, illuminationem mentis ad cognoscendum suę incarnationis mysterium, & suam glorificaram humanitatem, ac omnem ipsius sollicitatem, & gloriam nobis præbebit. Conjuro te, † spurcissime dæmon, per spiritum sanctum paraclytum a patre, & filio procedentem, qui illa suavissima, dulcissima ac beatissima semperque jucundissima cœlesti cœna civium supernorum, mentibus beatorum largitur splendidissimam jucundissimamque totius superbenedictę Trinitatis notitiam, & omnę suam charitatem, dignationem, & pietatem quibus mētes Sanctorum abundantissime nutriuntur, excellentissime deificantur, suavissime inebriantur, inseparabiliter uniantur, supernaturaliter nobilitantur, gaudiosissime satiantur, atque æterna securitate fruuntur. Hęc est illa cœna, quę tibi, ò iniquissime spiritus, parata fuerat à Deo, quã ob maximã, & inauditam temeritatem tuam tã miserabiliter perdidisti, quando in tanta nobilitate constitutus, ut ingratisimus, insipiēs & stolidus dicebas in corde tuo, tuũ blasphemando conditorē, in cœlum conscendam super astra Dei exaltabo solium meum, ascendam super altitudinem nubium, ponam sedē meam ad aquilonē, & ero similis altissimo. Ex qua temeritate ejectus cœli fastigio, ad infernum detraheris, ò infelicē commutatio.

*Osee. 6. 2.**Ioan. 3.**Symbolum
Nicenum.**Apoc. 6. 12.**Isa. 14.*

mutatio.

mutationem, & justissimam pœnam. Quale refrigeriũ erit tibi, cuique complicibus in illo perenni inferno ubi tot tormenta vobis sunt præparata? In ipso enim æternæ mortis chaos, in quo erit habitatio tua sempiterna, quid aliud invenitur, nisi jugis flamma, perseverans tribulatio, pœpetua, atque infinita pœna, & totius mali calamitas? Ubi etiam igneus fluvius, & scæda paelus omnia complet. Atque utinam mors posset in his subvenire angustiis. Sed (quod est horribilius) adhuc vives in tormentis positus, ut cruciatibus gubernaris. Ibi ululatus, & planctus, gemitusque, & mugitus continuè personant, simulque clamor ubique confusus attollitur: quem dira vis tormentorum exagitat, & incendii arsura extorquet. Hæc autem tribulatio, quæ illic miseros excipit, nullo termino finitur, nulloque fine concluditur, sed flammaram atroci adustione consumitur. Ibi enim vermis, qui numquam moritur, & ignis qui numquam extinguitur, atque stridor dentium semper sentitur. Gehennæ, lethaleque frigus, & glacies, fames pessima, & sitis immensa, dolor perpetuus, & continuus languor, sæva pestis, & indicibilis lues. Tenebræ densissimæ, & nox obscuritatis horrendæ. Ibi nulla requies vobis miseris dabitur, ubi omnia mala, & cuncta tormentorum genera inveniuntur. Mors immortalis, defectus indeficiens, & infinitus. Hæc est commutatio, & merces tua, o miserrima creatura, quæ tibi, & tuis complicibus constituta est, quam ob superbiam, & malitiam tuam meruisti, quia immensa illius cœlestis patriæ gaudia gustare noluisti. Per illam igitur cœlestem cœnam, & spirituale convivium te adjuro, constringo, & cogo maledictæ spiritus, à Deo maledictus, & in tenebris æternaliter præcipitatus, ut exeas, & recedas ab hac creatura Dei N. quam dominus noster Jesus Christus sua passione, & morte redimere dignatus est, & vade ad sedes infernales, seu ad loca tibi à Deo deputata. Quod si more tuo bestiali obedire nolueris, & præcepta mea tibi in virtute Dei facta, obstinate contempseris, ego, ut minister Christi, licet

*Mat. 13.**Isaia 66.**Mat. 13.*

licet immeritus potestate mihi ab illo tradita, exnunc
 impero Lucifero, & omnibus furiis infernalibus, ut cō- *Luca 5.*
 tra te insurgant, & irruant, te omnibus pœnis excrucie-
 rent, & in stagnum ignis, & sulphuris te præcipitent: ibi
 acrius, & durius solito cruciandus, & maledictio, ac ira
 Dei omnipotentis, Patris, & Spiritus sancti, & indigna-
 tio ejus, veniant super te, spiritus rebellis, quæ te, & o-
 mnes tibi faventes omnibus pœnis supradictis afficiant,
 & excrucient in secula seculorum. Amen.

ORATIO.

Domine Jesu Christe, rex potentissime, qui Eccle-
 siam tuam in nomine tuo congregatam, & in san-
 guine tuo redemptam, tua pietate conservare nō
 desinis, qui nos per mortē tuam è facibus diaboli eruens
 clausum vitæ æternæ ostium aperuisti, & fideles tuos de
 antiquo hoste, tua gratia triumphare fecisti, quos ad cœ-
 lestem, in, & æternam patriam, per prædicatores vocare nō
 desinis, qui tua omnipotenti virtute de cœlo descendēs,
 illum refugam tyrannum diabolum, & Satanā ad infer-
 nū deputasti, te, piissime fili Redemptor mundi, humili-
 ter exoro, ut per virtutē tuæ sacratissimæ, passionis, gra-
 tia expellendi dæmones ab hac creatura tua. mihi mi-
 sericorditer impendere digneris. Qui vivis, & regnas in
 secula seculorum. Amen.

CONJURATIO.

Conjuro te, † malignissime dæmon, per illum for-
 tissimum, invincibilē Jesum Christum, qui sedet
 super equum album, qui vocatur fidelis, & verax, *1. Tim. 4.*
 qui cum judicat, & pugnat, cujus oculi sunt ut flamma *Apoc. c. 19.*
 ignis, habens nomē scriptū, quod nemo novit, nisi ipse,
 cujus vestis erat aspersa sanguine, cujus nomen est ver-
 bum Dei, Rex regum, & dominantū. Vidit enim bea-
 tus Joannes (in tui dedecus, ò scelerate spiritus) cœlum *1. Tim. 6.*
 apertū, ut qui invitati fuerant ad illā cœlestē coenā agni,
 possent introire, quod clausum extitit ante Christi In-
 carnationē, mortē, & resurrectionē propter peccatū A- *Coloss. 2.*
 dæ: apertū est aut post ejus Ascensionē quia morte sua de-
 levit chirographū peccati. Christus enim, ò inique spiritus
 (in tui

(in tui confusionem) habet nomen illud novum, quod nemo novit, nisi ipse, & simul tota Trinitas. Habet veste aspersam sanguine, id est humanitatē suam, quæ (in tui damnationē) in sua passione tota aspersa fuit sanguine. Habet etiam illā vestem aspersam sanguine: quia (in tui opprobrium) est circūdatus Sanctis omnibus, qui in hoc martyrii bello pugnātes, alii effecti sunt martyres facti, & alii voluntate: qui sequuntur Christum in equis albis: quia eorū corpora, & luce justitiæ, & castimonie candore claruerunt. Tenet Christus in vestimento scriptum. Rex regum, & Dominus dominantium, quod nemo alienus à fide potest accipere. Ecclesia autē non atramento, sed spiritu Dei vivi in tabulis cordis scriptū tenet. Et describitur in vestimento Christi: quia mysterio dorsa est, in quo Dei filius vestit⁹ est humana carne, & opere passionis ejus, illius nobis majestas, regnūq; aperit, quod tua perversitate clausum omnibus fuit. est fidelis, & verax Christus: quia quod promittit, sine dubio implet, & cum justitia judicat, & pugnat: quia debellando vos ac reas potestates, ejus justitia ante potentiam prævit, quando solus calcans torcular, pro nobis mori voluit, ut justitiæ satisfaceret. Habet denique oculos, ut flamma ignis: quia per gratiam illustrat mentes fervorū suorū fidelium. Conjuro te, & maledicte dæmon, per illum mirabilem Angelum, quem Joannes in Sole stantem vidit, voce magna clamantem, id est Christum, qui in Ecclesia justorum, quæ Soli comparatur, stat: quia in patria fulgebunt sicut Sol. Clamat autem ad aves, quæ volant per medium cœli, id est ad animas volantes de peccato in peccatum, illas, quantum in se est, vocando ad poenitentiam: clamavit per se ipsum, clamavit nunc & per suos Prædicatores tempore Antichristi clamabit, qui vocabunt populis suis prædicationibus ad regnū cœlestē, dicentes. Venite ad cœnam agni. Magna profecto erit audacia Antichristi, o miserime spiritus, qui (te astante, & instigante) cum suis satellibus audebit pugnare cum Christo, sedente in Ecclesia suorum fidelium; sed ejus temeritas cito peribit: quia apprehendetur

1. Tim. 6.

Apost. 19.

Ibidem.

Ibidem.

tur bestia. & pseudopropheta, & mittentur in stagnum ignis ardentis, & sulphuris: tunc enim Antichristus, & hæretici tui detrudentur tecum, ò bestia terribilissima, in infernum, & in stagnum ignis, & sulphuris. Conuro te, & sceleratissime dæmon, per illum fortissimum Angelum, quem Joannes vidit descendentem de cælo, habentem clavem abyssi, qui tenens cathenam in manu sua, apprehendit diabolum, serpentem antiquum, qui est diabolus, & Satanas, & ligavit, & misit eum in abyssum, & clausit ostium, & signavit super illum, ut amplius non seducat gentes: qui est Christus Jesus dominus noster, qui paterna potestate præditus, descendit in carne, inclinavit cælos, & descendit cum principe tuo Lucifero bella gesturus, atque illo ligato, vasa ejus erecturus, apprehendens serpentem antiquum, qui dicitur diabolus, quia criminator: & Satanas, quia adversarius, ligavit eum à passione sua usque ad finem mundi, & misit eum in abyssum per mille annos, postquam solvendus est à carcere, ut seducat gentes. Sed parvo tempore durabit ejus malitia: quia ignis descendens de cælo devorabit suos sequaces, & ipse tecum mittetur in stagnum ignis, & sulphuris, ubi cruciabitur die, ac nocte in secula seculorum. Conjuro te, & pessime dæmon, per illum, qui sedet super thronum magnum, & candidum, à cujus conspectu fugit terra, & cælum, qui est Christus Jesus dominus noster, qui sedet super Ecclesiam candidam non habentem maculam neque rugam, ante cujus conspectum fugit cælum, & terra, ut ipse insinuat, dicens. Cælum, & terra transibunt. Iterum conjuro te, & scelerate dæmon, per Deum altissimum, & per Jesum Christum salvatorem nostrum, auferentem peccata mundi, cujus creaturam, nefandissime spiritus, artibus tuis tentare, & occupare ausus fuisti, & tibi præcipio, ut illam desinas molestare. Contremisce, immundissime spiritus initium omnium malorum, transgressor veritatis, justitiæ persecutor, author fornicationum, seminator zizaniarum, dissipator pacis, lator discordiæ, pessime dux tenebrarum, moris inventor, janua inferni, devorator

*Apoc. 20.**Psal. 17.**Apoc. c. 20.**Joan. c. 13.*

vorator animarum, omniumque malorum causa, Recede ergo, per nomen æterni Dei, & domini nostri Jesu Christi ab hac creatura sua N. cum omni tua damnata societate, relinquendo ipsam sanam, & liberam. ut invenisti, pro qua ipse dominus noster Jesus Christus ob suam misericordiam, & pietatem dignatus est crucifigi, & mori. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit, & regnat in secula seculorum. Amen.

IMPROPERIA EXPROBRANTIA

DÆMONES.

1. Pet. 5.

Audi igitur insensate, false, reprobe, & iniquissime spiritus. Inimicus fidei. Adversarius generis humani. Mortis adductor. Vitæ raptor. Justitiæ declinator. Malorum radix. Fomes vitiorum. Seductor hominum. Proditor gentium. Incitator invidiæ. Origo avaritiæ. Causa discordiæ Excitator malorum. Dæmonum magister. Miserrima creatura. Tentator hominum. Deceptor malorum angelorum. Fallax animarum. Dux hæreticorum. Pater mendacii. Facus bestialis. Tui creatoris inimice. Insiapiens ebriose. Iniquus, & iniquorum caput. Prædo infernalis. Serpens iniquissime. Lupe rapacissime. Sus macra, famelica, & immundissima. Bestia cruginosa. Bestia scabiola. Bestia truculentissima. Bestia crudelis. Bestia cruenta. Bestia omnium bestiarum bestialissima. Ejecte de paradiso. De gratia Dei, De cœli fastigio. De loco inerrabile. De societate, & consortio Angelorum. Immundissime spiritus. Inicium omnium malorum. Transgressor bonæ viæ. Veritatis, & justitiæ persecutor. Auctor fornicationum. Seminador zizaniarum. Dissipator pacis. Latio discordiæ. Pessime dux tenebrarum. Mortis inventor. Janua & vorago inferni. Crudelis devorator animarum. Omniumque malorum causa. Malignissime dæmon. Spurcissime spiritus. Nefandissime susurrator. Nequissima creatura. Vilissime apostata. Scelestissime latro. Impiissima bestia infernalis. Superbissime, & ingratisime spiritus. Iniquissime
refuga

Joan. 3.

Isaia. 14.

refuga, tyrannice. Omni bono vacue. Plene omni dolo, & fallacia. Hominum exterminator. Derisio totius angelicæ naturæ. Maledicte Sarana à Deo. Excommunicare à tota cœlesti curia. Blaspheme Dei, & omnium Sanctorum. Damnate à Deo, arque damnande. Spiritus fuliginose. Spiritus tartaree. Fili perditionis. Fili maledictionis æternæ. Rebellis Dei, & totius cœlestis curiæ. Serpens crudelissime. Draco iniquissime. Creatura damnata, reprobata, & maledicta à Deo in æternum ob superbiam, & nequitiam tuam. Audi (inquam) superbiam tuam, & iniquissimi principis tui. Cum itaque ipse nequissimus Saranas caput tuum, & princeps omnium iniquorum tyrannidem suam, quam solum exercere poterat in filios Adæ, ab ipso seminali ratione propagatos, extendere præsumpsit in summum Imperatorem, Regem regum, & Dominum dominantium, Deum, & omnipotentis Dei filium unigenitum, agnum immaculatum, in quo non habebat quicquam: & ob hoc ab ipso domino Jesu Christo Salvatore nostro, qui dilexit, & lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo, ipse Saranas cum omnibus Angelis apostaticis, de quorum numero tu miserime, & inique inavor excæcatus existis, à Deo judicatus, superatus, captivatus, & victus fuerit: & nos omnes in ipsum credentes in virtute deificæ Trinitatis baptizatos, & aliis sacramentis ab ipso filio Dei institutis initiatos, de potestate tua iuste, & potenter eripuerit. Idcirco spurcissime, malignissime, & immundissime Spiritus in virtute, & potestate ipsius summi Imperatoris Jesu Christi domini nostri, te conjuro, † & per omnia alia, quibus potes constringi, ligari, fugari, & cruciari, & de loco ad locum mitti, ut quam citius ex eas ab creatura Dei N. & plasmate Christi, cum omnibus adherentibus, & tibi faventibus, quam dominus noster Jesus Christus suo sanguine dignatus est redimere, & à faucibus tuis eripere. Da igitur locum Spiritui sancto, per hoc signum sanctæ † Crucis domini nostri Jesu Christi. Qui venturus est judicare vivos,

*Mat. 25.**Ex antiquis Exorcismis.**Apoc. 17.**Apoc. 1.*

re vivos, & mortuos, & te maledicte spiritus, & seculi per ignem. Amen.

CONJURATIO.

*Ex anti-
quis exor-
cismis.*

NEc te lateat, maledicte dæmon, nec te lateat creatura damnata reprobata, & maledicta à Deo in æternum ob superbiam tuam, imminere tibi poenas, imminere tibi tormenta, diem Iudicii sempiterni, diemque, qui venturus est, velut clibanus ardens, in quo tibi, atque angelis tuis sempiternus erit preparatus interitus, idèd pro tua nequitia damnare, atque damnande, da honorem Deo † vivo, & vero: da honorem Iesu † Christo filio ejus domino, & salvatori nostro: da honorem Spiritui † sancto paraclito, & tremens, gemensque ab hac creatura Dei N. discede cum omnibus maleficiis, incantationibus, ligaturis, signaturis, & facturis tuis, ad eam nunquam rediturus, per virtutem Iesus, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

EXPROBRATIO IN SATAN.

*Rupertus
Abbas de
victoria
verbi Dei.*

*Ezechiel.
28.*

Audi ergo, ò miserrime, & iniquissime spiritus, qui tam immensa, atque ineffabilia dona à tuo conditore in principio tuæ conditionis recepisti: audi (inquam) tu, qui in signum maximæ ingrati tudinis tuæ, non solum rebellis, & ingrati ssimus exticisti, sed etiam vice illius ab Angelis, ab hominibus, & à Christo adorari voluisti. Deus enim omnipotens, magnus, & admirabilis, cum ab æterno in se beatus existens, nulla creatura indigeret, ex sua tamen bonitate, & ineffabili potentia, te & omnes angelos creando, tanta pulchritudine, sapientia, & magnitudine exornavit, ut astra maturina esse possent. Quod cernens ille maledictus Lucifer, princeps tuus: & caput omnium iniquorum, non solum gratias de immensis donis suo creatori non reddidit, sed ut rebellis, & ingrati ssimus contra ipsum pugitare cœpit. Qui licet nullam causam veram inimicitia adversus Deum haberet, falsam tamen sibi confin-

xii. Cum enim Deo benedicto, ex sua mera liberalitate, naturam Angelicam creando, maximis muneribus, donis, & gratis decorare placuisset, ille in signum maxime ingratitude suæ contra Deum superbiendo, dedidit terga conditori suo. O ingratitude maximam, & inauditam temeritatem, æternali igne exurendam. Sed quomodo illud sufferre jam potes, quod omnipotens Deus de tui principii, singulisque vestrum pulchritudine, scientia, & magnitudine per Ezechielem prophetam profideretur, & dicit. Tu signaculum similitudinis, & cujus similitudinis, nisi sanctissimæ, atque adorandæ Trinitatis? quæ est magnitudo, sapientia, & pulchritudo Patris, & Filii, & Spiritus sancti, cujus magnitudine, sapientia, & pulchritudine adeo participastis, ut signaculum similitudinis appellaremini. Plenus sapientia, & perfectus decore, quia speciosum (inquit dominus Deus) feci illum, in delictis paradisi Dei fuisti. At tu vecors cum in tanta honore esses, non intellexisti, sed hæc omnia in materiam superbiendi vertisti. O miserrime, quo nulla creatura inferior, non sufficebat tibi tuoque principi tanta largitas tui conditoris, nisi ille à vobis ut Deus diceretur, vel existimaretur, nisi ipse Lucifer appellaretur Deus, nisi adoraretur ab Angelis ut Deus, nisi prædicaretur, & ipse increatus? Negando quippe Deum suum conditorem esse, ausus est asserere, se Deum esse. Ego (inquit) feci me ipsum, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi. Deliberasti apud te, o bestia infernalis, cum tuo principe Lucifero, arque proposuisti in corde tuo dicens. Ascendam super altitudinem nubium, & ero similis altissimo. Nimirum nubium nomine, ceteros angelos ille maledictus princeps tuus cognominavit ob magnitudinem, & pulchritudinem suam: quia superbia tumens, magnus videbatur in oculis propriis: ex quo tumore tanto omnes angelos semetipso viliores reputavit, quanto nubes candidæ & lucidæ obscuriores sunt sole: quia arbitratur se esse, tanquam Sol, & lux, qua nubes indigent, ut illustrentur, & pro tali haberi volebat. Sed re vera, o miser, res non ita se

*Ezechiel.**ibidem.**Ezech. 28.**Isaia. 14.*

*Ibidem.**Isaïa, 14.**Ezechiel.
28.**Ioan. 1.*

habuit. Ista profectò determinatio cordis tui erat contraria proposito Dei, (inquam) contraria verbo, veritæque Dei, quod, & eventus probavit. Dicebas enim in corde tuo: in cœlum conscendam, super astra cœli exaltabo solium meum sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, & ero similis altissimo. Nonne in cœlo eras, quando de cœlo ob superbiam tuam dejectus fuisti? Nonne super altitudinem nubium ascenderas, cum omnes Angelorum choros, quamvis astra Dei essent, ut nubes comparatione tui reputasti? Quid est, o miserime spiritus, quod dixisti: in cœlum ascendam, nisi tumor ambitionis, quo plenus existens, ambiebas ascendere in cœlum, ut cœli teneres imperium? sic exaltare super astra Dei solium tuum volebas, sic ascendere super altitudinem nubium, ut adorareris, & honorificateris concantu Angelorum, ut fieres similis altissimo. Hæc omnia ille maledictus princeps tuus Lucifer in corde suo proponens, cœpit circumvenire omnes Angelos, & intentionem suam conatus est deducere: confidens, ut erat plenus sapientia, quod efficaciam haberet ad persuadendum se Deum esse, & ut Deus ab illis crederetur, atque adoraretur. Quem putaret ex omnibus Angelis inveniri posse, qui ipso dicente: Ego creatura Dei non sum, ego à nullo factus sum, ego feci me ipsum: obviam ret illi, & diceret: falsum tu loqueris? Quem timeret posse Dei testem inveniri, qui testificatur, & diceret: ille te fecit, cum nullus ante ipsum creatus fuerit, qui hoc posset testificari? cum igitur nullum putaret habere ex omnibus Angelis concium suæ creationis, qui dicere posset: ego vidi, vel audivi, eò quod ille primus conditus fuerit, quem putaret posse stare contra se testem? Arbitratus est enim nullum inveniri posse, qui eum de mendacio posset arguere, & creationis ejus posse proferre testimonium. Sed decipiebaris, o Lucifer, decipiebaris (inquam) quia in principio erat verbum, & verbum, erat apud Deum, & Deus erat verbum, & hoc erat in principio apud Deum. Ipse enim filius Dei, & verbum æterni

æterni patris, & veritas infallibilis contra tuum menda-
 cium omnibus Angeli testificari potuit, quod mendax *Ioan. 8.*
 ab initio fuisti, & quod mendacium loquebaris, cum i-
 ple ante omnia sine principio extiterit, & quod audivit,
 & vidit, imò fecit, hoc testificari potuit. Et quid non vi-
 dit, & non audivit, qui omnia vidit, antequam fierent?
 Nam omnia per ipsum facta sunt, & quòd factum est in
 ipso vita erat. Vidit ergo te filius Dei, verbum patris, *Ioan. 1.*
 ò miserima creatura: vidit (inquam) te, cum fieres: &
 antequam fieres; quia per ipsum factus fuisti, & ideo
 poterat testificari de te, quòd falsa locutus es, & quod
 esses factus, & creatus, ut lumen poterat illuminare o-
 culos mentis Angelorum, & instruere spiritu, *Ibidem.*
 mina cognitione veritatis ad cognoscendum non so-
 lum quæ præterita, & præsentia sunt, verum etiam &
 quæ futura essent, & illis prædicare quod per os Moisi
 locutus est. Videte, quod ego sim solus, & non sit alius *Dent. 32.*
 Deus præter me. Tu autem, ò nefandissime spiritus,
 tua superba elatione tumidus, & affectu propriæ excel-
 lentiz excæcatus, electiva voluntate ad propriam ex-
 cellentiam tuam considerationem inclinasti, quod tui
 casus considerationem habere noluisti. Inflatu enim
 nobilitate naturæ, super omnem creaturam exaltari vo-
 luisti, & non solum iis omnibus inferioribus dominari,
 verum etiam similis Altissimo fieri voluisti. Sed au-
 di, quid admirabilis conditor universorum, contra tu-
 am superbiam per Isaiam prophetam dicat. Ad infer- *Esai. 14.*
 num detraheris, ò spiritus ingrate, atque superbissime:
 quia nihil æquius, quàm humiliare superbum, Audi
 (inquam) admirationem, qua de tua superbia illi cœ-
 lestes spiritus mirantur. Audi, & ipsummet Deum,
 quid cum exprobratione contra te per Isaiam prophe-
 tam dicat. Quomodo (inquit,) cecidisti de cælo Luci-
 fer, qui mane oriebaris? Illud verò, miserrime, quomo-
 do sufferre jam potes, quod Deus omnipotens de tua
 felicitate per Ezechielem prophetam profiretur, & di- *Ezech. 28.*
 cit. Tu signaculū similitudinis, plenus sapientia, perfe-
 ctus decore, in deliciis Paradisi Dei fuisti, Posui te in mō-

re sancto Dei. In medio lapidum ignitorum ambulasti, & perfectus in viis tuis, à die conditionis tuæ donec inventa est iniquitas in te. Et elevatum est cor tuum in decore tuo: peccasti, & ejeci te de monte sancto Dei, & perdidisti te, ò Cherub, de medio lapidum ignitorum, quorum consortio te indignum effecisti. Et unde hæc omnia tibi evenerunt, ò miser dæmon? non aliunde profecto, quam ex superbia, & invidia tua, quam habuisti, quando statim ab exordio tuæ conditionis, prævidens rationalem creaturam in unitate personæ filii Dei assumendam, invidisti. Sed, miser, quid tibi profuit tua superbia, & invidia? Nihil profecto: immo illa ad infernum te detraxit. Cum enim à Deo benedicto, post tuam creationem tibi revelata fuisset Incarnatio filii Dei, quem dominatorem universorum constituerat, & fidelissimum mediatorem: ut per hæc, qui vellent, à natura ad gloriam per meritum Christi, & gratiam ascenderent: & qui nolent, à natura ad pœnam ruerent, tu nefandissime spiritus, tua superbia inflatus, cum tuis satellitibus contempnisti inferiori naturæ subisci, & invidisti Incarnationi Christi, atque exaltationi generis humani. Cum boni Angeli fideliter huic Incarnationi faverent, & gratiarum actiones, ipsum laudantes agerent & interna mentis exultatione jubilantes de Christi Incarnatione, & de ejus sapienti dispositione in sua gratifica salvatione. Qui sublimiter de Deo sentientes, ad ejus gloriam afficiebantur: & pro tradita sibi facultate contra vos pugnantes, pio affectu nitebantur. Quibus non valuistis resistere, licet omni vestro conatu, inordinatoque affectu beatorum Angelorum obedientiam subvertere niteremini. Non valuistis (inquã) resistere beatis Angelis, neque gratiæ, qua pugnabant: quia gratia in omnibus est sublimior, & validior, quam natura, qua contra sanctos Angelos præliabamini: Et etiam, quia sancti Angeli vicerunt in sanguine agni: ideo non prævaluistis, neque locus vester inventus est amplius in cœlo, ò miseram, & infœlicem commutationem. Considera, ò bestia infernalis, & perspicere

*Henricus
Arphius
lib. 1. myst.
Theo.*

*Alexander Al. n.
s. parte 2.
q. 26. §
par. 3 q. 2.*

Apoc, c. 12.

*Rupertus
ubi supra.*

ex quanta beatitudine explosus, in quantam miseriam, de cœlo ruens descenderis. Ex quanta sublimitate, in quantam profunditatem demersus fuisti. Ex quantis divitiis, ad quantam miseriam, & calamitatem devenisti. Ex quanta luce ad obscurissimas, & intensissimas tenebras projectus fuisti. Ad infernum, ad infernum detraheris, *Esaiâ 14.* *o spiritus ingrattissime, in profundum lacu: in abyssum scilicet, in quo infinitæ miseræ, & calamitates tibi, & omnibus damnatis aderunt. I. D. Augustinus in libro Meditationum.* *bi enim invenitur fletus, & gemitus, ululatus, & cruciatus, clamor, & tremor, timor, labor, & dolor, ardor, & foetor, obscuritas, & anxietas, acerbitas, & asperitas, calamitas, & egestas, angustia, & tristitia, oblivio, & confusio, torsiones, & punctiones, amaritudines, & terrores, fames, & sitis, frigus, & calor, sulphur, & ignis ardens, atque omnia mala, quæ excogitari possunt, tibi præparata sunt. Hic locus inferni, loco illius magni domicili, quod ex maxima perversitate tua perdidisti, tibi, & omnibus complicitibus tuis præparatus est. Hic locus, loco principatus, quem non servasti, tibi & omnibus angelis tuis apostaticis aderit, quia sub caligine, vinculis æternis ob malitiam tuam, Deus omnipotens, te reservavit, ac pœnis æternis te deputavit.*

CONJURATIO.

Audi ergo creatura damnata, reprobata, & maledicta à Deo in æternum propter tuam nequitiam, *Ex antiquis exorcismis.* audi, spiritus immunde, sceleratissime, nefandissime, & iniquissime, ubicunque latitas in corpore istius creaturæ Dei N. adjuratus per nomen æterni Dei, & salvatoris nostri Jesu Christi, nec non per tot, & tanta mysteria, cum tua victus invidia, tremens, gemensque ab ea discede. Nichil enim tibi sit commune cum isto famulo Dei N. cœlestia cogitante. Da igitur honorem & advententi Spiritui sancto, qui ex summa cœli arce descendens, perturbatis fraudibus tuis, divino fonte purgatum pectus sanctissimum Dei templū, & habitaculum

*Ex Flagello
dæmonum.*

lum perfecit, & ab omnibus penitus noxiis præterito-
rum criminum in baptismo liberavit, ut sic perenniter
Deo gratias semper referat, & benedicat nomen sanctū
ejus in secula seculorum. quod si more tuo bestialissi-
mo mandatis, & præceptis meis tibi in virtute Dei om-
nipotentis factis obedire contempseris, per omnia su-
pradicta verba, & adjurationes, contra te conjuro Luci-
ferum, & omnes spiritus infernales, quatenus per virtu-
tem sanctissimi nominis Dei Tetragrammaton, & per
passionem Domini nostri Jesu Christi contra te, & om-
nes tibi faventes omni sua ira, indignatione, & furore ir-
ruant, & insurgant, & te ad infernum ducant, & in locum
duriorem te præcipitent, & ligent, ibi omnibus pœnis, &
cruciatibus acrius, & durius solito cruciandus: quia tan-
tis, & tam sacratissimis, ac sanctissimis nominibus, &
verbis, ac mysteriis Dei rebellis fuisti. Et maledictio Dei
omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & ira, ac
indignatio beatæ virginis Mariæ, & omnium Angelo-
rum, & Sanctorum totius Curie cœlestis veniant, & fe-
stinanter descendant super te, spiritus ingratisime, &
omnes tibi faventes. Et ego, ut minister Christi (licet
immeritus) tibi præcipio iniquissime proditor, ut exi-
ens ab hac creatura Dei N. ipsam sanam, & liberam no-
bis dimittas fractis omnibus ligaminibus, quibus in hoc
corpore teneris. Per eum qui venturus est judicare vi-
vos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Matt. 25.

Explicit quartus Exorcismus.

EXOR-

ORATIO

Domine Deus pater omnipotens, Deus Altissimus
XX

EXORCISMUS V.

TERRIBILIS ADVERSUS

dæmones comprimentes corpora humana.

Exorcista accedens ad conjurandum, omni devotione qua poterit, peracta preparatione sepius dicta, procumbens ante altare, corde humiliato, spiritusq; contrito, faciat sibi signum sanctæ Crucis, & dicat.



N nomine sanctæ, & individue Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen, Misere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.

Psal. 50.

Kyrie eleyson.

Christe eleyson.

Kyrie eleyson.

Pater noster qui es in cœlis, &c.

totum, usq;

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Deus in adiutorium meum intende.

R. Domine ad adjuvandum me festina.

V. Esto nobis Domine turris fortitudinis.

R. A facie omnium malignorum spirituum.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Domine Deus pater omnipotens, Deus Abraham,

xx 5

Deus

*Ex anti-
quis exor-
cismis.*

Actū. 12.

Mar. 16.

Deus Isaac, Deus Jacob, Deus omnium credentium, fa-
lus omnipotens, & sempiterna, qui semper exaudis cla-
mantes ad te corde devoto, & animo contrito. Te de-
precor, ut me exaudire digneris clamantem ad te.
Exaudi Deus meus vocem deprecationis meæ,
& da mihi veram, humiliemque contritionem, &
pœnitentiam de peccatis meis. Da mihi, quæso, domine
Deus omnipotens virtutem, & potentiam expellendi
hos dæmones inimicos tuos ab hac creatura tua N. quā
pretioso sanguine filii tui domini nostri Jesu Christi di-
gnatus es ab eorum tyrannica servitute eripere. Libera
eam domine Deus omnipotens, per merita sanctissimæ
passionis ejusdem filii tui, ab omnibus spiritibus immū-
dis, sicut misericorditer liberare dignatus es Adam de
inferno, Petrum de carcere, Paulum de vinculis, Teclam
de tribus tormentis, Susannam de falso crimine, Lazarū
de monumento, Jonam de ventre cæti, Loth de Sodo-
ma, & tres pueros de camino ignis ardentis, Daniele
de lacu leonum, David de gladio maligno, & Mariam
Magdalenam de septem dæmoniis liberasti: ita liberare
digneris hunc famulum tuum N. à diabolo illum vexā-
te, & die, ac nocte eum infestante, & ab omnibus aliis im-
mundis spiritibus, & eum perducere digneris ad gratiā
veræ liberationis, & suæ pristinæ sanitatis. Per eundem
dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui
tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus:
per omnia secula seculorum. Amen.

*Hic Exorcista surgat ab oratione: & conversus ad
demoniacum, tenens manum dexteram super
caput vexati, dicat sequentia verba.*

Psal. 23.

Sicut dominus noster Jesus Christus positus fuit in
signo sanctæ Crucis, & ibi pro nostra salute mori vo-
luit: & descendens ad inferos, dixit. Attollite portas
principes vestras, & elevamini portæ æternales, & ibi li-
gavit Luciferum: ita in virtute ejusdem domini no-
stri Jesu Christi potentissimi salvatoris nostri, ego ligo
omnem

omnem potentiam tuam, & omnium sociorum tuorum existentium in corpore hujus creaturæ Dei N. ira ut non habeas virtutem nocere illi, neque alicui creaturæ, signo sanctæ Crucis consignatæ. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti Amen.

Hic Exorcista ostendendo Crucem demoniaco, dicat alta voce.

Ecce Crucem † domini nostri Jesu Christi, fugite partes adversæ, vicit leo de tribu Juda, radix David.

Postea lege sequens Evangelium.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.

& Gloria tibi Domine.

In illo tempore. Erat Jesus ejiciens dæmonium, & *Cap. II.*
illud erat mutum. Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt. In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia. Et alii tentantes, signum de cælo quærebant ab eo. Ipse autem, ut vidit cogitationes eorum, dixit. Omne regnum in seipsum divisum, desolabitur: & domus supra domum cadet. Si autem & Sathanas in seipsum divisus est, quomodo stabit regnum ipsius, quia dicitis in Beelzebub ejicere me dæmonia? Si autem ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii vestri in quo ejiciunt? Ideo iudices vestri erunt. Porro si in digito Dei ejicio dæmonia, profectò pervenit in vos regnum Dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet. Si autem fortior illo superveniens vinceret eum, universa arma ejus auferet, in quibus confidebat, & spolia ejus distribuet. Qui non est mecum, adversum me est. Et qui non colligit mecum, dispergit. Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa quærens requiem, & non inveniens, dicit. Revertar in domum meam unde exivi. Et cum venerit, invenit eam scopis mundatam, & ornata. Et tunc vadit, & assumit secum septem alios spiritus

spiritus nequiores se, & ingressi habitant tibi, & fiunt novissima hominis illius peiora prioribus. Factum est autem, cum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ suxisti, At ille dixit. Quinimmo, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud, & Laus tibi Christe.

Deinde Exorcista dicat sequentem Orationem.

O R A T I O.

Mat. 19.

Domine Deus omnipotens, qui sedens super thronum æternæ majestatis tuæ Ecclesiam tuam semper conservas, qui servis tuis servantibus mandata tua, æternam beatitudinem largiris, & eos in illa celesti Hierusalem nova, clarificare promissisti: præsta nobis, quæsumus domine sancte pater, ut per virtutem unigeniti filii tui Jesu Christi domini nostri, qui tecum in majestatis æqualitate existit, hos dæmones famulum tuum N. vexantes, eradicare valeam, ut tua misericordia, ab hac oppressione liberatus, tandem ad coelestem patriam pervenire mereatur. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

Hic Exorcista aspergat aquam benedictam super obsessum. Postea viriliter, ac forti animo incipiat dæmones adjurare, nihil hesitans, passim applicando reliquias naribus vexati.

C O N J U R A T I O.

IN virtute sanctæ, & individue Trinitatis Pa tris, & Fi lii, & Spiritus sancti: ad honorem, & gloriam beatissimæ, semperque virginis Mariæ, & totius celestis curiæ, ego conjuro vos spiritus malignos, dæmones infernales, Dei rebelles, spiritus Acherontini, qui vestra obstinata, & depravata voluntate lædere, vexare, & occupare hanc creaturam Dei non cessatis, per illum incomprehensibilem, invisibilem, & omnipotentissimum Deum, qui omnia ex nihilo fecit, qui vos

vos in tanta dignitate, sua omnipotenti manu creavit, *Gen. 1.*
 & ut ingrattissimos, & contra vestrum factorem super-
 bientes e consortio justorum, & cœlestium civium vos
 dejecit, per ipsum (inquam) vos conjuro, adjuro, cogo,
 & constringo, & strictissimè mando, ac potentissime
 vobis impero, & per cœlum novum, & terram novam,
 ac per civitatem sanctam, Hierusalem, quam beatus Jo-
 annes vidit descendentem de cœlo, à Deo paratam, sicut
 sponsam ornatã viro suo, quæ est civitas Dei in sanctorũ
 civium congregatione, in qua amplius Sancti non erunt
 hospites, & advenz, sed cives sanctorum angelorum, &
 domestici Dei. Est sancta in gratiæ confirmatio- *Phes. 2.*
 nem, quia nullus meretur sanctus nominari, nisi cū sub-
 lata fuerit potestas peccandi. Est Hierusalem, ò inique
 dæmonia pacis quietatione: & nova in vetustatis expo- *Ephc 4.*
 sitione. Est descendens de cœlo in Christi humilitatis
 imitatione, qui descendens per humilitatem ipse ascen-
 dit per potestatem. Est parata denique, & ornata viro
 suo, in virtutum decoratione, quia est ornata omni lapi-
 de pretioso. Per hæc, & omnia alia, quibus in nomine
 Jesu potestis constringi, cogi, coarctari, & adjurari, ego
 vos constringo, ut remota omni fallacia, & dolo licet in-
 viti, & coacti contra vestram protervam, & sceleratam
 voluntatem, desinat vexare hanc creaturam Dei N.
 quam tam inique, atq; impiè tantum molestastis, & eã
 non comprimatis, & præcipio vobis, ut sursum ad linguã
 ascendatis, & mihi dicatis, quare in hanc creaturam in-
 gressi estis, si unus, vel plures estis, & quomodo exire
 debeatis, per quem Sanctum, vel Sanctam: deinde vobis
 impero, ut sine læsione hujus creaturæ Dei N. & omni-
 um astantium, cum signo evidenti exeatis, alioquin per
 virtutem domini nostri Jesu Christi vos in stagnũ ignis,
 & sulphuris condemnabo in secula seculorum. Amen.

Hic Exorcista inquirat a demonibus, cum se ma-
 nifestaverint, quicquid expedire videbitur ad
 obsessi liberationem: sed caveat ab eorum fa-
 miliari

*militari colloquio, ne ab illis decipiatur: deinde
sic prosequatur.*

O R A T I O.

*Ex Diony.
de 4. no-
visimis.*

OMnipotens sempiternæ Deus, qui unus in Tributa-
te, & Trinus in unitate ab æterno beatus existens,
secundum immensam sapientiam, & infinitam pro-
videntiam tuam homines, & angelos electos ad æter-
nam, & immarcescibilem, cœlestemque beatitudinem,
& contemplationem tuæ divinæ essentiæ æternaliter
prædestinasti, ubi cum filio tuo, & Spiritu sancto te æter-
no, & infinito gaudio in illa beatissima, & perenni visio-
ne fruuntur: ubi de sua æternali, ac firmissima beatitu-
dine securi, in illa cœlesti patria omni læticia jucunda-
buntur. Tu domine sancte Pater, qui Angelos tibi, tuæ
immensæ bonitati, ac benignitati de tot donis naturali-
bus in sua creatione accepti rebelles, & ingrattissimi
è cœlo ejiciens, ad infernale supplicium, tua immensa
virtute, & potentia deputasti. Per pietatem, & miseri-
cordiam illam, qua justos salvas, te humiliter exoro, ac
deprecor, ut virtutem expellendi dæmones ex hoc cor-
pore mihi misericorditer concedere digneris, ut hic sa-
mulus tuus N. à diabolica vexatione liberatus, & suæ
sanitati restitutus, tibi in Ecclesia tua gratiarum referat
actiones. Per Christum dominum nostrum. Amen.

C O N J U R A T I O.

*Dionysius
Cartusia-
nus de qua-
tuor novis-
simis.*

Conjuro te, † spurcissime dæmon, per illud cœlum
novum, quod beatus Joannes vidit, in quo ipse in-
comprehensibilis Deus seipsum clarissime omnibus
Sanctis suis manifestat, & ubi excellentibus operatur,
in quo valde desiderabile, & jucundum est interesse, &
cohabitare illi ineffabili, amorosæ, speciosissimæ, or-
dinatissimæ, sapientissimæ, potentissimæ, & nobilissi-
mæ societati cœlestis curiæ, cui etiam jucundissimum
est interesse propter mutuam ejus charitatem, qua
illi beatissimi spiritus, summo amore, Deum super
omnia

omnia, & suos concives in ordine ad ipsum diligunt, ubi amore æternali amant suum Regem, quem totus coeli exercitus cum maxima, summaque lætitia, & inestimabili ardore, ac fervore dilectionis indefinentur laudat, ubi iusti fulgebunt, sicut Sol in conspectu Dei. Sed, *Mat. 13.* ò miser, & iniquissime spiritus, quomodo sustinere vales recordationem illius æternæ tælicitatis, quam sic miserabiliter deservisti? qui in tanta nobilitate creatus, contra tuum conditorem cornua erexisti, & vice laudis, quam ex tot beneficiis, & gratiis illi reddere tenebaris, illum blasphemare cœpisti, quem laudare debebas. Quid ergo mirū est, ò ingratisime spiritus, si iustissimus Deus ad infernale sterquilinum te deputaverit, locus verè omnibus miseriis, & calamitatibus plenus, & sufficiens ad contrundendam, conterendamque tuæ superbæ audaciæ, & temeritatem: ubi manducabis linguam tuam præ dolore, & ubi omnia inordinata sunt, ibi carebis potentia, sapientia, & pulchritudine tua, quas in tua conditione a Deo recepisti, ubi etiam loco societatis Dei, & Sanctorum, illum turpissimam damnatorū societatem habebis, quam summè odio habebis. Vide igitur, ò miserrima creatura, quam ingens sit calamitas tua in illo turpissimo, & horribili, fœtidissimoque loco, & cognosce, quàm aggravata sit manus omnipotentis Dei super te, ex operibus malis, quæ in dies procurare non desinis. Tibi igitur, nefandissime spiritus, præcipio, ut in virtute Dei omnipotentis, & totius, Curæ cælestis ex eas, & recedas ab hoc famulo Dei N. quē tantū molestasti, & amodo relinquere non desinis, alioquin terribiliter, & potentissimè, in virtute supradicta te ad infernum inferiorem condemnabo, ubi durius, & acrius solito cruciaberis: quia fuisti rebellis, & inobediens tuo Creatori: discede ergo nunc, discede seductor, & vade ad loca inhabitabilia, ubi nullius sit accessus hominum & ubi nulli creaturæ nocere possis. Per illum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Apoc. c. 10.

ORA-

ORATIO.

*Ex Diony-
sio Carth.*

Domine Deus omnipotens, qui ex maxima, & ineffabili misericordia tua, illam cœlestem Hierusalem, & triumphantem Ecclesiam ex Angelis congregasti, hominesq; ad imaginem, & similitudinem tuam creatos, cœlestium civium consortio sociare voluisti, & ad fruitionem æternæ claritatis tuæ eos adire fecisti, qui te sine fine laudando, illa foelici visione tuæ divinitatis perenni gaudio, & lætitia æternaliter fruuntur. Te Domine sancte Pater piissime, qui eos de contemplatione tuæ majestatis gaudere, de tua pulchritudine satari, & de sua immortalitate, deq; suorum inimicorum triumphare, & lætari fecisti, suppliciter deprecor per illam incomprehensibilem, & inestimabilem Beatitudinem tuam cœlestem, qua omnes Sancti beatificantur, ut expellere digneris ab hoc famulo tuo N. omnes dæmones, & spiritus infernales dire cum vexantes, ut ab eorum potestate, tua virtute liberatus, te laudare possit in secula seculorum. Amen.

CONJURATIO.

*Dion. Cart.
ubi sup.
Apoc. c. 21.*

Conjuro te, † miser dæmon, per illam civitatem sanctam Hierusalem, quam beatus Joannes vidit descendentem de cœlo a Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo, & per copiosam, & multiplicem beatitudinem, & gloriam Sanctorum omnium, quibus ex omni parte gaudebunt, scilicet de beatitudine, perfectione, decore, & eminentia humanitatis filii Dei: de pulchritudine, excellentia, & beatitudine, ac honore beatæ virginis Mariæ, de omnibus Angelis, & omnibus Sanctis. De universa beatitudine, gratia, & excellentia eis collata, Gaudebunt (inquam in tui dedecus, o miserrime spiritus) de foelicissima societate, & beata communionem Sanctorum, qua unusquisque eorum beatitudinem suam communicat in dulcibili jucunditate. Tu autem, bestia teterrima, quale gaudium tibi erit? Nulli profecto, sed supplicium, quod tibi, omnibusque damnatis

natis minatur Christus, dicens. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis ejus. Ibi enim erit carentia felicitatis æternæ, ubi pars vestra, & omnium iniquorum erit in stagno ardentis ignis, & sulphuris: & ubi erit sempiterna pœna infernalis, omni alia gravior, & perenne incendium, quo vos, & omnes damnati perpetuò cruciabimini, Ignis quoque infernalis omni alio igne ineffabiliter calidior, pœnaliorque consistit. Diversitas tormentorum, quibus unusquisque vestrum variis pœnis torquebitur. Societas desolata ac pœnosa. Horribilior dispositio loci ipsius inferni. Et carentia divinæ visionis. Hæc, & alia innumera, quæ cogitari non possunt, erunt tibi, ò serpens infernalis, & omnibus tibi faventibus, loco illius æternæ beatitudinis, quam ex prava, & iniqua tua obstinata perveritate perdidisti. Discede igitur per virtutem Dei omnipotentis ab hoc famulo Christi N. & ne diutius præsumas captivum tenere hominem, pro quo ipse passus est, & vade ad loca tibi à Christo deputata per virtutem ejus, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & te nefandissime spiritus, & seculum per ignem. Amen.

Mat. 25.

Ibidem.

Hic Exorcista interroget demones de recessu: & cum se exire profitebuntur, præcipiat illis, ut nullum ex focus relinquunt in obsessio, & quòd de cætero nò reingrediantur ad vexatum, quòd si exire noluerit, prosequatur hoc modo.

O R A T I O.

Domine Deus omnipotens, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui propter maximam pietatem tuam hominem diabolica fraude deceptum, & à tua gratia propter inobedientiam primorum parentum dejectum, per mortem unigeniti filii tui domini nostri Jesu Christi erexisti: illumque tua immensa pietate cœlestium civium consortio aggregare voluisti: quique rebelles Angelos, tuis immensis beneficiis

2. Cor. 1.

ficiis ingratos, tuæque gratiæ contemptores, ad infernale supplicium, tua iustitia deputasti. Te domine sancte Pater suppliciter deprecamur, ut per eandem passionem & mortem Redemptoris nostri, hunc famulum tuum N. à dæmonum vexatione eripias, & liberatum, tua clementia custodire digneris. Per eundem Christum dominum nostrum, Amen.

CONJURATIO.

*Dionysius
ubi supra
Apoc. c. 21.*

1. Cor. 2.

Mala quædam damnatorum.

Conjuro te, ꝑ scelerate dæmon, iterum per civitatem illam cœlestem Hierusalem, cujus structura erat ex lapide jaspide, & auro mundo, & fundamēta muri civitatis omni lapide pretioso ornata, cujus portæ nitent margaritis, & plateæ ejus aurum mundum, cujus templum est Deus, & agnus, qui sua claritate illuminat illam in quam nihil coinquinatum intrabit. Hæc est civitas civium supernorum, à qua tu, miserrime dæmon, ob superbiam ejectus fuisti, quam Deus ad gloriam suam, & utilitatem suarum rationabilium creaturarum ordinavit, ad quam aspirare debueras: quia erat hereditas tibi à Deo parata in terra viventium, ubi ipse gloriosissima, incomparabilia, & ineffabilia bona præparavit diligentibus se: ubi etiam Deus videtur, non per speculum, & in ænigmate, sed facie ad faciem. Ingemisce miselle, qui tam ineffabilia bona amisisti, quando superbia tumens, dedisti terga conditori tuo, quem laudare debueras. Et idè divina iustitia dedit te in vexatione, maledictionem, & in opprobrium sempiternum, eò quòd cognoscere noluisti immensa beneficia tibi à Deo collata: & quia noluisti bona, idè in illo perenni inferno tibi, & omnibus damnatis pœna spiritualis aderit: quia in te est fantasia proterva, invidia mordax, rancor amarus, tristitia opprimens, timor penetrans, & dolor absorbens, irrationalis concupiscentia, infructuosa pœnitentia, dolores incomparabiles, conturbatio, & error in intellectu, planctus in oculis, stridor in dentibus, sector in naribus, clamor ululatum in auribus, sitis in lingua, fames in stomacho, vincula in manibus, & pedibus.

dibus. Et quòd pejus tibi erit, optimè cognosces, quòd damnatio tua est æterna: quòd omnipotenti resistere nequibis: quod electi omni felicitate, & gloria repleti sunt, ex quibus omnibus, gravissimam desperationem, & odium Dei concipies, atque invidiam in beatos paries: ita quòd odio, & invidia tua omni ex parte voluntas tua vallabitur: quia in omni malitia obstinata erit. Vide, vide, miser dæmon, si ista correspondent iis, quæ de illa sancta, & semper benedicta societate, & ecclesia triumphanti dicta sunt; ò pulcherrimum finem, & præmiùm, quod assequutus es ex illa tua contumacia rebellionem, præmiùm profectò tibi, tuæque pessimæ voluntati optimè conveniens, quo æternaliter fruiturus es, illud tene, ipsum conserva, quia ab illo semper teneris. Nò te pudet, serpens infernalis, post tantam dignitatē, quam perdidisti, omni miseria, & calamitate circumdatus, adhuc obsidere corpora humana? Erubescere, miserissima creatura, & fuge ex hoc corpore hujus famuli Christi N. Dei omnipotentis veritus imperia, & ne differas parere mandatis: quia quantò tardius exis, tantò majus tibi supplicium crescit: quia non hominem contemnis, sed illum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

O R A T I O.

Creator, & glorificator omnium Deus pater omnipotens, qui tua immensa pietate creaturas tuas mirabiliter condidisti, & eas salvando, per verbum tuum, per quem omnia facta sunt, mirabilius beatificare voluisti: qui, ut eorum gloria, & gaudium in illa cœlesti contemplatione esset perfectissimum, & plenum, omnē lachrymam ab eorum oculis excludere promisisti, ut ibi confirmati, & glorificati, & in illa cœlesti fruitione præmio vitæ æternæ consecuto, in te æternaliter gaudere possint. Te dñe Deus omnipotens suppliciter exoram⁹, ut sicut eos immensa clementia tua gloriã adire fecisti: ita tua ineffabili misericordia liberare digneris hunc famulum tuum N. ab hac pessima dæmonum vexatione:

Ioan. 1.

Apoc. c. 21.

ut à tyrannica eorum servitute ereptus, nomen sanctum tuum laudare possit in secula seculorum. Amen.

CONJURATIO.

*Dionysiu
ubi sup.*

Rom. 8.

Apoc. c. 21.

Conjuro te, † spurcissime dæmon, per illum, qui promisit Sanctis suis abstergere omnem lachrymam ab oculis eorum, & quod mors eis ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor, erit ultra: quia præmium essentiale eorum, quod est beata visio Dei omnipotentis, omnia hæc excludet in illa cœlesti contemplatione, in qua satiabuntur omnes electi: quia in illa glorificabuntur primò in anima, & post judicium in corpore: & tanto majus illi inerit gaudium, quanto perfectius cognoscent se evasisse pericula temptationum, miseras præsentis vitæ, & jugum totius iniquitatis. Gaudebunt etenim, quòd de vobis (Christo duce) prævaluerunt, & quòd amplius peccare non poterunt: quia in Deo confirmati, & glorificati existunt, & quòd omnia eis in bonum cooperentur: postremò, quia infernalta supplicia evaserunt: & quia adversarios, & persecutores suos, qui estis vos, & membra vestra in inferno torqueri videbunt, super quos zelo justitiæ, & non amore vindictæ gaudebunt: & quia cognoscent omnne malum cum culpæ, & pœnæ in infernum perpetuò clausum esse. O felices cives illius cœlestis patriæ, & millies beati, qui de te & tuis complicibus triumpharunt in tot adversantibus, tua operatione, & persuasione illis intentatis. Sed vix vobis maledictis spiritibus infernalibus, qui vice Creatoris vestri nitimini adorari: à quibus oculis Deus omnipotens, non solum non aufert lachrymas, sed justissimè in vos debacchabitur, & immensitatem suæ justitiæ in vobis manifestabit, acerbissimis pœnis vos affligens, & igne infernali, qui jussu sui Creatoris, miro, & ineffabili modo est æstuans, penetrativus, & afflictivus, & qui solo aspectu ultra quam dici queat, terribilis est, & deformis, fortulentus, immundus, ac sorditus tanquam sulphureus: immo instar sulphurci

phurei ferventissimi ignis, intensissimum, & fortissimum calorem, gravissimum, intolerabilemque ardorem inducit. Et quantò ignis ille suo calore excedit omnem alium calorem, tantò plus frigus infernale suavi, & austeritate superat omnia alia frigora. Et quamvis illa tormenta infernalìa quandoque interrumpantur, nunquam tamen totaliter auferuntur: immo illa interruptio non erit vobis ad te relevamen, sed ad acerbiorrem, & intolerabilem afflictionem: quia transibitis ab aquis nivium, ad calorem nimium. Habebitis denique illum locum fœtore maximo, tenebris, fame, siti, horrore, clamore, timore, & ululatu, aliisque tormentis, miseriis, pœnis, & calamitatibus, ac tribulationibus plenum, à quibus cruciabimini. Qualis, & quanta tunc erit mortificatio? quæ desolatio? quam acerbissima desperatio, ineffabilisq; angustia, & pressura tua, cum videris te in infernum præcipitari, atque æterno incendio tradi? ò miserissime, quo nulla creatura miserior? quid facies tunc in illo tremendo Judicio, ubi non licebit tibi pœnitentiã agere? Sed, ò miser, & venenose serpens infernalis crede mihi, quòd non habebis tempus differendì, cum jam ad infernũ detractus sis, ob superbiam, & perversitatem tuam: exi ergo transgressor, exi plene omnidolo, & fallacia: exi (inquã) proterve, & iniquissime spiritus ab hoc plasmate Christi N. qui ad Ecclesiæ suæ recurrit præsidia, quem dominus noster Jesus Christus ad fontem baptismatis, dono gratiæ suæ vocare dignatus est, & vade ad sedes infernales, ubi cruciaberis in secula seculorum. Amen.

Tob. 24.

Esa. c. 14.

Hic Exorcista petat propria nomina demonum vexantium (quod si habere non poterit, imponat illis nomina irrisiva, quæ demonibus gravissima sunt: & si adhuc exire recusaverint, faciat illis suffumigationes horribiles, & fœrentes, ut supra: postea sic sequatur.

ꝛy 3

ORA-

ORATIO.

*Ex Diony-
sio Carthu.*

Domine Deus omnipotens, lumen indeficiens, qui tua maxima, & immensa charitate, in illa æterna, & cœlesti patria, lumine tuæ claritatis, omnes Sanctos, & electos tuos illustrare non desinis, & ut te fervētissima dilectione, & indissolubili vinculo charitatis super omnia diligere, illos perenni gaudio, æternaque lætitia in illa æternali fruitione illos cœlestes concives beatificare voluisti, ubi ante conspectum tuæ divinæ majestatis stantes, & indefessis vocibus te laudantes, jucundantur: præsta quæsumus, ut sicut tua potentia Angelos rebelles, & tibi inobedientes immensis poenis in infernum subjecisti, ita tua pietate hunc famulum tuum N. à diabolica vexatione liberare digneris. Per Christum dominum nostrum. Amen.

CONJURATIO.

Apoc. 21.

*Dionysius
ubi supra.*

Conjuro te, † spurcissime dæmon, per illam sacratissimam sponsam, & uxorem agni, quam Angelus ostendit beato Joanni sanctam scilicet Hierusalem descendente de cœlo, habentem claritatē Dei, quæ non eget lumine Solis, neque Lunæ, quia Deus omnipotens, lumine suæ claritatis illuminat illam. Vide miselle & considera magnam miseriam, & calamitatem tuam, quam adeptus es, quando derelinquendo creatorem tuum, perdidisti illam amœnissimam præsentiam regni cœlestis, ubi beatissimi illi spiritus æternaliter, & ineffabiliter fruuntur Deo, perdidisti (inquā) illam suavissimam, magnam, speciosam, & nobilem, sapientem, amicabilem, & concordem politiam cœlestem: militiamque supernam; & societatem regis æterni, quam infra majestas illius regis omnibus Sanctis ejus præparavit: cui militia millium ministrant, & decies centenaria milia assistunt ei. Conjuro te, † miser dæmon, per illam affectuosam, & liberalissimam communionem, quam habent illi cœlestes cives, qua unusquisque, si quid gaudii habet, suis concivibus communicat, & per
corum

eorum plenam, & inviolabilem concordiam, & pacem, qua in Deo dulcissime conquiescunt, Conjuro te, † scelerate dæmon, per pulchritudinem illius cœlestis societatis, ubi omnes Sancti sine macula stant ante conspectum Dei, in quibus est plenitudo virtutū, charitas perfecta, lumen gloriæ, splendidissima visio deitatis, consummata conjunctio, cum fonte totius pulchritudinis, & decoris: ubi inestimabiliter delitiosum erit, cōspicere tam speciosissimum, splendidissimum, sanctissimumque consortium. Tibi autem, & omnibus amatoribus tuis, d iniquissime spiritus, & complicibus qualis civitas aderit non cœlestis, quia illam perdidisti, quādo subijci noluisti Deo, & Christo ejus filio, sicut ipse decreverat. Nulla igitur alia, quā infernus, in quo cumulus, & congregatio omnium malorum invenitur. Quia enim tu, & sequaces tui, tibi adhærentes, impij scilicet homines, ut ingratisimi peccastis contra vestrū conditorem in quo peccato interfuit ingratitude, & irreverentia Dei, negligentia tui, excæcatio cordis, pigritia, seu accidia mentis, stultitia, inobedientia, perversitas, improbus amor, & complacentia vana: sic etiā dignum fuit, ut variis pœnis infernalibus affligeremini, quarum quasdam sustinetis successivè, ut ignem, & frigus: aliquas verò simul, ut ignis calorem, molestissimūque soxtorem, famem, sitim, tenebras, & horrores, desperationem mœstissimam, pressuram, & angustiam mentis dolorosissimam, & pœnam damni, acutissimum, & vehementissimum frigus: morsus, turpitudine, & horror vermium edacissimorum: & pœnalissimus, ac horrendus, locus inferni, ut in te verificetur illud, quod de damnato dicitur. Vident, & venient super eum horrores, omnes tenebræ absconditæ sunt in oculis ejus: devorabitque eum ignis, qui non succenditur: hæc autem, & omnia alia, quæ in tui miseria nec dici, nec cogitari, nedum enarrari possunt, erunt civitas tua nefandissima, tibi que in præmium torum malorum, quæ, impiè egisti: ignisque infernalis concrematio sine lumine, & flamma comburens, sed tenebras non expellens:

Apo. 7.

Heb. c. 1.

Job. 20.

Psal. 75.

ibi habebis mœrorem de bonis amissis, dolorem de tormentis, pavorem de malis futuris, & nunquam terminum habiturus, O infelicem, & pessimam commutationem: dimittere omnia bona, & acquirere ingentia mala. Desine igitur, & si non amore Dei, quem summe odio habes, saltem timore pœnarum, quæ tibi indies, ex operibus tuis malignis augentur: desine occupare hoc templum Christi N. & imaginem ejus, quam ipse proprio sanguine redemit. Qui in Trinitate perfecta vivit, & regnat in secula seculorum, Amen.

O R A T I O,

Apo. 21.

Omnipotens sempiternæ Deus, ut electos tuos per illam divinam, & facialem visionem ineffabili gloria beatificares, bona incenarrabili, tua immensa clementia præparasti, & oïa mala ab illo cœlesti regno exclusisti, ubi in omni decore, gloria, & æterna fœlicitate te fruuntur, à qua spiritus rebelles, & tibi inobedientes, tua omnipotenti virtute, expellendo, ad infernales pœnas, & supplicia justissime deputasti, ut æternali, & perenni igne punirentur: te piissime pater omnipotens humiliter exoramus, ut sicut sanctos ad gloriam, & reprobos ad gehennam deputasti, ita tua immensa benignitate, hunc famulum tuum N. à dæmonio vexatum liberare, & liberatum, tua gratia custodire digneris, Per Christum dominum nostrum, Amē.

C O N J U R A T I O,

*Dionysia
nbi supra.**Psal. 16.*

Conjuro te, finiquissime spiritus, pillâ facialem visionem, qua Sancti in illa cœlesti patria Deo fruuntur, quæ est præmium omnium beatorum, Deum scilicet videre, & in Deo vitam habere, esse cum Deo, & esse in Deo qui est summum bonum, in quo est summa fœlicitas, summa jucunditas, vera libertas, perfecta charitas, æterna securitas, secunda æternitas. In ipso est vera læticia, plena scientia, omnis pulchritudo, omnis beatitudo, ibi pax sempiterna, pietas immensa, bonitas sempiterna, lux indeficiens, virtus quietissima,

ma, dulcedo suavis, vita perennis, gloria æterna, laus
 indicibilis, requies sempiterna, amicitia gloriosa, &
 concordia dulcis. Ibi cives Sanctorum, & domestici *S. Aug. in*
 Dei, & cohæredes Christi descripti sunt. Considera, *Manuali*
 bestia infernalis, gaudium, & foelicitatem illius bea- *17. cap.*
 tissimi Regni, quam perdidisti, ubi est habitatio om-
 nium lætantium. Ibi enim non senectus, nec senectu- *Eph. 4.*
 tis defectus, & miseria, nec ullus miseriæ locus, dum
 omnes occurrunt in virum perfectum, in mensuram
 ætatis plenitudinis Christi. Quid, ò miserrima creatu-
 ra, hac vita beatus, ubi non est paupertatis metus, nec
 ægritudinis imbecillitas? Ibi nemo irascitur, nemo læ-
 ditur, nemo invidet. Cupiditas nulla exardescit, nul-
 lum ibi desiderium, vel ambitio honoris, aut potesta-
 tis pulsatur. Nullus terror gehennæ, nec mortis inveni-
 tur: sed immortalitatis munere jucunda vita. Nulla
 mala tunc erunt, nusquam discordiæ, sed cuncta conve-
 nientia: quia omnium Sanctorum una erit concordia,
 pax cuncta, & lætitia continēs, tranquilla, & quieta su-
 per omnia. Jugis splendor, & tantò clarior, quantò
 foelicior, quia illa civitas non egebit lumine Solis, quia *Apoc. 21*
 dominus Deus omnipotens illuminabit illam, & lucer-
 na ejus est agnus: ubi Sancti fulgebunt ut stellæ in per-
 petuas æternitates ibiq; nox nulla erit, nullæ tenebræ,
 frigoris, ardorisve asperitas nulla. Verum hæc om-
 nia nihil sunt respectu aliorum, quæ ibi illis beatissimis
 spiritibus aderunt. Consociari scilicet choris Ange-
 lorum, & omnium cœlestium civium: sed sine com-
 paratione multò gloriosio erit præsentem vultum Dei
 cernere, incircumscriptum lumen videre. Superex-
 cellens verò gloria erit, cum Deum in seipso videbi-
 mus, & habebimus in nobis, quem cernere finis non e-
 rit. Ibi portæ illius civitatis nitent margaritis, & ejus *Lodovicus*
 plateæ auro mundissimo sternuntur, & muri pretiosis *Blodius 31.*
 simis lapidibus constant. Ibi amana semper virent, & *canonis vi-*
 flores cynamomum, & balsamum ineffabilem suavi- *ta spiri-*
 tatis odorem indefinenter spirant. Ibi pax, & requies, *tualis.*
 quæ exuperat omnem sensum, & diēs eternus, & unus

omnium spiritus inveniuntur. Illic certa securitas, securitas æternitas, æterna tranquillitas, tranquilla foelicitas, foelix suavitas, & suavis jucunditas. Ibi incontaminata latitiæ pelagus, syncerissima voluptatis torrens, purissima delectationis abyssus invenitur, quod est videre Deum Deorum in Syon: incomprehensibilem illam summam Trinitatis gloriam cernere: inestimabilem illam pulchritudinẽ clarissimẽ contemplari: ineffabilem quã illam dulcedinẽ perfectẽ gustare, unde omnis pulchritudo, & dulcedo promanat. Et cum beatissima virgine Maria, cum omnibus Angelorum, & omnium Sanctorum choris perpetuum consortium habere: omnes quæ cœli cives agnoscere, & singulis foelicitate æterna gratulari. Ingemisce miselle, ac nefandissime spiritus, & sine ulla spe ulula de amissione tantorum bonorum, & charismatum, quæ dementia, & temeritate tua tam miserabiliter perdisti. O quã delectabile est illis benedictis spiritibus, & Sanctis omnibus introire in potentias Domini, & videre illam Angelorum foelicissimam societatem, & solemnitatem illius supernæ latitiæ: superabundantes divitias bonitatis Dei intueri. Ibi enim Sancti vident gloriæ decorem, Sanctorum splendorem, & regiæ potestatis honorem cognoscunt. Insuper patris potentiam, & Filii sapientiam, ac Spiritus sancti benignissimam bonitatem, & clementiam, & totius sanctissimæ Trinitatis notitiã cognoscere. O quam beatissimũ erit, Deum in se ipso, ipsum in nobis, & nos in eo videre. Hæc enim erit summa foelicitas nostra, quoniam intelligitur in suo puro esse syncerissima deitatis, comprehendetur incomprehensibilis Trinitatis, & Dei arcana patebunt. In cuius visione tota mens beatorum satiabitur: quia ibi indefessa jubilatio, æterna laus, perenne gaudium, & immensa foelicitas illis aderit. Conjuro te iterum maledicte dæmon, per illum, qui dixit. Ego sum alpha, & omega, initium, & finis, qui sitienti promissit dare aquam de fonte vitæ gratis, qui servos suos promissit glorificare in illa cœlesti Hierusalem, ubi nulla tristitia, sed summa gloria erit, quando ipse absterget lachry-

Psal. 70.

I. Cor. 13.

Apoc. 21.

lachrymas ab oculis eorum: ubi mors non erit amplius, neque luctus, neque dolor erit ultra, quæ prima abierunt: quia dominus Deus faciet omnia nova, quando in illo cœlesti tabernaculo, per gloriam habitabit cum hominibus, & ipsi populus ejus erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Conjuro te, † nefandissime dæmon, per illum montem magnum, & altum, super quē Angelus sustulit beatum Joannem, quando illi ostendit civitatem sanctam Hierusalem descendentem de cœlo, habentem claritatem Dei, qui est Christus: quia humanitas Salvatoris nostri de utero virginali nata, super omnes exaltata est: mons (inquam) magnus est Christus, & inique dæmon, quia sua magnitudine replet totum mundum ut Deus, qui per immensitatem suā ubique est. Sed quia altitudinem divinitatis est unita humanitas personaliter non solum mons magnus, sed etiam altus esse perhibetur. De isto ergo monte Joanni civitas sancta Hierusalem ostenditur, quia in omni ædificatio cōstructa crescit in templum sanctum in domino. Quia enim illa sapientia civitas ex visione, & æternæ pacis fruitione, ac sanctorum civium congregatione constituitur, idēd Hierusalem cœlestis civitas ædificatur: quæ tamen in hac peregrinationis terra, dum flagellis percutitur, & tribulationibus, cæduntur ejus lapides, & quotidie quadrantur. Quæ primò ab angelo vocatur sponsa, quando dicit, Sicut sponsam ornatam: deinde vocatur uxor agni, quia dum hic Ecclesia peregrinatur in terris, sponsatur Christo per fidem, & dilectionem: sed cum traducta, computata fuerit Christo, uxor ejus erit per ejus amplexus fruitionem.

*Ibidem.**Hier. 13.**Ephe. 2.**Apoc. 21.*

EXPROBRATIO IN SATANAM.

O Miserrime, & iniquissime spiritus: vhe tibi creatura damnata, & omnibus spiritibus reprobatis, qui tor gaudia, vestra temeritate amisistis, & in illo terribili, tremēdo, & formidabili judicio ad infernale supplicium condemnandi estis, ubi sempiterna undique tormen-

*Matth. 23.**Philip. 2.**Matth. 25.**Job. 10.*

tormenta vobis perpetuò infligentur : & ubi turbo divinx indignationis, & tempestis erumpens, super caput tuum, & omnium iniquorum superveniet. Tunc enim, ò iniquissime spiritus : furor Domini non revertetur, nec recedet à te, donec in te compleat cogitationes cordis sui, quando dabit vos dæmones, & omnes impios in opprobrium sempiternum, & ignominiam æternam. Illum igitur metue, ò bestia infernalis, ante cujus conspectum omnes Angeli flectunt genua, quem abyssus contremiscit, cœlum, & terra, ac mare pavent, ad cujus imperium universæ creaturæ commoveantur, & ejus terrore concutiuntur. Contremisce (inquam) & tu, caput omnium iniquorum, judicem illum, qui merendus tunc tibi, & omnibus tibi faventibus apparebit & rigorosissimè omnia tua nefanda opera discuties, te horribiliter in stagnum ignis, & sulphuris, & in penis perpetuis condemnabit. O scelerate, & inique spiritus, qui tot mala operari non desinis, quid respondebis, illi justissimo judici, quem horribiliter te in illo extremo judicio, irato, & horribili, indignatoq; vultu inspicere, ac certe increpari, & totaliter despicere, maximeq; vituperare, & æternaliter reprobare videbis : Exultas forsitan, ò miselle, quod tu effugies manû Dei gravissimam, quæ super te ventura est ? Firmissime tene, & nullatenus dubites : quia certissime adveniet dies illa horribilis, & indignatione plena. O qualis, & quanta tunc erit confusio tua, coram universitate Angelorum, & omnium creaturarum à summo judice accusari, confundi, & de tuis iniquitatibus proparari. Quàm intolerabile, & extremum dedecus, & opprobrium tibi erit, quando omnia tua scelera, & peccata perenni, ac æternali igne infernali puniètur ? Qualis mæstitia, quæ desolatio ? quàm acerbissima desperatio ? ineffabilisq; angustia, & presura tibi, & omnibus iniquis erit, cum te videris reprobari, & in infernum præcipitari, atque æterno incendio tradi ? ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, & ubi acerrimè cruciaberis : qui locus verè tibi, & omnibus à Deo aversis, omniq; malitia obstinatis, ut vilissi-

ut vilissimus, sordidissimus, foetidissimus, obscurissim⁹,
 ac solo aspectu horribilissimus debetur, ubi nulla re-
 quies inveniri potest, sed continuus dolor, sæva vexatio,
 lachrymabilis, ac moestissimus fletus, & ululatus tuus,
 & omnium damnatorum audietur: super quos pluent
 nix, grando, ignis, sulphur, & spiritus procellarum. Hæc,
 & alia, quæ nec cogitari, nedum enarrari possunt, erunt
 pars calicis tui, & omnium damnatorum, quibus frui-
 turus es in secula seculorum. Amen.

*Hic interroga spiritum de exitu, & de impedin-
 tis, quibus tibi detinetur, & illa remove: & si
 adhuc spiritus non recesserit, fac profumigatio-
 nes, ut supra: deinde sequere forti animo, &
 audacter hoc modo.*

ORATIO.

Domine Deus omnipotens, Rex regum, & Domi-
 nus dominantium, qui per unigenitum filium tu-
 um Jesum Christum sacramentū baptismatis ad
 salutē humani generis instituere voluisti, & per lignū
 sanctæ Crucis, electos tuos tibi fideliter servientes, de
 hoste antiquo, tua benignitate triumphare fecisti, qui
 etiā quotidie illos ad veræ penitentia fruct⁹ afferendos,
 tua gratia vocare non desinis: te humiliter rogo, ut in-
 terveniente ejusdē Filii tui passione, hunc famulum tuū
 N. à diabolica vexatione liberēs, & liberatū, in tua gra-
 tia conservēs. Per eundē Christū dominū nostrū, Am̄.

CONJURATIO.

Conjuro te, † scelerate dæmon, per illum fluvium
 aquæ vivæ, qui procedit de sede Dei, & agni, cu-
 jus aqua fluit nobis æternam benedictionem: per
 fontem enim baptismi, qui procedit de sede Dei, qui
 potest omnia creare, & dare sacramentis virtutem effi-
 ciendi, quod significant: & agni, qui instituit sacramen-
 tum baptismi, Ecclesia Deo conjūgitur, quia in Sanctis,
 in quibus principaliter Deus sedet, hæc aqua baptismi
 maxime

Apoc. c. 12.

Ibidem.

maximè reperitur. In medio igitur plateæ fontem baptisimi esse ostendit Christus : quia in medio Ecclesiæ à Deo, & à Christo constat descendere. Conjuro te, † spurcissime dæmon, per sacratissimum illud lignum vitæ, quod est ex utraque parte fluminis, afferentem fructus duodecim per singulos menses, quod est crux Christi. Nullum enim est lignum, quod omni tempore fructificet, nisi Crux Christi, quam gestant fideles, qui irrigantur aqua ecclesiastici fluminis, qui reddunt fructum omni tempore, & per totum annum : & non solum omnibus mensibus, sed etiam omnibus diebus.

Ibidem.

Conjuro te, † impiissime dæmon, per omnia verba sacra, & divina mysteria, qui ab Angelo revelata fuerunt beato Joanni, quæ, qui custodierit, beatus erit (inquit ipse.) Beatus est, qui custodit verba prophetiæ libri hujus : quia sunt vera, & fidelissima : quia triplici testimonio probata sunt : & primò per Dominum inspirantem donum spirituum omnium prophetarum. Conjuro te, † & sceleratissime dæmon, per illum secundum testem, id est Angelum à Deo missum, qui beato Joanni hæc revelavit. Omnia nanque quæ de Christo in carne venturo, passuro, & resurrecturo in lege figurata sunt, ministerio Angelorum sanctorum revelata sunt. Et per tertium testimonium, & conjuro, † qui fuit beatissimus Joannes : quia hæc omnia mysteria in spiritu vidit, & audivit, cujus testimonium quale sit, Ecclesia in ejus Evangelio de ipso loquens, declarat, dicens. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scimus quia verum est testimonium ejus. Conjuro te, † nequissime spiritus, per illum, qui citò venturus est, cujus merces cum ipso est, qui dat unicuique juxta opera sua, qui dicit. Beati qui lavant stolas suas in sanguine agni, ut sic potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrant civitatem, id est Christus, qui est principium per divinitatem, & finis per assumptam humanitatem. Est principium manens æternaliter cum Patre, & finis natus temporaliter ex Matre, Beati qui lavant stolas suas in sanguine agni,

Joan. 21.

agni, id est, qui corpora sua fonte baptismatis purgant: quia ii intrabunt civitatem per portas, scilicet Ecclesie, quæ sunt sacramenta, quibus datur nobis vita æterna, mediantibus bonis operibus per gratiam Christi factis, qui dicit. Ego Jesus misi Angelum meum, id est Joannem testificari hæc Ecclesie, ut omnes sciant, hæc vera esse. Conjuro te, † pessime dæmon, per illam vocationem, qua unumquenque Spiritus sanctus, & Ecclesia ad supernam patriam vocant, dicentes. Veni, veni ad cœleste convivium, ad cœnam agni. Ad quam accedentem, oportet habere ornamenta suæ salutis, quæ sunt fides, & opera veri Christiani, ut digne possit effici particeps illius cœlestis fruitionis, quam Deus præparavit diligentibus se: quam tu, nefandissime spiritus, tua perversa superbia, & scelerata voluntate perdidisti, quando ut rebelles, & ingratus recessisti ab illa divina, & cœlesti contemplatione Dei omnipotentis, & à consortio sanctorum Angelorum, & cœlestium civium. Per hæc, & omnia alia, quibus tu maledicte, ac nefandissime spiritus, in virtute Dei adjuvari, cogi, constringi, ligari, fugari, torqueri, damnari, arctari, & cruciari potes, & ad poenas infernales ac tormenta mitti te constringo, ut omni mora postposita, sine ulla rebellionem, & contradictionem aliqua festinanter ab hac creatura Dei N. sine læsione, nocumento, & terrore aliquo ipsius, & omnium Astantium exeas, & recedas, fractis omnibus vinculis, & ligaminibus, cujuscunq; conditionis, & potentie existant, quibus tu iniquissime spiritus, hic teneris, & vadas ad sedes infernales, vel ad loca tibi à Christo deputata, nullatenus ad eam rediturus. Quod si more tuo bestialissimo, mandatis, & præceptis meis, tibi in virtute Dei omnipotentis factis obedire contempseris, per omnia supradicta verba, & adjurationes, contra vos conjuro Luciferum, & omnes spiritus infernales, quatenus per virtutem sanctissimi nominis Dei Terragrammaton, & per passionem domini nostri Jesu Christi, contra te, & omnes tibi faventes, omnia sua ira, & indignatione,

*Apoc. c. 22.**Ibidem.**Ex flagello
dæmonum.*

gnatione, ac furore irruant, & insurgant, & te ad infernum ducant, & in locū duriorē te præcipient, & ligent ibi omnibus pœnis, & cruciatibus, durius, & acrius solito cruciandus: quia tantis, & tam sacratissimis nominibus, & mysteriis Dei rebellis fuisti. Et maledictio Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & ira, ac indignatio beatæ virginis Mariæ, & omnium Angelorum, & Sanctorum totius Curie cœlestis veniant, & festinanter descendant super te, spiritus ingrattissime, & omnes tibi faventes, & ego, ut minister Christi (licet immeritus) tibi præcipio proditor, & iniquissime spiritus, ut exiens ab hac creatura Dei N. ipsam sanam, & liberā nobis dimittas. Per eum, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & te maledicte dæmon, & seculum per ignem, Amen.

DEPRECATIO DAVIDICA.

Apo. 12.

Domine Deus omnipotens, qui maxima virtute, & potentia tua, rebelles Angelos inimicos tuos contra te superbientes à cœlo expellens, ad infernum deputasti, per eandem potentiam, & virtutem tuā te supplico, ut expellere digneris hos dæmones ab hac creatura tua N. quā sanguine filii tui redimere dignatus es. Expelle igitur illos in virtute tua: & tanquam vas figuli confringe eos. Exurge Domine, & salva hunc famulum tuum N. & percutite omnes adversantes illi sine causa. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant: iudica illos Deus. Decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritaverunt te Domine. Erubescant igitur, domine Deus meus, vehementer omnes inimici tui isti: avertantur retrorsum, & erubescant valde velociter. Exurge Domine Deus meus, & exaltet manus tua: & ne obliviscaris vocem meam, Justum adiutorium meum à te: qui sal-

*Psal. 3.**Psal. 6.*

vos

vos facis sperantes in te, Domine. Convertantur ii demones in infernum : & omnes, qui obliviscuntur te. *Psal. 13.*
 Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est : & dolo sub lingua eorum labor & dolor. Quia dilexerunt iniquitatem, & oderunt propriam salutem : ideo emitte super illos ignē sulphur, & spiritus procellarum, quæ est pars Calicis eorum. Disperde Domine universa labia eorum dolosa : & linguam magniloquam. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis : non est qui faciat bonum. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt : veloces pedes eorum ad perdendas animas. Non est timor tuus ante oculos eorum : ideo viam pacis non cognoverunt. *Ibidem.*
 Dominum non invocaverunt : illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor. Exurge domine, præveni eum, & supplantata eum : eripe hanc creaturam tuam ab impio. Emitte sagittas tuas, & dissipabis eos : fulgura multiplica, & conturbabis eos. Persequere inimicos tuos istos, & comprehende eos : & non convertantur, donec deficiant. Confringe eos, nec poterunt stare : cadant subtus pedes meos. Exurge Domine, & supplantata insurgentes in servos tuos : & disperse odientes te, Domine. *Psal. 176*
 Commine eos, ut pulverem ante faciam venti : ut lutum platearum dele eos. Dexteræ tuæ inveniat omnes, qui te oderunt : & disperdat eos à filiis hominum. Pone eos, ut clibanum ignis in tempore vultus tui, Domine : & in ira tua conturbabis eos, & devorabit eos igni. Confundantur isti demones iniqua agentes : supervacue. *Psal. 34.*
 Dexteræ tuæ Domine fecit virtutem : dexteram tuam erige adversus hos inimicos tuos facientes iniquitatem. Erubescant igitur inimici tui isti, & deducantur in infernum : muta fiant labia dolosa. Projice eos à facie oculorum tuorum : retribue abundanter facientibus superbiam. Judica Domine nocentes : exptigna impugnantes me. Apprehende arma, & scutum : & exurge in adiutorium mihi. Effunde frameam, & conclude adversus hos demones : qui persequuntur
 ZZ hanc

hanc creaturam tuam N. erue eam protector meus Domine. Confundantur, & revereantur quærentes animam ejus: avertantur retrorsum, & confundantur cogitantes illi mala. Fiant tanquam pulvis ante faciem venti: & Angeli tui coarctent illos. Fiant viz illorum tenebræ, & lubricum: & Angeli tui persequantur illos. Veniat illis laqueus, quem ignorant. & captio, quam absconderunt: & cadant in idipsum. Et tu Domine exurge in adjutorium meum: & dissipa eos protector meus Domine. Exurge, & intende judicio meo: Deus meus, & Dominus meus, in causam meam. Non dicant in corde suo, euge, euge animæ suæ: nec dicant devorabimus eum. Induantur confusione, & pudore: qui quærent mala huic creaturæ tuæ. Evagina gladium, & tende super eos arcum iræ tuæ, & trucidabis eos: quia tunc conterentur, & confundentur in tempore malo: quemadmodum fumus deficient, & damnabis eos, cum judicaveris illos. Exurge ergo, quare obdormis Domine: exurge, & ne repellas preces nostras in finem. Exurge Domine, adjuva nos: & redime nos propter nomen tuum. Quia isti dæmones sicut oves in inferno positi sunt: mors depascet eos. Auxilium eorum veterascet in inferno: à gloria eorum. Ignis in conspectu eorum exardescet: & in circuitu eorum tempestas valida. Nolite igitur miserrimi dæmones gloriari in malignantibus, qui potentes estis in iniquitate. Dilexistis malitiam super benignitatem: iniquitatem magis, quam loqui æquitatem. Propterea Deus destruet vos in fine, evellet, & emigrabit vos de hoc tabernaculo suo: & radicem vestram de terra viventium. Præcipita domine Deus, & divide linguas eorum: veniat mors super illos, & descendant in infernum viventes. Exurge Domine, & contere eorum dentes in ore ipsorum: ut ad nihilum deveniant. Absorbe eos in ira tua Domine: exurge Deus Israel, & disperse illos, & depone eos protector noster Domine. Exurgat Deus, & dissipentur inimici ejus: & fugiant, qui oderunt eum à facie ejus.

Sicut

*Psal. 34.**Psal. 43.**Psal. 51.**Psal. 67.*

Sicut deficit fumus, deficient, sicut fluit cera à facie ignis: sic pereant peccatores à facie Dei. Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in dilectis suis. Obscurentur oculi eorum, ne videant: & dorsum eorum semper incurva. Effunde super eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis eorum non sit, qui inhabitet. Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt: & super dolorem vulnerum ejus addiderunt. Appone iniquitatem eorū: *Psal. 68.* & non intrent in justitiam tuam, Deleantur de libro viventium: & cum justis non scribantur. Deus in adjutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me festina. Confundantur, & revereantur, qui quærunt animam istius famuli tui N. Avertantur retrorsum, qui volunt illi malum. Avertantur statim, & erubescant: qui dicunt illi euge, euge. Confundantur, & deficient vexantes animam ejus: operiantur confusione, & pudore, qui quærunt illi mala. Facti sunt in desolatione, subito defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam. *Psal. 72.* Velut somnium surgentium Domine in civitate tua: imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Quanta malignatus est inimicus iste in Sanctis tuis, incendit igne suæ malitiæ sanctuarium tuum, polluit in terra tabernaculum nominis tui. Ut quid Domine avertis manum tuam, & dexteram tuam Deus meus: qui contribulasti capita draconum in aquis? Respice ergo in testamentum tuum: & animam istius pauperis tui ne obliviscaris in finem. Tu terribilis es, & quis resistet tibi? *Psal. 79.* ex tunc ira tua. Tentaverunt te Deus in cordibus suis, & male locuti sunt de te, ideo ira tua descendit super eos. Effunde iram tuam in istos dæmones, qui te cognoscere nolunt: & in regnum eorum, quia nomen tuum non invocaverunt. Excita potentiam tuam, & veni: ut salves hunc famulum tuum. Deus virtutum convertere, respice de cælo, & vide, & visita vineam istam: & perface eam, quam plantavit dextera tua.

*Psal. 82.**Psal. 85.**Psal. 101.**Psal. 108.*

Exurge Deus meus, quoniam qui te oderunt, extulerunt caput: & super hanc creaturam tuam malignati sunt. Omnes principes eorum dixerunt: hæreditate possideamus sanctuarium Dei. Fac illos sicut Madian, & Sisare: & sicut Jabin in torrente Cyson. Pone principes eorum sicut Oreb, & Zeb: & Zebæ, & Salmana. Deus meus pone illos ut rotam: & sicut stipulam ante faciem venti. Sicut ignis, qui comburit Sylvam, & sicut flamma comburens montes: ita persequeris illos in tempestate tua, & in ira tua conturbabis eos. Erubescant, & conturbentur in seculum seculi: & confundantur, & pereant. Respice in me, & salvum fac filium ancillæ tuæ, fac mecum signum in bonum, ut videant, qui te oderunt, & confundantur; quoniam tu Domine adjuvisti me, & consolatus es me. Disperge eos in furore tuo, & conturba eos: quia non posuerunt te in conspectu suo, super aspidem, & basiliscum ambulabis; & conculcabis, leonem, & draconem. Disperge omnes, qui operantur iniquitatem: & redde illis iniquitatem ipsorum. Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simulacris suis. Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut oportorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Deficiant peccatores, & iniqui, ita ut non sint: ut omnes benedicant te Domine. Contrivisti Domine portas æreas: & vestes ferreos confregisti. Da nobis Domine auxilium tuum: & in te faciemus virtutem. Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrui: & omnis sapientia eorum devorata est. Cum judicantur, exeant condemnati, & desiderium eorum fiat inane. Fiant dies eorum pauci: & ejiciantur de habitatione ista. Non sit illi adjutor: & nomina eorum deleantur de libro viventium. Quoniam dilexerunt maledictionem, veniet eis: noluerunt benedictionem, & elongata est ab eis. Qui insurgunt in hunc famulum tuum N. injustè, confundantur: ut ipse de liberatione sua lætetur. Et quia injustè iniquitatem fecerunt

fecerunt in illum: ideo lætabitur, quando facies de suis
 persequentibus iudicium. Surge Domine, & eripe
 hunc famulum tuum ab iniquis dæmonibus: libera
 eum è manibus eorum. Disperde omnes inimicos e- *Psal. 142.*
 jus: qui tribulant animam suam. Domine inclina
 coelos tuos, & descende, tange dæmones istos, & dissi-
 pabis eos, Fulgura coruscationem, & dissipabis eos:
 & mitte sagittas tuas, & conturbabis eos. Exhibunt spi-
 ritus isti, & revertentur in terram suam: in illa die pe-
 ribunt omnes cogitationes eorum. Abyssus operue- *Exo 15.*
 runt eos: descenderunt in profundum quasi lapis. Dex-
 tera tua Domine percussit inimicos. & in multitudine
 gloriæ suæ deposuisti adversarios tuos. Mitte Domi-
 ne iram tuam, quæ devoret eos sicut stipulam: submer-
 ge eos, quasi plumbum in aquis vehementibus. Irruat
 super eos formido, & pavor: in magnitudine brachii
 tui. Fiant immobiles quasi lapis: ut liberetur servus
 tuus iste, quem possedisti. Egrediantur dæmones isti *Deut. 32.*
 ante pedes meos: & corruant in terram in furore tuo
 Domine. Quæ tu occidis, tu vivere facis, percutis:
 & sanas: non est, qui de manu tua possit eruere. Qui
 reddis ultionem hostibus tuis: & qui te oderunt, retri-
 buis. Inebria sagittas tuas sanguine: & gladius tuus
 devorabit hos dæmones. Et sicut tu Deus meus es *Luce 11.*
 ille potentissimus, qui fecit potentiam in brachio: di-
 sperdit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes
 de sede: & exaltavit humiles. Sic domine sancte Pater
 omnipotens æternæ Deus, libera hunc famulum tuum
 N. ab hac diabolica vexatione, per passionem, & mor-
 tem domini nostri Jesu Christi, qui venturus est iudica-
 re vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

CONJURATIO.

Iterum conjuro te, † nefandissime spiritus per illam
 æternam beatitudinem Dei omnipotentis, qui est
 fons sapientiæ, lumen indeficiens, & inextinguibile,
 in quo omnis mens satiabitur, & jucundabitur, in quo
 fruemur

*Aug lib.
 So. 110. c. 36.*

fruemur illa diviva essentia, quæ est præmium beatorum, & diadema decoris eorum, lætitia sempiterna, quæ exuperat omnem sensum. Ibi in lumine Dei videbimus lumen. & quale lumen? lumen immensum, lumē incorporeum, incorruptibile, incomprehensibile, lumen indeficiens, inextinguibile, & inaccessible, lumen divinum, quod illuminat oculos Angelorum, quod lætificat juventutem Sanctorum: ibi videbimus Deum sicuti est: quia videbimus gloriam, & faciem Dei vivi, cognoscemus Patris potentiam, Filii sapientiam, & Spiritus sancti clementiam, ac summæ ipsius sanctissimæ Trinitatis unam, & individua essentiam. Ibi habebimus Deum omnipotentem, qui est summum bonum, gaudium Angelorum, atque omnium Sanctorum, præmium vitæ æternæ, gloria spirituum, corona decoris, brabium felicitatis, requies opulenta, pulchritudo pacis, intimum, & æternum gaudium, vita beata, plenitudo beatitudinis, gaudium æternitatis, & pax Dei æterna. Ibi erit tota glorificatio nostra: quia videbitus faciem Dei nostri, qui fecit cælum, & terram, qui creavit nos, qui salvavit, & glorificabit nos: quem videndo cognoscemus, amabimus, diligemus, & possidemus Deum vivum, & verum Patrem omnipotentem, invisibilem, & incomprehensibilem, filiumque ejus unigenitum, & coæternum, & consubstantialem, dominum nostrum Jesum Christum, quem pro nostra salute Pater misit in mundum: & Spiritum sanctum paraclitum à Patre, Filioque procedentem, unum Deum in essentia, & trinum in personis, quem omnes Sancti, & electi Dei indefessis vocibus laudant, dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus Sabaoth. Per hæc, & omnia alia, quibus tu, maledicte spiritus, potes adjurari, cogi, constringi, ligari, fugari, arctuari, cruciari, expelli, & ad pœnas inferni mitti, te constringo, ut amoto omni impedimento, & omni mora postposita, exeas ab hac creatura Dei N. cum omnibus sociis, & maleficiis tuis, & vadas ad sedes infernales, vel ad loca tibi à Christo deputata:

ad

Gen. I.

Apo. 4.

ad eum nunquam rediturus. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Explicit Exorcismus quintus.

EXORCISMUS VI. POTENTISSIMUS

MIRABILISQUE EFFICACIÆ
ad expellendas omnes facturas, maleficia, præ-
stigia, ligaturas, & opus nefarium diaboli
de oppressis corporibus humanis.

*Exorcista cupiēs cum Dei adiutorio maleficiatos,
& facturatos à demonibus, & maleficiis, curare,
prius debet perquirere omnia instrumenta ma-
leficialia, omni diligentia, qua poterit, & inven-
ta, igne benedicto illa comburere. Postea indutus
stola, & cotta, pergens ad Ecclesiam unà cum
infirmo, & stans ante Altare, posita manu super
caput maleficiati, & illum signo crucis muniēs,
voce intelligibili, maxima cum devotione dicat.*

In nomine Patris, † & Filii, † & Spiritus
† sancti, Amen.



Xtinguatur in te N. omnis virtus diabo-
li per impositionem manuum mearum,
imò per invocationem omnium Sancto-
rum Archangelorum, Angelorum, Pa-
triarcharum, Prophetarum, Apostolo-
rum, Martyrum, Confessorum, atque Virginum, & o-
mnium simul Sanctorum. Amen.

Zz

Deinde

Deinde invocando divinum auxilium dicat.

V. Adjutorium nostrum in nomine domini.

R. Qui fecit cœlum & terram.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo. Oremus.

O R A T I O.

Psal. 23.

Domine Deus omnipotens, qui es Deus magnus, potentissimus, fortis, & admirabilis, qui lucem & habitas inaccessibile, qui universa, quæ ex nihilo condidisti, mirabiliter regis, & gubernas. Deus cui proprium est misereri semper, & parcere, te supplices deprecamur, ac petimus: ut misericordiam tuam piissimam super hanc creaturam tuam N. ostendere digneris, & libera eam ab omnibus maleficiis, & incantationibus sibi arte diabolica factis, cujuscunque virtutis, & potentia existant. Domine Jesu Christe qui es verbum, sapientia, & unicujus filius altissimi patris, per pietatem, misericordiam illam, qua in hunc mundum venisti, ut dissolvere, & ad nihilum redigere digneris omnia vincula, incantationes, fascinationes, præstigia, ligaturas, signaturas, & facturas, arte diabolica factas hunc famulo tuo N. cujuscunque conditionis, virtutis, & potentia existant, ita ut confringantur, & statim deficient, sicut deficit fumus, & sicut fluit cera à facie ignis, & amoveantur à quocumque loco, per virtutem sanctissimi nominis tui. Custodi quæsumus domine, hunc famulum tuum N. ab omni vinculo diabolico, nec non, & malignis spiritibus: & sicut liberaisti Adam, & genus humanum de faucibus inferni, & de æterna damnatione, ita tua pietate, & misericordia illum liberare digneris à maleficiorum ligaminibus. Et tu Deus pater omnipotens, pone manum tuam dexteram plenam largæ benedictione super illum, & reple eum æternis benedictionibus, Et sicut tu es Deus omnipotens, cujus voluntati

Joan. c. 1.

Psal. 67.

Col. 2.

Hebr. 13.

rati nemo potest resistere, ita domine non permittas aliquid contradicere suis maleficiis huic famulo tuo N. à quo hodie, & semper omnes insidie, omnes virtutes diaboli, & ministrorum ejus elongentur, & ab eo expellantur. Et sicut dignatus es solvere vincula beati Petri Apostoli per manus sancti Angeli tui, ita tua misericordia dissolvere digneris omnes facturas, & maleficia facta, vel quæ fient huic famulo tuo N. ita ut non habeant potestatem super eum. Resolve ergo domine Deus omnes incantationes facturas, & omnia maleficia Sathanæ, & ministrorum ejus, quæ per invocationes, & virtutes diaboli facta fuerunt, aut fient huic creaturæ tuæ N. Per eum qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem Amen.

*Actuum 12**Mat. 6. 25.*

Hic Exorcista aspergat a grotum aqua benedicta: postea incipiat demones, & maleficia adjurare hoc modo.

CONJURATIO.

Conjuro vos† demones infernales, spiritus maligni, qui fertis malum contra hanc creaturam Dei N. & qui fabricastis, vel conservastis maleficium contra ipsam fabricatum, & factum, per Deum patrem omnipotentem, † filiumque ejus unicum dominum nostrum † Jesum Christum, & per spiritum † sanctum paraclerum ab utroque procedentem, & vobis præcipio, quæ noxia, & nociva estis huic famulo Dei N. ubicunque sitis, sive sitis maleficia, vel veneficia, seu præstigia, aut incantationes, fascinationes, signaturæ, facturæ, ligaturæ, & omne opus nefarium diaboli, & ministrorum ejus, sive jam facta, sive quæ fient agnita, vel incognita per Deum vivum, † per Deum † verum, per Deum † sanctum, & per sanctissimum, tremendum, honorandum, & glorificandum nomen Dei Adonay, ut non noceatis huic famulo Dei N. neque illi appropinquetis, nec ad omnia, quæ ad illum pertinent, sed recedite ab eo, & ab omnibus rebus ejus, & destru-

*Ex Symbolo Nicensi.**Judith. 16.**Psal. 67.*

destruamini à potentissima manu Dei, ut ad nihilum statim deveniatis, & deficiatis ab eo, sicut deficit fumus, & sicut fluit cera à facie ignis, ut remoto omni impedimento saranz, & ministrorum ejus, omni mora postposita, realiter, & effectualiter, sine fraude, dolo, & fallacia, vos dæmones destruat omnia maleficia, incantationes, fascinationes, ligaturas, signaturas, facturas, & omne opus nefarium diaboli arte diabolica factum, & per nomen Dei vivi, & per virtutem ejus, qui est Alpha, & Omega, Principium, & Finis, carens principio, & fine, qui ambulat super pennas ventorum, qui omnia ex nihilo sua omnipotenti virtute creavit, per quem omnes sancti, & electi Dei beatificantur in majestate divinæ essentiæ ejus, ante cujus faciem ignis præcedet, & inflammabit vos inimicos suos. Conjuro vos † dæmones rebelles Dei omnipotentis, & abominabiles spiritus, inimici triumphatoris Jesu Christi Nazareni, spiritus nefandissimi, & prædones infernales, spiritus invidi, spiritus damnati, & reprobati, inimici humani generis, qui non cessatis hanc creaturam Dei N. lædere, & vestris maleficiis vexare, per potentiam illius, qui vos in tanta dignitate creavit: qui vobis inexcogitabilem foelicitatem paravit: qui vos superbientes mox cum complicibus vestris eliminavit: qui vos à consortio bonorum spiritualium ad sedes tartareas damnando exterminavit: qui vos ibi igne, & sulphure cruciandos ligavit: qui de intemerata virgine Maria, sumpta carne passibili, pedibus supra mare ambulavit: qui Petro sub aquis labenti, dexteram porrexit: qui cæco nato oculos aperuit: qui Lazarum de monumento suscitavit: qui Mariam Magdalenam à malignis spiritibus, & omnibus peccatis tum potenter, tum misericorditer absolvit, & liberavit: qui discipulis per orbis spatia diffusis, te dejecit, & fugavit: qui die novissimo te cum tuis complicibus in lacum ignis, & sulphuris, in tenebris perpetuis religabit: per ipsum, inquam, vos conjuro, ac potentissimè vobis præcipio per virtutem omnium conjurationum, alligationum,

*Apoç. 1.**Psal. 96.**Isa. 14.**Matt. 23.**Luc. 9.*

num, & vinculorum, quibus in nomine domini nostri Jesu Christi conjurari, constringi, ligari, fugari, cruciari, torqueri, & coarctari: vel ad poenas aliquas damnari potestis, ut protinus destruat, & ad nihilum redigatis omnia maleficia, incantationes, fascinationes, facturas, ligaturas, signaturas, & omnia opera diaboli, & ministrorum ejus. Conjuro † vos dæmones, qui fabricastis conservatis, & assistitis prædictis maleficiis, & incantationibus, huic creaturæ Dei N. factis sive ille sint fabricatæ in igne, aëre, aqua, vel terra, sive ex aliqua imagine fabricata, ex quacunque materia sint, sive maleficium sit factum in auro, argento, ære, plumbo, vel ligno, sive aliquo filato ex lana, lino, vel bombice, vel ex plumis animalium contextum, sive illud sit factum ex ossibus hominis mortui, vel animalium quadrupedum, volatilium, piscium, vel serpentium, vel ex omnibus sementibus, & fructibus terræ, & arborum, vel maris: sive illud sit fabricatum ex charta virginea, vel papyrea, vel in ligno, aut in aliquibus herbis, vel lapidibus, aut in piscibus maris, fluminum, vel paludum, sive illud sit in aliquo Christianorum, seu Hebræorum, vel Paganorum, seu aliorum Infidelium, aut sit in agro, vel vinea, sive in montibus, vallibus, vel in fontibus, vel extra, & in quacunque parte mundi, sive in Oriente, Occidente, Meridie, vel Septentrione, aut sit in vestibulis, cincturis, & omnibus indumentis hujus famuli Dei N. aut sit in domo, camera, & lecto ejus, aut supra lectum, vel sub lecto, sive sit in parietibus, angulis, vel officinis, aut in rebus domus ejus, aut in arbore, fovea, vel puteo, sive sit in profundo, sive in abyssu, vel in sylva, seu in antris, vel speluncis solitariis, & si est in deserto loco, vel in Flumine aliquo, sive sit in aquis marium, fontium, Fluminum, & paludum, vel in quacunque statua aurea, argentea, ærea, plumba, cerea, vel lignea, aut lutea, vel ex quacunque alia materia fabricata, sive tale maleficium sit factum in annulo, sive sit in juncturis membrorum hujus famuli Dei N. sive sit datum illi in cibo, vel potu à quo

*Et oratione
neCypriani.*

*Ex eadem
oratione.*

Ex eadem.

à quocumque malefico, vel malefica, sive sit positum in fundamentis domus ejus, vel sub limine ostii, aut in ingressu domus ejus, & in quibuscunque locis, in quibus ipse habitat, & quiescit, sive illud sit positum in puteo, fovea, vel sterquilinio, aut via, vel semita, in horto, vel conducto, aut sit in igne, aère, aqua, & terra, vel vento, aut in quocunque loco nobis noto, vel ignoto per nomen magnum Dei Adonai, & per virtutem ejus vobis præcipio, ut non habeatis potestatem conservandi illud, sed per virtutem passionis domini nostri Jesu Christi, illa ad nihilum redigatis, ac si facta non fuissent, & per illum, qui orbem contremere facit vobis impero, & mando, ut non habeatis auctoritatem, potestatem, & virtutem nocendi huic creaturæ Dei N. in die, neque in nocte, orando, nec vigilando, neque dormiendo, nec stando, neque ambulando, vel sedendo, comedendo, aut bibendo, vel aliquid aliud faciendo, neque in ulla hora diei, vel noctis, vel habeatis potestatem ingrediendi domum ejus, vestris maleficiis, aut ibi stando, vel morando in ejus domo, camera, lecto, & habitatione ejus, neque in ulla figura apparere ei possitis, illi terrorem incutiendo, sed liberam, & sanam, & sine ulla læsione animæ, & corporis illam relinquatis, destructis omnibus maleficiis, incantationibus, & facturis, illi arte diabolica factis, sicut Deus liberavit tres pueros de camino ignis ardentis, quos flamma non tetigit, & sicut Deus resolvit vincula, & ligamina eorum, ita dissolvantur omnia vincula, ligamina, & incantationes, omni- que mala factorum, & omne opus nefarium diaboli, & ministrorum ejus ab hac imagine Christi N. & ab illo removeantur per sanguinem domini nostri Jesu Christi, qui propter nostram salutem effusus est, & sicut solutum fuit vinculum linguæ Zachariæ prophetæ, ita dissolvo hunc famulum Dei N. ab omni ligamento, fascino, & maleficio sibi arte diabolica facto, & ab omni factura, & vinculo diabolico, per potentiam, & virtutem illam, qua Deus divisit mare rubrum, per quem

Judith. 6.

*Ex oratio-
ne S. Cipri-
ani.*

Dan. 3.

Luc. 1.

quem populus Israeliticus suis pedibus transivit, & per virtutem illam, qua Christus Lazarum à monumento suscitavit, & languidum sanavit, atque cæcum natum illuminavit, & per potentiam illam, qua ipse portas inferni destruxit, & sua omnipotenti virtute januam coeli aperuit.

Exo. 24.

Col. 2.

Hic Exorcista aspergat infirmum aqua benedicta in modum Crucis, deinde dicat.

O R A T I O.

Domine Deus omnipotens, rex æternorum, & moderator omnium seculorum, incorruptibilis, invisibilis, & immensæ majestatis, magnus, & incomprehensibilis rector, potens, & immortalis, Adonai magne, & admirabilis Deus Deorum, omniumque creator, qui sedes super Cherubin, & Seraphin, Deus, & pater domini nostri Jesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, te suppliciter deprecamur, ut tua potenti virtute, per passionem ejusdem filii tui dissolvere digneris omnia maleficia, ligamina, & incantationes, præstigia, veneficia, & colligationes diaboli. & ministrorum ejus huic famulo tuo N. arte diabolica facta, sicut destruxisti magica figmenta Magorum Ægyptiorum, & non permittas illi amplius nocere, sed libera eum ab omnibus maleficiis, incantationibus, fascinationibus, ligaturis, signaturis, & facturis, ac malis umbris, & dissolve omnia præstigia, & omne opus nefarium satanæ illi factum. Aperi ei domine Deus meus januam misericordiæ tuæ, & libera eum per intercessionem beatæ Mariæ matris domini nostri Jesu Christi. Et per omnes sanctos angelos Archangelos, & Thronos, Dominationes, Principatus, & Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin. Et per sanctum Joannem Baptistam, per omnes sanctos Patriarchas, & Prophetas, Apostolos, & Evangelistas tuos, per omnes sanctos Innocentes, Martyres, & Confessores, atque Doctores,

Judith. 9.

Exo. 8.

Divus Damascene. in sermo. assumptionis.

res,

Dan. 13.

res, per omnes sanctos Sacerdotes, & Levitas, Monachos, & Heremitas, per omnes sanctas Virgines, Viduas, & Continentes, & per totam cœlestem Curiam. Et sicut liberaſti Susannam de falso crimine, David de manu Goliath, Judith, & populum suum de manu Holofernis ducis regis Assyriorum, sic liberare digneris hunc famulum tuum N. ab omni potestate diaboli, & ministrorum ejus. Et dirumpe omnia vincula maleficiorum, atque conſtringe omnia maleficia, incantationes: fascinationes, ligaturas, signaturas, facturas, & omne opus diaboli, & machinamenta ejus. Per eum qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

CONJURATIO.

*Gen. 1.**2. Cor. c. 1.*

Conjuro vos † dæmones, & omnia quæ per malefium diaboli noxia, & nociva estis huic creaturæ Dei N. per Deum patrem omnipotentem, qui divisit lucem à tenebris, stabiliens cœlos, & eis mensuras ponens, & per illum qui locutus est Moyſi in monte Synai, quando dedit legem filiis Israel, & qui in deserto per quadraginta annos satiavit eos manna, & ex petra aquam eduxit eis ad bibendum, ut statim, & sine mora recedatis ab ea, & ipsam sine læsione relinquatis. Conjuro vos † iterum per Deum omnipotentem patrem domini nostri Jesu Christi, & per Filium ejus, & per Spiritum sanctum paraclytum, vobisque præcipio quæcunque noxia, vel nociva estis, sive in anima, sive in corpore, sive jam facta, sive fienda, sive colligata, sive commissa, sive missa à quocunque dæmone, vel malefico, sive malefica, qualibet arte diabolica quòquo modo fabricata, quibuscunque maleficiis, rebusque noxiis, dolosis, vel præstigiatis, sive sint prope, sive longe pavescite, & timete nomen magnum domini nostri Jesu Christi, per quod ego vos conjuro, conſtringo, & adjuro, ne noceatis, nec appropinquatis ad hunc famulum Dei N. neque ad omnia quæ ad illum pertinent. Iterum conjuro vos † omnes spiritus malignos, & dæmones infernales, terrestres, igneos, æreos,

aëreos, aqueos, subterraneos, lucifugos, & omnes spiritus omnibus orbibus, & spheris servientes, & in ipsis habitantes, & vos omnes maligni spiritus ubicunque sitis, & habitatis magni, & parvi, in potentia, de quacunque parte mundi missi estis ab Orient, Occidente, à Meridie, & à Septentrione, & ab omnibus partibus totius terræ, & mundi, & vos aereas potestates, & infernales principes, & vos omnes spiritus generales, & speciales dæmoniorum, quibus data est potestas nocendi huic creaturæ Dei N. & ad maleficia fabricanda, ferenda, & conservanda contra ipsam, & vobis potentissimè, & viriliter impero, ac strictissimè mando ex parte Dei † Patris omnipotentis, & Filii † ejus domini nostri Jesu Christi, & in virtute Spiritus † sancti, ut omni mora postposita, destruatis omnia maleficia, præstigia, incantationes, fascinoes omnesq; ligaturas, signaturas, facturas, & omne opus nefarium diaboli huic creaturæ Dei N. arte diabolica factum, ut ab eo discedant omnes insidiæ, & omnis versutia, & nequitia diabolicæ fraudis. Et sicut Moyses exanimavit magica figmenta Jannes & Mambri in Ægypto, ita confringantur omnia maleficia huic famulo Dei N. à diabolo, & ejus ministris inflata, vel illi data in cibo, vel potu, seu in quacunque alia malefica superstitione, vel præstigiis. Iterum fortius, & strictius præcipio vobis omnibus spiritibus supradictis, & quibuscunque aliis existentibus in quacunque parte mundi, ex parte sanctissimæ Trinitatis Patris, † & Filii, & Spiritus † sancti, & per merita beatæ Mariæ Virginis, & omnium sanctorum, & sanctarum totius curiæ cœlestis, quod si aliquod maleficium datum fuit huic creaturæ Dei N. ad comedendum, vel bibendum, aut si vos, vel aliquis vestrum maledicti dæmones portastis, vel composuistis illud in hoc corpore, ut non habeatis virtutem, facultatem, vel potestatem conservandi illud, sed prædicta virtute vobis præcipio, ut illud amoveatis. & cogamini dissipare omnem virtutem illius, & ad nihilum redigere omnem laqueum, nodum,

*Ibidem.**Exo. 2.**Ex Sacerdotali Romano.**& com-*

& compositionem factā in ipsis rebus, & quod sitis astric-
 ti, & compulsi eum disjungere, separare, & removere à
 visceribus, & ab intestinis ejus, & ea per secessum emit-
 ti facere, sine aliqua læsione animæ, & corporis hujus
Ibidem. creaturæ Dei N. Rursum vobis strictissimæ Trinitatis
 Patris, † & Filii, & Spiritus † sancti quod non habeatis
Ibidem. facultatem abscondendi illa in aliqua parte hujus cor-
 poris. s. in sanguine, cholera, flegmate, & melancholica,
Ibidem. nec in carne, nec in ossibus, neque in medullis, nec in
 nervis, nec in venis, neque in omnibus juncturis hujus
 corporis, nec in pedibus, nec in tibiis, neque in lateribus,
 nec in renibus, nec subtus renes, neque supra renes, nec
 in dorso, nec in spatulis, neque unguibus, nec in corde,
 neque in hepate, nec in splene, nec in interioribus, neq;
 in pulmone, nec in intestinis superioribus, vel inferiori-
 bus, majoribus, vel minoribus, nec in stomacho, nec in
Ibidem. ventre, neq; in pectore, nec in gutture, nec in collo, neq;
 in facie, nec in mento, nec in maxillis, neq; in dentibus,
 nec in gingivis, nec in lingua, neq; subtus linguam, neque
 supra linguam, neque in palato, nec nare, neque in ocu-
 lis, nec in auribus, nec in cerebro, neque in paniculis,
 cerebri, nec in arteriis, nec in fecibus, neq; in aliis rebus,
 vel locis corporis, vel extra corpus ejus, nec intrinsece,
 neque extrinsece neq; superficialiter, nec in capillis, nec
 in pilis, neque in vestimentis, nec in genitalibus, nec in
Ibidem. umbilico, neque in partibus verecundiis, neque in par-
 tibus illis circumstantibus, neque in aliis locis ubi ire, vel
 stare debeat, sed invicti, & coacti, atque virtute Dei cõ-
 pulsi, nunc cogamini omnia illa removere ab omnibus
Gen. c. 1. partibus corporis istius creaturæ Dei N. ubicunque
 sint à planta pedis usque ad verticem, & illa educatis
 extra ipsum corpus per illam viam, quæ sit magis li-
 bera, & expedita, ut per os stomachi, per guttur, & per
 os cum signo manifesto, & sine ulla læsione animæ, &
 corporis hujus creaturæ Dei N. & illa ducatis, ad lo-
 ca arida, sterilia, & inaquosa, atq; inhabitabilia, ubi
 non

non sit habitatio hominum. Et sicut per beatos Aposto- *Ex irineo*
 los Dei Petrum, & Paulum dissoluta, & ad nihilum re- *rario D.*
 dacta fuerunt incantationes factæ per illud membrum *Clementis.*
 vestrum Symonem magnum, ita auctoritate mihi tra-
 dita, & præstita à Deo omnipotenti, & à Sancta Catho-
 lica, & Romana Ecclesia, ego dissolvo omnes fortile-
 gas artes, præstigia, & incantationes, quæ atrocitate *Cal. 2.*
 invidiæ, vel malicia vestra factæ sunt huic creaturæ Dei,
 N. Et sicut dominus noster Jesus Christus descendit
 ad inferos, & ibi devicta tota potentia inferni, animas
 sanctorum Patrorum inde extraxit, ita per potentiam,
 & virtutem ejusdem, nec non & omnium nominum
 Dei, & omnium conjurationum, ligationum, & vin-
 culorum, quibus in nomine ejus potestis conjurari,
 & virtutem ejusdem, nec non & omnium nominum
 Dei, & omnium conjurationum, ligationum, & vin-
 culorum, quibus in nomine ejus potestis conjurari,
 constringi, cogi, arctari, ligari, fugari, cruciari, & tor- *Ex Flagello*
 queri, & ad pœnas aliquas damnari, vos omnes conju- *demonum.*
 ro, adjuro, cogo, & constringo, ac potentissimè vobis
 impero, & mando, ut remoto omni dolo, fraude, ob-
 stinatione, deceptione, & malitia, destruatis omnia
 maleficia satanz, & ministrorum ejus, & omnem ma-
 lignam fascinationem huic creaturæ Dei N. factam, ita
 ut ad nihilum redigantur, & confringantur omnia ma-
 leficia, præstigia, incantationes, fascinationes, ligatu- *Ex Flagello*
 ra, signaturæ, facturæ, & omne opus nefarium satanz, *demonum.*
 & ministrorum ejus. Quod si more vestro bestiali,
 mandatis, & præceptis meis, vobis in virtute Dei om-
 nipotentis factis, obedire contempseritis, per omnia
 verba, & conjurationes, quæ in virtute domini nostri
 Jesu Christi contra vos fieri possunt, contra vos conju- *Ibidem.*
 ro Luciferum, & omnes spiritus infernales, quatenus
 per virtutem sanctissimi nominis Jesu Christi, & pas-
 sionem ejus, contra vos, & omnes vobis faventes o-
 ni sua ira, indignatione, & furore irruant, & insur-
 rant, & vos ad infernum ducant, & in locum durio-
 rem vos præcipitent, ligent, & affligant: ibi omni-
 bus pœnis, & cruciatibus durius, & acius solito cru-
 ciandos: quia tot, & rantis sacratissimis verbis, &
 mysteriis divinis rebelles fuistis. Et maledictio Dei

Dei omnipotentis Patris & Filii, & Spiritus sancti, & iræ ac indignatio beatæ Mariæ virginis, & omnium Angelorum, & Sanctorum totius curiæ cœlestis veniant, & discedant super vos spiritus ingratiſſimi, & omnes vobis faventes. Et ego, ut minister Christi (licet immeritus) auctoritate Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, per virtutem domini nostri Jesu Christi, & sanctissimæ passionis ejus absolvo hunc famulum Dei N. ab omnibus maleficiis, incantationibus, fascinationibus, ligaturis, signaturis, & facturis, ac malis umbris, atq; machinationibus diabolicis, sibi arte diabolica factis, & ab omni operæ Satanae, & ministrorum ejus, ita ut omnes inveterata malitia diaboli, & omne cæcum, & confusum phantasma eradicetur, fugetur, & elongetur ab eo. Per eum qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum perignem, Amen.

Hic Exorcista ponat manum super caput maleficiati, & signando omnia membra ejus dicat.

O R A T I O.

*Ex anti-
quis exor-
cismis.*

ibidem.

EXpelle domine Deus omnipotens ab hac creatura tua N. omnia maleficia diaboli, omnesque incantationes, fascinationes, ligaturas, signaturas, facturas, & omne opus Satanae, & ministrorum ejus à capite, à capillis, à vertice, à cerebro, à panniculis cerebri, à fronte, ab oculis, à lingua, à sublingua, de auribus de naribus, de collo, de maxillis, de dentibus, de gutture, de gingivis, de ore, de palato, de ciliis, de superciliis, de pilis, de pedibus, de tibis, de genibus, de cruribus, de partibus verecundis, de renibus, de lateribus, de intestinis superioribus, & inferioribus, de femore, de ventre, de stomacho, de corde, de spatulis, de humeris, de pectoribus, de ubibus, de brachiis, de manibus, de unguibus, de ossibus, de nervis, de venis, de medullis, de pulmone, de compaginibus membrorum suorum, de omnibus juncturis, de toto corpore suo intus, & extra, de quinq; sentibus animæ, & corporis, nullumque locum in ipsa habeant

habeant intus, & fortis amplius, ut sana, & salva fiat, per invocationem sanctissimi nominis unigeniti Filii tui, & Spiritus sancti paraclyti. Tu ergo Deus pater piissime, qui dignatus es corpus, & animam hujus creature tue N. creare, digneris etiam totum corpus, & animam i- *Gen. c. i.*
 plius salvere, & salvam facere. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum qui tecum vivit, & regnat in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Deinde Exorcista benedicat Oleum olivarum benedictione illa, quæ ponitur in nostro Flagello *Oleum præ-*
 demonum ad bibendum, atq; ungendum, eo *bendum.*
 modo, quo ibi dictum fuit: & illud tradat infirmo: benedicatq; illi panem, vinum, aquam, medicinas, & quicquid comestabile, vel potabile ei præbendum fuerit.

Deniq; fiat balneum ex aqua benedicta benedictionibus positis in Remediis Flagelli, & totus infirmus in eo balneetur, ne forte aliquod maleficium sine remedio latere contingat in pilis corporis maleficiatis. *Balneum parandum.*

Explicit Exorcismus Sextus,

EXORCISMUS VII.

MIRABILIS EFFICACIÆ

PRO HIS,

QUI IN MATRIMONIO A DÆ-
monibus, vel maleficis diabolica arte
impediuntur seu maleficientur.

RUBRICA.

23. q. 2. c. Si
per Sortia-
rias.



Uicunq; arte diabolica in usu ma-
trimoni, aliquo maleficio impedi-
tur, antequã ad alia remedia recur-
rat, hortari debet, ut corde contrito,
& spiritu humiliato, Deo, & Sa-
cerdoti de omnibus peccatis suis puram confesso-
nem faciat, profusis lachrymis, & largioribus ele-
emosynis, & orationibus, atq; jejunijs Deo satisfa-
ciat. Quibus præmissis, Sacerdos seu Exorcista si-
mili præparatione munitus, ad ecclesiam pergens,
una cum infirmo maleficiato. stans ante sacratissi-
me Eucharistiæ Sacramentum, præmissa oratione
mentali, indutus Sacerdotalis indumentis, ibi ge-
nuflexus, diuinum auxilium implorans, dicat.

Psal. 123.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

V. Saluum fac seruum tuum, & ancillam tuam.

R. Deus meus sperantes in te.

V. Micee

- V. Mitte eis Domine auxilium de Sancto.
 R. Et de Ston tuere eos.
 V. Nihil proficiat inimicus in eis.
 R. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.
 V. Esto eis Domine turris fortitudinis,
 R. A facie inimici.
 V. Domine exaudi orationem meam.
 R. Et clamor meus ad te veniat.
 V. Dominus vobiscum.
 R. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Domine Deus omnipotens, qui sola clementia, & *Gen. 1.*
 bonitate tuæ immensæ charitatis primum homi-
 nem ad imaginem, & similitudinem tuam creare
 voluisti, & ad multiplicationem humani generis adju-
 torium simile sibi ei misericorditer tribuisti. O altissi- *Ex anti-*
 me conditor, ò summæ majestatis, & ineffibilis essen- *qui exor-*
 tia, divinæque sapientiæ Deitas, alpha, & omega, carens *cismus.*
 principio, & fine: verbum sine tempore cui omnia possi-
 bilia sunt. O ineffabilis, & admiranda Deitas, ò summa
 potestas, ò virtus altissima. In nomine piissimi Crea-
 toris cœli, & terræ tu, qui es benignissimus, piissimus, &
 misericors qui semper es, & ante omnia fuisti, & post o-
 mnia eris, tu omnia finis, & nunquam finis. Quique
 vivens homo cognoscat, quòd Deus es Rex regum, *Apo. 19.*
 & dominus dominantium, qui pius, & misericors, ac
 clemens es, benignus, gloriosus, & mirabilis in San-
 ctis tuis, mundum teneas manu tua, & absque consi-
 lio, & alterius rei auxilio, omne, quod creatum est, *Gen. 1.*
 in potestate tua conservas. Ego quidem ut creatura
 tua, & indignus famulus tuus, & filius ancillæ tuæ, li-
 cet sim pulvis, & cinis, corde durus, & ignorans, & mi-
 ser peccator, & insufficiens mei fragilitate, seu defectu
 virtutis, ad te confidenter recurro, veluti ad tutissi-
 mum portum, & refugium singulare, te Deum, ac de-
 minum reverenter deprecor, & tibi humiliter si-
 plico, quantum scio, & possum, ut non respicias

peccata mea, neque ad fragilitatem hujus famuli tui N. sed ad piissimam misericordiam tuam, quatenus digneris nunc mecum esse in hoc tuo sancto servicio. Nec mihi indigno peccatori tribuas secundum peccata mea, quibus aggravatus sum, & mea temeritate involutus, sed tu, qui clemens es, & pius, propitius, ac benignissimus mihi adesto, & miserere mei, cum major sit misericordia tua, quàm peccata mea. Quare digneris me exaudire, sicut exaudisti tres pueros in camino ignis ardentis: Jonam in ventre ceti: Petrum in carcere, Mariam Magdalenam à te pro peccatis suis veniam petentem. Et sicut exaudisti vocem matris tuæ ad nuptias, & latronem in Cruce, & sicut Catherinam in tormentis rotarum, & Margaritam à terrore draconis liberasti: sic tu dulcissime Pater exaudi me, & mihi misero peccatori potestatem tuam tribue, quam confidenter imploro, & concede mihi donum gratiæ tuæ, quod à te nunc peto, ut in tuo nomine evellere, destruere, eradicare, explantare, & effugare valeam omnem magicam, & malignam fascinationem, & omne opus nefarium diaboli, & ministrorum ejus ab hoc famulo tuo N. quibus ejus potentia generandi alligatur, & impeditur, ne matrimonio ad procreandam prolem uti possit. Quod donum gratiæ tuæ mihi concedere digneris tu, qui solus, & verus es Deus, creator omnium, qui potens, & misericors es in perpetuum. Et, mihi hanc gratiam præbeas, te laudo, te adoro, te glorifico, te benedico, & magnifico, & tibi devotè gratias ago nunc, & semper, in secula seculorum, Amen.

Hic Exorcista surgat ab oratione, & ponens manum super caput maleficiati dicat.

*Ecclesia
Romana.*

EXtinguatur in te N. omnis virtus diabolica per impositionem manuum mearum, immo per invocationem omnium sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, arque Virginum, & omnium simul Sanctorum. In nomine Patris, † & Filii, † & Spiritus † sancti, Amen.

Hic

*Hic Exorcista aspergat aqua benedicta & grotum:
postea legat sequens Evangelium.*

Sequentia Sancti Evangelii secundum Joannem,
℞. Gloria tibi Domine.

In illo tempore. Nuptiæ factæ sunt in Chana Galileæ, & erat mater Jesu ibi. Vocatus est autē: & Jesus, *Cap. 2.*
& Discipuli eius ad nuptias: & deficiente vino, dicit mater Jesu ad eum. Vinum non habent. Et dicit ei Jesus. Quod mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit ministris. Quodcumque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex, positæ secundum purificationem Judæorum, capientes singulæ metretas binas, vel ternas. Dicit eis Jesus. Implete hydrias aqua. Et impleverunt eas usque ad summum. Et dicit eis Jesus. Haurite nunc, & ferte Architriclino. Et rulerunt. Ut autem gustavit Architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat unde esset: ministri autem sciebant, qui hauserant aquam, vocat sponsum Architriclinus, & dicit ei. Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est: tu autem servasti bonum vinum usque adhuc. Hoc fecit initium signorum Jesus in Chana Galileæ & manifestavit gloriam suam, & crediderunt in eum Discipuli ejus. ℞. Laus tibi Christe.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe æterni patris, & beatæ Mariæ *Gen. 3.*
virginis filius, qui in Paradiso Terrestri sanctum
matrimonium in officium, & conservationem,
atque multiplicationem humanæ naturæ instituisti, &
ipsum matrimonium in adventu tuo ex primordiis miraculorum
tuorum mirabiliter honorasti: quæsumus
clementiam tuam, ut per merita, & præces beatissimæ
virginis Mariæ matris tuæ, & omnium Sanctorum, & *I. an. 24.*
Sanctarum tuarum, digneris hunc famulum tuum N.
quem matrimonialiter conjunxisti, bene † dicere, &
liberare

liberare ab omni ligamento, fascino, & maleficio Satanz, & ministrorum ejus: & dare ei fecunditatem, & gratiam, ut liberè possit uti matrimonio suo ad generandum, concipiendum, & nutriendum prolem Deo, & hominibus gratam. Qui cum patre, & Spiritu sancto vivis, & regnas in secula seculorum. Amen.

Hic Exorcista ponat manum super caput maleficiati, & ipsum in fronte signando, dicat.

CONJURATIO.

Apoc. 12.

IN nomine sanctissimæ, & individuæ Trinitatis Patris, † & Filii, † & Spiritus † sancti. Conjuro vos omnes Angeli tartarei, tam absentes, quàm præsentés, per eum, qui vos ejecit de superno cœlorum habitaculo, qui fertis malum contra genus humanum, & qui fabricastis, & conservastis malum, & maleficium huic creaturæ Dei N. à malefico seu malefica procuratum, vel aliquo alio modo illi inflictum, ut ubicunque illud sit positum, statim, & sine mora ab illo loco amoveatis, & in virtute Dei omnipotentis illud destruatís, & omne impedimentum illi injectum festinanter ad nihilum redigatis, ut liberè, & sine difficultate matrimonio uti possit ad honorem Dei omnipotentis, qui illum creavit, & matrimonialiter eum conjunxit. In nomine Patris, † & Filii, † & Spiritus † sancti. Amen.

ORATIO.

EXpelle Domine Deus omnipotens, per virtutem tuam ab hac creatura tua N. omnes maleficorum vanitates, & incutus dæmonum, & per hoc signum sanctæ Crucis † Salvatoris nostri Jesu Christi, tolle potestatem, tolle impetum Satanz, & Angelorum, atque maleficorum ejus, & ne permittas illos nocere huic creaturæ tuæ N. memento Abraham, Isaac, & Jacob servorum tuorum, & miserere illi, atque libera eam ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligaturis, signaturis, & facturis sibi arte diabolica à quocunque malefico, vel malefica,

malefica, factis, & redde illi sanitatem pristinam ad procreandam prolem, & in tuo servitio educandam. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

Hic asperge maleficiatum aqua benedicta in modum Crucis.

CONJURATIO.

ITerum coniuro † vos omnes spiritus malignos, & dæmones infernales, cœlestes, terrestres, igneos, æreos, & aqueos, & omnes spiritus omnibus orbibus, & sphaeris servientes, & in ipsis, & in quocunque loco habitantes : ad vos, & contra vos perveniant potenter, & fortissimè omnes conjurationes meæ, & potenter, vobis præcipio, ac strictissimè impero ex parte Dei omnipotentis, & sanctæ, ac individuae Trinitatis, Patris, † & Filii, † & Spiritus † sancti ; & in virtute, atque potentia agni divini immaculati, qui potenter ambulat super aspidem, & basiliscum, qui æternaliter conculcavit leonem, & draconem : & potenter, atque strictissimè vobis mando, ut amora omni obstinatione statim, & sine mora aliqua destruat, & ad nihilum redigatis omnia maleficia, & incantationes, ligaturas, signaturas, facturas, & omne opus nefarium à quocunque dæmone, malefico, vel malefica factum in quocunque loco sit positum, & à quovis dæmone custodiat, ne obstantibus ligaminibus, quibus hæc creatura Dei ab actu matrimoniali impediatur. Quæ omnia per virtutem sanctissimæ passionis domini nostri Jesu Christi, & per omnia alia quibus ligari, & cruciari, & ad varias poenas, & tormenta infernaliter mitti potestis, vos constringo, & cogo, ut sine ulla contradictione hæc omnia adimpleatis : alioquin per virtutem ejus, qui orbem tremere facit, vos ad infernale supplicium condemnabo, & in stagnum ignis, & sulphuris æternaliter præcipitabo, ubi fumus tormentorum vestrorum ascendet in secula seculorum, Amen.

Psal. 50.

PSALMUS.

Psal. 127.

BEati omnes, qui timent Dominum: qui ambulant
in viis ejus.

Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.

Uxor tua, sicut vitis adundans: in lateribus domus tuæ.

Filii tui sicut novellæ olivarum: in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo: qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Syon, & videas bona Hierusalem: omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem super Israel.

Gloria Patri, & filio: & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc: & semper, & in secula seculorum. Amen.

Exo. 1.

ORATIO.

Dominè Deus omnipotens, Pater domini nostri
Jesu Christi, qui per unigenitum Filium tuum,
uterum beatæ virginis Mariæ mirabiliter fecundasti,
ut de Spiritu sancto ipsum conciperet, portaret,
pareret, ac nutrirer: te Deum omnipotentem universorum
Creatorem humiliter invocamus, ut per clementiam
tuam, huic famulo tuo N. fecundandi donum tribuere,
tua pietate digneris, ut ex legitimo matrimonio generare,
ac nutrire prolem tibi, tuoque sancto servitio valeat
in vitam æternam. Amen.

*Hic Exorcista aspergat aquam benedictam super
maleficiatum.*

CONJURATIO.

ITerum, atque iterum conjuro vos † demones infernales,
in quacunque parte mundi sitis, & habitatis
quibus data est potestas fasciandi, & maleficiandi
corpus istius creaturæ Dei N. & ipsum impediendi ab
usu legitimo matrimonii, per Patrem, † & Filium † &
Spiritum † sanctum: per Jesum Christum filium Dei
potentissimi, Creatoris omnium, qui omnia ex nihilo
creavit: vos constringo, & cogo, ut non habeatis potestatem

Gen. 1

statem conservandi quodcunque maleficium, ligaturam, & incantationem arte diabolica à quovis malefico, vel malefica fabricatam, & illi inflictam: & vobis precipio, ut non obstante quocunque pacto tacito, vel expresse in virtute ejusdem Dei omnipotentis, omnia maleficia destruat, & ad nihilum illa redigatis. Quod si more vestro bestiali præceptis meis vobis in virtute Dei factis obedire contempseritis: auctoritate domini nostri Jesu Christi precipio Lucifero, & omnibus spiritibus, & furiis infernalibus, ut contra vos insurgant, & irruant, & in stagnum ignis, & sulphuris vos præcipitent, ligent, & acrius, ac durius solito vos excrucient, & omnibus poenis vos affligant in secula seculorum. Amen.

Lucæ 9.

O R A T I O.

Domine Deus pater omnipotens, Rex æternorum, creator, rector, & moderator omnium seculorum, pater domini nostri Jesu Christi, qui jurasti, & promisisti Abrahamæ patri nostro multiplicare semen ejus, sicut stellas cœli, & velut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non potest: qui quæ humanum genus, sanctissimo matrimonio ad honorem tuum multiplicare voluisti: te humiliter exoramus, Rex omnipotens, & immortalis, qui sedes super Cherubin, & Seraphin, ut dissolvere, destruere, & annihilare pro tua pietate, & misericordia, & benignitate digneris omnia maleficia, ligamina, & incantationes, signaturas, facturas, fascinationes, & omnia opera diaboli, & ministrorum ejus, huic creaturæ tuæ facta, sicut destruxisti magica figmenta Jannes, & Mambri: ut illis non obstantibus, sanctissimo matrimonio ad procreandam, & educandam tibi, tuoque servitio prolem uti possit. Per eundem Christum dominum nostrum, Amen.

Gen. 22.

Isaia 6.

*Hic aspergatur aqua benedicta super
maleficiatum.*

C O N J U R A T I O.

Conjuro vos † omnes spiritus Dei rebelles, & dæmones infernales, & vos æreas potestates, & princi-

principes infernales, & vos omnes spiritus speciales, & generales, de quocunque genere sitis, ab Oriente, ab Occidente, à Meridie, & à parte Australi, & ex omnibus partibus mundi, ubicunque sitis, & habitatis, sive in igne, sive in aëre, sive in aqua, sive in terra, sive in omnibus, quæ ex quatuor elementis sunt composita, & quæ in ipsis sunt, vivunt, & permanent, & in quocunque loco & parte mundi sitis per virtutem, & omnipotentiam magni Dei omnipotentis, Patris, † Filii, † & Spiritus † sancti: & per passionem, crucem, & mortem Domini nostri Jesu Christi vobis præcipio, ut per verba conjurationis meæ statim, & sine mora aliqua in virtute ipsius Dei, destruatís omnia maleficia, incantationes, ligaturas, & facturas, & omne opus nefarium diaboli huic creaturæ Dei facta, ubicunque sint, & permaneant, sive in fundamentis domus sint, sive, in ingressu domus, in camera, aut in lecto, sive in ædificio, aut pariete, in agro, via, semita, horto, vel in parte aliqua positum sit, sive in vestibus, & rebus ejus, seu domus, aut in arbore, fovea, puteo, aut in fluvio, seu in quocunque aliquo alio loco sit, & permaneat: sive illud sit absconditum in statua aliqua lignea, ferrea, ærea, aurea, argentea, vel positum in juncturis membrorum ejus, vel illi datum sit in cibum, & potum: ex quacunque materia sit fabricatum sive in ære, plumbo, auro, argento, lana, lino, vel ex ossibus mortuorum, animalium quadrupedum, volatilium, vel piscium, sive in carta virginea, sive in herbis, verbis, & lapidibus, & ex quacunque alia materia, & re materiali illud sit fabricatum, à quovis illud sit fabricatum, sive ille sit masculus, sive foemina, sive magus, sive sortilega, sive sit mortuus, sive vivus, sive sit Christianus, sive Hebræus, & infidelis, & illa ubicunque sint, statim festinanter, sine mora ad nihilum redigatis, non obstantibus quibuscunque conventionibus, & pactis inter vos, & maleficum, seu magam initis ad impediendum hunc famulum Dei N. ab usu legitimo matrimonii. Quod si aliquis dæmon, quicunque sit ille, ausus fuerit præcepta mea illi in virtu-

ae Dei facta contemnere, & illis non obtemperare, in virtute ejusdem Dei omnipotentis, & domini nostri Jesu Christi præcipio Lucifero, Satanæ, & omnibus principibus, & spiritibus infernalibus, ut contra illum insurgant, & in profundum inferni ipsum demergant, & ibi illum ligent, affligant, & excrucient, ac omnibus poenis infernalibus acrius, & durius solito eum afficiant, & non sit illi adjutor, nec sit qui illum adjuvet, & sit illi interdictus omnis locus, præter centrum inferni, ubi horribiliter, & acriter crucietur, & ubi fumus tormentorum ejus ascendet in secula seculorum. Amen.

SOLUTIO FIENDA MALEFICATO in matrimonio.

Hic Exorcista ponens manum suam super capus maleficiati, conetur destruere facturas, & maleficia contra ipsum facta sacris verbis, & adjurationibus hoc modo.

CONJURATIO.

SI aliquis Maleficus per sua maleficia, incantationes, ligaturas, signatus, & facturas suas, vel aliquo verbo, aut pacto, arte diabolica inito, vel aliquo maleficio te N. fascinavit, vel aliquo vinculo te ligavit, ut non possis uti matrimonio, Christus filius Dei vivi per suam pietatem, & misericordiam te ab illo liberet, & absolvat: & ego auctoritate Dei omnipotentis Patris, † & Filii, † & Spiritus sancti, mihi ab ipso, & à sancta Catholica, & Romana Ecclesia tradita, dissolvo omnia illa maleficia, quibus tu N. ab actu conjugali impediris, & dissoluta esse decerno, & præcipio omnibus spiritibus immundis, quia ad instantiam aliorum dæmonum, seu maleficorum impedimenta illa fabricaverunt, seu conservaverunt, vel adhuc tali impedimento favent, & illud conservant, & impediunt hunc servum Dei N. aliquo maleficio, seu factura à tali actu, ut
statim,

*Symbolum
Nicenum.*

Apoc. 5.

statim, & sine mora, non obstante quocunq; pacto cum Malefico, seu Malefica inito sine mora destruant, & ab illo removēant omnem malignam suam fascinationem, & omne opus nefarium diaboli, & ministrorum ejus, per virtutem, & in virtute domini nostri Jesu Christi, qui propter magnam misericordiam suam venit in hūc mundum, & incarnatus est in utero beatissimæ virginis Mariæ, ut homines perditos ad cœlestia revocaret, quos diabolus sua perversitate damnaverat, & causa destruendi, & expellendi omnia opera Satanæ, & maleficia ejus ab omnibus, & condemnandi dæmones in profundum inferni, & abyssi. Ecce Crucem Domini † fugite partes adversa, vicit leo de tribu Juda, radix David, Jesus Mariæ filius, mundi salus, & dominus, qui beatissimæ Virgini matri suæ foelicem partum tribuit, sit tibi clemens, & propitius, & ipse tibi N. concedat, ut matrimonio uti possis ad generandum, & educandum, atque nutriendam prolem Deo, & hominibus gratam. In nomine Patris, † & Filii, † & Spiritus † sancti. Amen.

Hic Exorcista poterit reiterare omnia supradicta, si sibi placuerit, vel finem imponere conjurationi, prout sibi expedire videbitur. Denuò maleficiatus totus ungetur oleo benedicto, illa benedictione posita in remediis nostri Flagelli, & in illis locis ibi descriptis, & præcipuè illa pars ungetur, in qua maleficium est illatum: & hoc fiat omni timore, & reverentia, qua poterit. Expediret etiam maleficiato bibere oleum illud, eodem modo, quo ibi ordinatum est: & hæc omnia ante carnalem conjunctionem. Et si (his omnibus præmissis) adhuc possibilitas illa haberi non poterit, hortandi sunt, qui ista patiuntur, ad patientiam, & ad tollerantiam istorum, in remissionem suorum peccatorum, & cavere debent, ne

ad

EXORCISMUS VIII. 79

ad aliquod remedium vanum, illicitum, & superstitiosum recurrant, ne illis aliquid deterius contingat. Apponantur etiam huic maleficio illa omnia remedia posita in nostro Compendio, libro tertio, cap. quarto.

Explicit Exorcismus Septimus.

EXORCISMUS VIII.

OPTIMUS, ET MIRABILIS

efficaciæ contra eos, qui maleficio
taciturnitatis voluntariè
impediuntur,

Cujus practica solum aspectat ad
Sacerdotes.

BENEDICTIO AQUÆ CONTRA
maleficiū taciturnitatis.

Sacerdos, seu Exorcista cupiens zelo Dei, & justitiæ removere maleficiū taciturnitatis ab aliquo: fusa prius oratione ad Deum, habens maleficiatum coram se, & aquam preparatam, ibidem benedicat sequenti benedictione.

Adjutorium nostrum in nomine Domini,

R. Qui fecit cælum, & terram.

EXORCISMUS.



Exorcizo te aqua per Deum ꝑ̄v̄ivum, per Gen. 2.
Deum verū, per Deū ꝑ̄sanctū, per Deum,
qui te creavit, & q̄ in te baptizari voluit,
qui

qui in quatuor flumina de paradiso te exire iussit, & totam terram irrigare præcepit. Exorcizo te, † aqua per illum, qui Naaman Syrum à lepra mundavit, & derillum, qui te per suam potestatem in Chana Galilææ in vinum convertit. Exorcizo te, † per incarnationem, filii Dei vivi: per Nativitatem, circumcisionem, Baptismum, & sanctum Jejunium ejus: per Passionem, mortem, & sepulturam ejus, per Resurrectionem, & Ascensionem ejus, per Adventum, & gratiam Spiritus sancti paraclyti. Per Beatam Mariam Virginem Matrem domini nostri Jesu Christi. Et per omnes Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin. Per omnia Sacramenta sanctæ Ecclesiæ Catholicæ: per sanctum Joannem Baptistam, per omnes sanctos Patriarchas, & Prophetas, Apostolos, Martyres, Innocentes, Confessores, Virgines, & Viduas, & Continentes Dei, & per virtutem omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei, ut in virtute ejusdem domini nostri Jesu Christi destruas omne maleficio taciturnitatis, diabolica arte fabricatum, & omne opus nefarium diaboli, & ministrorum ejus, omnesque incantationes, fascinationes, ligaturas, signaturas, & facturas, diabolica arte huic famulo Dei N. factas, ne veritatem fateri possit, & ad nihilum redigas: & sicut divina potentia expoliavit infernum: ita expoliare valeas istum N. ab omnibus facturis. Per eum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem, Amen.

O R A T I O.

TE igitur domine Jesu Christe, qui es fons, & aqua salientium in vitam æternam, suppliciter exoramus, ut hanc aquam bene † dicere, & exorcizare pro tua pietate digneris in salutem, ad uterium, & liberationem creaturæ tuæ N. & ipsam liberare digneris ab omni maleficio taciturnitatis, & tuere ab omnibus aliis maleficiis, incantationibus, ligaturis, signaturis, & facturis diaboli, & ministrorū ejus, & ab ipsis potentibus illam

Luc. 21.

Ezech. 3.

Isa. 4.

illum defende per virtutem tuam: de cuius latere flu-
 xerunt sanguis, & aqua in remedium, & remissionem
 peccatorum nostrorum. Ita nos Domine famuli tui cle-
 mentiam tuam, & nomen sanctum tuum imploramus, *Ioan. 19.*
 ut quicumque ex hac aqua biberint, & gustaverint, libe-
 rentur ab omni maleficio taciturnitatis, & abluantur
 ab omnibus sordibus demonum, ac suæ incolumitati
 illasi reddantur nec in eis futurum nocendi habeat po-
 tentiam adversa demonum, & maleficorum potestas.
 Qui sanctus, & pius es, & permanes in secula seculorum.
 Amen.

EXORCISMUS.

Iterum exorcizo te aqua per Deum, & vivum, per De-
 um, & verum, per Deum, & sanctum, per dominum
 nostram Jesum Christum, qui fecit cœlum, & terrā,
 mare, & omnia, quæ in eis sunt: ut omnes virtutes ad-
 versarii, omnis exercitus diaboli, omnis incurfus, & o-
 ne phantasma inimici eradicentur, & effugiant à te ut
 sis sancta, & salutifera, ignis ardens adversus omnes in-
 lidias inimici, & quicumque te biberint, sive gustave-
 rint, sis eis sanitas, & medicina animæ, & corporis, ut
 in virtute sanctæ Trinitatis effugiat omne malefici-
 um taciturnitatis, & omne opus nefarium diaboli potatio-
 ne tui separetur, effugiat, & elongetur. Per eum, qui
 venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per
 ignem, Amen.

ORATIO.

Benedicat te, & aqua Deus pater omnipotens, qui te
 suo verbo creavit: & det tibi ad omne malum, &
 malefici-um virtutem, ut quicumque te sumpserit,
 & gustaverit, liberetur ab omni maleficio taciturnita-
 tis, & ab omnibus aliis maleficiis, incantationibus, liga-
 turis, signaturis, & facturis arte diabolica factis, & ab o-
 mni spiritu immundo: & per omnia sancta nomina
 tua, domine Jesu Christe sana nos, & omnia membra hu-
 jus famuli tui N. & ipsum libera ab omnibus malis ani-

ma, & corporis. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis,
& regnas in secula seculorum. Amen.

Hic exsuffla ter in aquam, dicendo.

Exsufflo te omnis legio Satanæ in nomine Patris, & Fi-
lii, & Spiritus sancti. Amen.

EXORCISMUS.

Exorcizo te creatura aquæ in nomine Patris, & Fi-
lii, & Spiritus sancti, ne sis communis ulli spiri-
tui immundo ad honorem sanctissimæ, atque indi-
viduæ Trinitatis viventis, atque regnantis, ut quæcunque
te biberint, & gustaverint, omnis spiritus immundus cū
omnibus factoris suis ab eis recedat. Iterum ex-
orcizo te creatura aquæ in nomine Jesu Christi
Nazareni filii Deivi, Regis, & iudicis nostri, ut sis pur-
gatio omnium maleficiorum, & incantationū factorum
huic creaturæ Dei N. quam ipse ad imaginem & simi-
tudinem suam creavit, & ad baptismum, & gratiam suā
vocare dignatus est. Te ergo in voco domine sancte pater
omnipotens æternæ Deus, ut hanc aquam exorcizare,
& beneddicere, pro tua pietate digneris, ut omnis im-
mundus spiritus locum in ea amplius non habeat, sed
virtute Spiritus sancti, omnes, qui biberint ex ea, recipi-
ant sanitatem corporis, & animæ, & ab omni maleficio
taciturnitatis, necnon & ab omnibus spiritibus immun-
dis, ac operibus eorum sanentur. Per eum, qui venturus
est iudicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem.
Amen.

ORATIO.

Dignare domine Jesu Christe exorcizare, benedi-
dicere, & sanctificare aquam istam ad liberandū,
& sanandum famulum tuum N. ab omnibus ma-
leficiis, incantationibus, ligaturis, signaturis, & factoris
sibi arte diabolica factis, & ab omni maleficio taciturni-
tatis: ut omnia ad nihilum redigantur. Et sicut tua po-
tentia infernum spoliasti, ita eadem potentia expoliare
digneris ipsum famulum tuum N. ab omni machina-
mento,

Gen. 1.

Mat. c. 25.

Zach. 9.

mento, diabolica arte facto, qui redemisti nos, in manu forti, & brachio extento; Da domine Jesu Christe, ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur, Per te Jesu Christe salvator mundi. Amen.

Hic aspergatur aqua benedicta in modum crucis, super aquam, & obsessum.

MODUS BIBENDI AQUAM BENEDICTAM contra taciturnitatem.

Deinde Sacerdos accipiens scyphum supradictæ aque benedictæ plenum: & in illum immittendo guttulam cere benedictæ, sub invocatione sanctissime Trinitatis, jejuno stomacho, trinies in portum maleficiati tribuat: & liberabitur, diuina assistente gratia.

Ex malleo
Malef par.
3 c. 15.

Et quia sepe isti maleficiati ad fingendam, & ostendendam innocentiam suorum delictorum, lachrymas falsas effundere consueverunt coram iudice, ideo ad contribendas falsas lachrymas, prudens Exorcista his verbis, ac similibus uti poterit, tenens manum super caput maleficiati.

CONJURATIO.

Conjuro te N. per amarissimas lachrymas à domino Jesu Christo Salvatore nostro pro salute mundi effusas, ac per amorosas, & ardentissimas lachrymas beatissimæ, & gloriosissimæ virginis Mariæ matris ejus super vulnera ipsius hora vespertina sparsas: & per omnes lachrymas, quas in hoc mundo omnes Sancti, & electi Dei pro ejus amore effuderunt, à quorū oculis jam omnem lachrymam absterfit, ut si es innoxius lachrymas effundas: si autem noxius sis, nullo modo lachrymare possis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Apoc. 25.

Hic Exorcista ponat manum sinistram super caput vexati, & signando manum dextera membra corporis maleficiati, cum omni honestate dicat.

*Ex anti-
quis exor-
cismis.*

EXpelle domine Jesu Christe per virtutem tuæ sacratissimæ passionis omne maleficium taciturnitatis, & omnes fascinationes, incantationes, ligaturas, signaturas, facturas, & omne opus nefarium diaboli hoc famulo tuo N. de capite, de capillis, de vertice, de fronte, de cerebro, de pinniculis cerebri, de oculis, de lingua, de sublingua, de auribus, de naribus, de collo, de maxillis, de dentibus, de gutture, de gingivis, de ore, de palato, de cillis, de supercillis, de pedibus, de tibiis, de genibus, de cruribus, de partibus verecundis, de renibus, de lateribus, de aureis superioribus, & inferioribus, de femore, de ventre, de stomacho, de corde, de spatulis, de humeris, de pectore, de uberibus, de brachiis, de manibus, de unguibus, de ossibus, de nervis, de venis, de medullis, de pulmone, de compaginibus membrorum tuorum, de omnibus juncturis, de toto corpore tuo intus, & extra, de quibuslibet corporis, & animæ: nullumq; locum habeat in ipsa intus, & foris amplius, ut sana, & salva fiat per invocationem sanctissimi nominis tui, & per invocationem Spiritus sancti coæterni Tu ergo Deus omnipotens, qui dignatus es corpus, & animam hujus creaturæ N. creare, digneris etiam totum corpus, & animam ipsius ab omni maleficio taciturnitatis liberare, & salvam facere. Per dominum nostrum, Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

F I N I S.



COMPLEMEN-

TUM ARTIS EXOR-

CISTICÆ,

Cui simile nunquam visum est:

Cuius Litaniis, Benedictionibus, & Doctrinis novis, Exorcismis efficacissimis, ac remediis copiosis in Maleficiatis expertis.

In Tres Partes divisum.

Quarum Prima dicitur Doctrinalis, Secunda Benedictionalis, Tertia Exorcismalis.

Cui addita est Oratio supra febricitantes.

AUTHORE F. ZACHARIA VICECOMITE, Ordinis SS. Barnabæ, & Ambrosii ad Nemus Mediolan. ejusdem Artis Professore.

ILLUSTRISSIMO

ac Reverendissimo D. D. FRANCISCO SEORTIÆ, sanctæ R. E. Diacono Cardinali, ac ejusdem Religionis Protectori vigilantissimo.

FRATER ZACHARIAS

Vicecomes. S. D.



U M in Diversariolo Sanctæ Mariæ Vægii esset (Cardinalis) Amplissime) memor poenarum, quibus Dæmoniâci, ac Maleficiâti torque-

ri consueverunt, ut ipse multis in locis, & præsertim, in Civitate Penarum, Annis superioribus, periculum feci: misericordia ductus, illorum cruciatibus, pro viribus meis consulendum duxi: Propterea præfens volumen, quod Complementum Artis Exorcisticæ nominavi: ex Sacrarum literarum intimis penetralibus exhaustum, Sanctorum item Patrum autoritatibus communitum, cum Doctrinis, Remedis, ac Benedictionibus ad hoc, non præmansis: Typis tradendum, non inerte esse excogitavi. Et quoniam merita, in me tua, undique me propulsant, hinc est: quod hoc quale quale sit, sub ditione tua constititur: Primo, ut mens mea tibi aperiatur, cui, re ipsa respondere non possum, deinde, ut fulgentissimo nomine tuo ornatum, quasi Sol inter Stellas eluceat: deperit in corda inflammiet: tandem, ut mordacium linguarum iraculentarabibus arceatur: Ea igitur fronte serena velim apsum amplectare, quo ego humillimo corde, illud tibi trado. Faxit Deus, Omnipotens Maximus, ut te diu incolumem spectare liceat, & ut te ad majora permoveat, oro, ac deprecor. Vale.

Mantua Kalendis Septembris 1681

DON

DON FERDINANDUS BONGIOR-
nus Siculo J. U. & S. T. D. ac Protho-
notarius Apostolicus.

AD R. AUTHOREM.

Instance R. P. Bartholomæo Ardesio suo
Amicissimo.

Qui fuerat mutus, quoniam promissa relatu
 Angelico renuit credere mira Dei.
 Deniq; cui (nato jam varum maximo) apertū est
 Oslaudi, & cecinit cantica sacra pius.
 Is tibi dat nomen, virtutem, fasq; loquendi
 A Domino exorans quicquid habere cupis.
 Cognomenq; tuum profert generosa propago
 Bis Comitum MEDIO Larga Nitore Ducum.
 Ordinis authores, quem tu complecteris, almis
 Præcipui partes Urbe fuere duo
 Unus Apostolicæ cætus, Jovis Isthria nomen
 Gai dabat, ut Salvo Mercuriale decus.
 Alter, qui Monica gnatum lachrymantis ad undas
 Perduxit sacras; lumen in orbe nitens.
 Omnes hi, studium, pietas, ac spiritus almus
 Nectar, & Ambrosiam contribuere tibi.
 Dulciter ut scribas animis credentibus isto
 In Codice, & nostris hostibus arma pares.
 Arma paras verbis divino nomine plenis:
 Spirituum abscedat turba maligna procul.

UTRUM SINT SPIRITUS, ET DE

quibusdam eorum effectibus in communibus, ad rem nostram facientibus.

DOCTRINA PRIMA.

Ante omnia sciendum est, quod Aeternus Deus, & communicaret ejus immensam Charitatem, & nihilominus cuncta creavit. Gen. 1. In principio, creavit Deus Caelum, & Terram, & Platos, etc. Cap. 1. Deo causa fuit factiois hujus Mundi, & origio omnium rerum, & inter cetera creaturam spiritalem, quae Angelica est, creavit: de qua legitur, Dan. 7. milia millium ministrabant ei, & David. Psal. 90. Quomodo Angelis suis mandavit de te: Item Job. 38. 31. Si fuerit pro eo Angelus loquens, unus de millibus & c. De eorum quoque creatione, & apparitionibus, ut supra diximus, per se testatur Deus, & eam super omnem creaturam constituit, nam est substantia incorporea, & int. est actualis, & corporibus non unita, hoc attestantibus Theologis, propter quod, Cum dixit substantia incorporea, intelligitur substantia Naturae spiritus, per quam tria notantur. Primo, ejus subtilitas, quae aërem, & terram, & cuncta corpora penetrat, & non occupat locum, cum non habeat corpus, sed in loco continetur, non circumscriptive, sed distinctively. Secundo, ejus invisibilitas: Nam videri non potest, quia invisibilis est, ut secundum Iud. creditur visibilis quando missus, corpus aëreum sumit. Tertio, ejus excellencia, quae supereminet corporali creatura. Nam creatura corporalis naturaliter obedit incorporali, & spirituali, quod ad motum localem, unde Daniel accepit mandatum in lacu Leonum ab Angelo portante Abacuch, inter alia legitur in Actibus Apost. c. 17. Quod jubente Angelorum aperta sunt januae carceris, & ibid. c. 12. ceciderunt carceres de manibus Petri, & porta ferrea Civitatis aperta est, & sic omnia causare potest, quae ex motu locali corporum inferiorum provenire possunt: ubi verò legitur intelligentia, & perspicacia, unde spiritus scientia, sunt per-

perspicacissimi, & cognoscunt Naturas, & virtutes mi-
 neralium, herbarum, animalium: Planetarum, & cun-
 ctarum creaturarum, omniaque sunt simul actu, & sci-
 entia visionis, sicut Deus, licet nesciant omnia, quæ Deus
 scit, qui omnia scit presentialiter, perfecte, & immuta-
 biliter, futuraque, & cordium secreta cognoscit. Differt
 Spiritus ab hominibus in hoc, quia licet homo videat mul-
 tas illa tamen non videt solo actu videndi, sed multis ac-
 tibus. Fuertant enim Spiritus, in quibusdam æquales
 creati, & qui aliisdam differentes, cujus operationis ra-
 tio sapientiæ Dei æquo moderamine cuncta ordinantis,
 remittitur. Fuertant autem æquales in hoc, quia & spi-
 ritus, & immortales, & invisibiles erant, sed differentes
 in essentia tenuitate, & sapientiæ perspicacitate, & pote-
 statis superioritate, & sapientiæ perspicacitate, & pote-
 statis superioritate: prout videbitur in humanis, cum u-
 nus sit alio fortior, & sapientiæ perspicacior, in regimine-
 que superior. Distinctiones verò in unoquoque eorum,
 ille solus comprehendit, & ponderat, qui cuncta fecit in
 numero, pondere, & mensura: Aliquis tamen Angelus
 malus fortior est alio Angelo bono, per Naturam, & è
 contra accidit, per gratiam, quia minimus Angelus bo-
 nus, eoque quod adhæret divinæ voluntati, habet regimen
 super cunctos Angelos malos. Aug. lib. 3. de Trinitate,
 Spiritus vitæ deserens, atque peccator, regitur per Spi-
 ritum vitæ rationalem, primum, & justum. Loquuntur etiã
 inter se Spiritus verbo mentis: Nam triplex est verbum,
 operis, oris, & mentis: verbo operis, loquitur Deus: Ver-
 bo oris, loquuntur homines, & verbo mentis, loquuntur
 Spiritus: Vñ D. Tho. p. p. sum. q. 109. ar. 3. de Spiritibus
 rebellibus loquens, dicit: Ad invicem concepta sua ma-
 nifestant. Loquuntur etiam Spiritus ad homines dupli-
 cino modo. Primo, verbo locali, in assumpto tamè corpo-
 re: sed non audiunt, nisi ab iis, ad quos ordinantur: Legi-
 tulenim q. sanctus Servulus in ejus transitu, audiebat
 Angelos cantantes, qui verò aderant, nequaquã eos au-
 diebant. Idem accidit in eorum apparitionibus, ut legi-
 tur Num. 22. Quod Asinus videbat angelum gladium

D

A

B

evaginatam tenentem, Balaam vero non videbat. Item
 legitur 4. Regum c. 6. Quod Elifaeus videbat Montem
 plenum Equorum, & Curruum igneorum in eius circuitu: quos
 vero puer, videre non poterat. Secundo modo, per im-
 pressionem rerum sensibiliu, in eo instrumento imaginari, &
 hoc modo loquuntur vigilantes & dormientes. Lo-
 quuntur etiam homines, spiritus inmundi alio modo, in-
 mutando, scilicet sensum, & hoc dupliciter, vel instrumento
 visus, imaginationem alicujus rei imprimendo, vel ob-
 jectando visui similitudinem alicujus rei. Loquuntur item
 Spiritus bonus Diabolo, species sui in intellectu eius sine a-
 liqua illuminatione ostendendo, & revelando mysteria de-
 divinis mysteriis, ut tanquam exequutor divinae iustitiae
 ea exigat, secundum divinae iustitiae ad punitionem ma-
 lorum, vel ad exercitationem bonorum: Quia omnes Spi-
 ritus a Deo fuerunt creati boni Genes. 1. vidit Deus crea-
 ta, quae fecerat, & erant valde bona, habuerunt etiam
 boni, & mali notitiam, intelligentes quid appetendum, quid
 vè respiciendum ipsis foret. Et sic in libero arbitrio con-
 stituti, eos relinquamus, cui satis dictum sit de praesenti
 primo fundamento Doctrinae nostrae.

UTRUM SINT DEMONES, ET
Malefici, & de quibusdam aliis ad pro-
positum facientibus.

DOCTRINA SECUNDA.

A In praecedenti Doctrina, Spiritus esse & a Deo crea-
 tos bonos, in liberoq; arbitrio constitutos fuisse, sa-
 tis ostensum est, ex quibus, Alii sponte elegerunt bo-
 num: alii vero malum, ita quod boni ordinantes se ad
 rationem, fuerunt per gratiam appositam confirmati.
 Illi vero a veritate se avertebant, propria potestate sibi ven-
 dicare praesumētes impedimentum beatitudinis suae, per pec-
 catum posuerunt. Isidorus. lib. 1. c. 25. de summo bono
 super Isa. Quomodo cecidisti Lucifer. ait, postquam
 creatus est, eminentiam Naturae & profunditatem scienti-
 aē suae perpendens, in suum Creatorem superbivit, in-
 tantum, quod etiam Deo se aequiparare voluerit. Et Aug.

lib. super Gen. c. 24. de Angelis loquens, ait: Prima o-
 paratio fuit oibus communis, sed in secūda sunt distincti,
 & sic in primo instanti oēs fuerunt boni, sed in secundo
 fuerunt boni à malis divisi: Hoc fuit figuratū in Genesi,
 Gen. c. 1. Qñ divisit Deus lucem à tenebris, id est Spiritus
 bonos, à malis. Item Job, c. 4. & in Angelis suis re-
 perit pravitatē. Proloinæus in 4. Quadrup. Malignos
 Spiritus, Dæmones appellat, & Plato in Thimeo solebat
 dicere, invisibilium Potestatum, quæ Dæmones nuncu-
 pantur, monstrare rationem, ma us est opus, quā ferre
 valeat hominis ingenium. Nolens ergo, Lucifer unā cū
 omnibus sua pravitatis sequacibus beata vita dulcedi-
 nem gustare, ipsam cum illis amittit, & e Cælo aliqui in
 Infernum, ad cruciandū peccatores. Alii, in hunc aere
 caliginosum ad exercitiōnē hoium sunt precipitati, &
 inter cætera nomina, Dæmones sunt appellati. Aug. lib.
 super Gen. c. 24. ait. Aer caliginosus, est quasi carcer
 Dæmonibus, usq; in diē iudicii, & Isa. 14. Quo cecidisti
 Lucifer de Cælo: in Apoc. legitur c. 12. Draco de Cælo
 cadens secū traxit tertiam Stellari partē, & Lucas 10. Vi-
 debā Sathan, sicut fulgur de Cælo cadere. Et licet Dæ-
 mones non actu alligentur igni gehennali, dū sunt in isto
 caliginoso Aere, attamen scientes illam allegatiōnē ipsis
 deberi, nō dimittuntur poena. Glossa ordinaria super ver-
 ba Jacobi. c. 3. inflammat rotam, dicit: Quod portant
 secum Dæmones ignē Gehennæ quousq; vadunt Et quā-
 vis legatur Luc 8. quod Dæmones rogaverunt Iesum ne
 imperaret illis, ne in abyssum irent, nō tamē contradicit,
 sed hoc perierunt Dæmones, quia poena fuisset illis, si à
 hoc exclusi essent, in quo hominib; nocere non potuif-
 sent, cum valde doleant, male operari non posse. Peripa-
 reticorum aut contraria opinio, dicentium, Dæmones;
 non esse, sed quæ attribuntur Dæmonibus, fieri virtu-
 te corporū Cælestium, quam falsa sit, probatur ratione,
 & auctoritate, & exemplo. Rōne, nō essent maligna Spi-
 ritualia, si non essent etiā maligni Spiritus, à Spiritu n.
 spiritualia nominantur, Teste Aug. super Jo c. 13. Item
 videm⁹ multa fieri q̄ nullo modo virt⁹ Cælestiū corporū
 facere

B

C

D

A

- A** facere potest, v. g. Ut Idiota loquatur variis linguis, cetera
mina recitet, & orationes, testetur realiter authoritates
res, obscura, & difficilia interpretetur, occulta manifestet,
secreta hominum revelet, & ut Statua loquatur
cum similibus. Probatur autoritate, & Primò. Apost.
ad Ephesios, c. 6. Nox quaedam Spiritualia nequitia in
Cœlestibus, & adversus ipsos, colluctatione esse, testatur
Hidôr. de summo bono. lib. 1. Triplici acumine vigent
Dæmones, subtilitate Naturæ, experientia temporum, &
revelatione spirituum supernorum. Probatur exemplo. Nam
allegantur Gentiliū, & Sanctorū facta, & præsertim San-
cti Antonij Abbatis vita, ubi multa à Dæmonibus fuer-
unt facta, quæ virtus corporū Cœlestiū nequaquam facere
potest, & ut breviter concludam, hoc prout in theologorū
collectione de Dæmonibus legitur, quod sunt Spiritus
impuri, humani generis inimici, mente rationales,
sine discursu intelligentes, in nequitia, subriles, cupidi
nocendi, per superbiam tumidi, semper in fraude novi, mur-
murant sensus, inquinant affectus, vigilantes turbant
dormientes per fornicia inquirunt, verborum inferunt, Ter-
pestatates concitant, in lucis Angelos se transformant, ut der-
cipiant: Infernū secū portant, in idolis sibi divinū cultū
usurpant, super bonos dominari appetunt, magicas Ar-
tes faciunt, bonis ad exercitiū dantur, & semper suis ho-
minis insidiatur: Quare patet per hæc omnia, & per
sacrum Evangelium, quam falsa sit Peripateticorū opinio.
Dæmones ergo sunt, qui post peccatū fuerunt spoliati gra-
tia, quæ erat supranaturale donū: Duplex, v. est gratia
perfecta, & imperfecta, est status merendi, in quo fuerunt
creati, ut summum bonum intelligerent, intelligendo a-
marent, & amando ad gratiā perfectam, quæ status est
gloriæ, pervenirent, ut ipso summo bono fuerentur: Sic
ergo per peccatum fuerunt spoliati ipsa duplici gratia &
puritate Naturæ. liberi arbitrii facultate. statu innocen-
tiæ, felicitate, dilectione, & divina contemplatione,
quam habere potuerunt, & dum hæc amiserunt, dona
tamen Naturalia remanserunt integra, & splendidissima,
ut testatur Dionys. 4. de divinis nominibus, Per passionē
tamen

tamen Jesu Christi, & ejus mortem, debilitata perman-
 ferunt, ita quod à seipsis, nihil agere possunt, nisi permi-
 sisse Deus, quod ostenditur in Dæmonibus, qui, nec in
 porcos poterant intrare, & idē videtur in Sathana cōtra
 Job, qui eum vexare nō poterat. Multa ergo virtute suæ
 Naturæ faciunt, q̄ nos valde miratos reddunt, & hæc, ut
 supra diximus, quia à principio suæ creationis oīa co-
 gnoverunt, q̄ ad Naturale cognitionē pertinent. Unde
 quædam occultā semina in corporeis hujus mundi latēt,
 per quæ ab eis cognita, acceptaque, & per congruas tē-
 peras, huius elementorum applicata multa Dæmones fa-
 ciunt. Deo permittente, quæ à nobis supernaturalia ju-
 dicantur, hæc Naturalia sūt, ut probat Aug. lib. 3. c. 8.
 de Trin. & Thom. p. secundum, q. 35. ar. 1. 2. Exē-
 plum habemus in Exod. de Magis Pharaonis, per Dæ-
 monē, facientibus rānas, & veros serpentes, qui per pu-
 trificationē generantur, per triplicē q̄lacinis vegeta-
 tione, ab ista sup. allegatum, multa acquirunt, & divi-
 nando peccant, quæ recte utuntur, ut multos sibi cre-
 dentes decipiant. Scire etiā potest Dæmon quæp̄ sive xi-
 ritus, vel per revelationē spirituum superiorum, vel quia
 cogitavit Archangelum cum potestate assistentē ad eū
 fugandum, vel quia videt aliqua pia exerceri, quæ Deū
 ad misericordiam movent, & ad se expellendam multum
 valent. Ad propositum, sciendum quoq; est: Quod inter
 Dæmones est prelatio, quia prelatio est bonum Naturæ,
 unde naturalis dispositio Dæmonū requirit, q̄ sit prela-
 tio in eis, tanq̄ bonum, & ordo naturalis, & sic naturali
 ordine quidā Dæmones sub aliis constituuntur, & suc-
 cessive eorum actiones rōne Damō ejicere pōt alterum
 Dæmonē sibi inferiore, nec adversatur illud Lucæ, Oñe
 Regnum seipsum divisum, desolabitur. Quia dæmonū
 pugatio, quæ alter alterum ejicit nō sit contentiosē, sed
 ex eorū consensu. Et hoc, quia, cum homines ralia procu-
 rantēs gravissimē peccent, Luciferi Regnum propter a-
 mmarū lucrū, nō desolatur, sed augetur. Cōcordia verō,
 quæ aliqui aliis obediunt, nō procedit ex amicitia, q̄ sic
 inter

D

A

B

inter eos sed ex cōi nequitia, qua hoēs odio prosequunt. In Dæmonib. lætitiā quoq; est, & dolor: lætitiā, nō a bono, sed a malo procedit. Aug. lib. 2. de gent. cōtra Manich. c. 17. Diabolus potestatem habet in eos, q; Dei præcepta contemnunt, & de hac tā infelici potestate lætatur, & sic in corporibus habitantes gaudent, quia male agunt. Dolor aut, nō de malo culpæ ipsorum, sed ex prava voluntate procedit: Quia apprehendentes actū oppositum suæ prave voluntati tristantur, vellent in nos omnes dānari, & tñ nō omnes dānamur. Naturā uter appetunt beatitudinem, & tamen sunt ea privati, nolent unq; obedire, & tamen voluntas sua comōdetur: vellent venerari, & adorari, & tā sustinent irrisiones, & contumelias. Licet quoq; Dæmones afficere posse irrisionib; & contumeliis, nō ut Dei creaturas: quia sic sunt amandi, sed ut ejus inimicos, & nostros adversarios. Job. c. 1. Hoc est iussum figmenti Dei, quod fecit Deus, & illadatur. Et David. Psal. 103, Draco iste, que formasti ad illudendū ei, principalis vero irrisio, & contumelia, quæ Dæmoni fieri pot, hæc est ut nihil nobis ab eo ingestis faciamus, nec ejus verbis credamus.

D Maleficus, & Malefica est, per legem divinam, Canoniam, & Civilem probatur. Primo Exod. cap. v. vigesimo secundo. Ait Deus, Maleficos non patiens vivere. Item Levit. c. 20. Anima, quæ declinaverit ad Magos, & Ariolos, & fornicata cum eis fuerit, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi. Ibid. c. 19. Non declinetis ad magos, nec ab Ariolis aliquid sciscitemini. Item in lege Civili, facientes incantationes, prout dicitur in lege eorum, C. de Malef. & Machem, & qui dæmones invocant, sunt capite puniendi. I. multi. C. eod. Item in Jure Canonico, Incantatores, sortilegi, & Malefici, velut Christi inimici, insequi debent. l. per venit, 26. q. 5. & ibid c. contra ead. causa, & q. Clericus, Monachus, vel Laicus, incantationes, maleficia sequutus, excommunicatur, & c. si quis Episcopus. 26. q. 5. Episcopus vel Præbyter maleficia sequutus, Magos confutellens, privetur honore. Item cantat Ecclesia de Cypria

no, quod Justinam virginem, incantationibus, atque veneficiis ad sui libidinis consensum, allicere conabatur. Item Magorū Pharaonis exemplo, & experientia, quæ quotidie per Rever. Patres Inquisitores Sancti Officii fit, comprobatur. Unde ad propositum, sciendū est, Quod Dæmones astutia sua, tales malos Christianos sub specie boni seducunt, aliquid dulce, & spirituale eorum spurcitiis miscentes, ut nomē Jesu Christi Beatæ Mariæ Virginis, Sanctorumque, aquam, herbas, vel ceram benedictam, & similia, & formam alicujus viri vel mulieris Sæcra suscipientes, magnalia promittunt, & sic gradatim ab unione Ecclesiæ eos separant, Quod August. Trac. 7. super Joan. probat, dicens, fingunt enim Spiritus mali umbras quasdam honoris, sibi met. ipsis, ut sic decipiant eos, qui sequuntur Christum. Uiq; adeo fratres mei, ut illi ipsi qui seducunt per digaturas, per præcantationes, per machinamenta inimici, Misceant præcantationibus suis nomen Christi. Quia jã non possunt seducere Christianos, ut dent venenum, addunt mellis aliquid, ut per id, quod dulce est, lateat quod amarum est, & bibant ad perniciem.

Unde vana exercentes, & Diabolica, illi nomen Malefici, vel Maleficæ acquirunt, & Dæmones operantur secundum intentionem eorum, & corporum, humorūque dispositionem, ut dictum est supra, Deo tamen permittente, Quæ, non mirum, si his nostris temporibus valde crescat Maleficorum numerus, quia verificatur illud Esaiæ x. Ita jam mundi vespere ad Occasum declinante, & malitia hominum crescente, & Charitate refrigerante, superabundat ois Maleficorum iniquitas: Multi tamen ignari Malefici ab ipsismet vanis operationibus, & non à Dæmonibus hæc evenire arbitrantur, dicentes quoque, Quod dæmones afficiuntur per varia genera lapidū, herbarū, lignorum, carminum, rituum & similia, & quod certis constellationib. vocati, veniunt in anulis, amphoris, & similib. Quod quàm falsum sit, probat Aug. de civitate Dei, lib. 21. Quia non alliciuntur, vel fraude Dæmones, sed quia sic volunt triplici malitia.

D Prima, ut decipiant, credentes, ex virtute talis constellationis, effectus suarum incantationum fortiri, quia sic cadunt homines in peccato Idolatriæ, & hæresis, nam nec constellationes, corpora q̄; quæcunque coelestia, nec carmina, nec similia operari possunt in Angelicam Naturam, Imò ipsis Dæmonibus obediunt corporalia curata: & ratio est, quia corporea subjiciuntur incorporeis.

A Secunda. Quia dæmones propter lucrum animarum obediunt hominibus talia exercentes, quia hæc omnia ipsis Dæmonibus in signum divini honoris exhibentur, ut us sunt valde cupidi. Quorum omnium præcipuum est fundamentum Maleficarum, & Negiomanticorum operationes, nam si Dæmonibus, non daretur fides, & exhiberentur honores, reverentia, adorationes, & similia, non obedirent, nec operarentur: Unde in provincia Sambuti in civitate Penarum quædã Malefica, me presente & audiente in tormentis confessa est, quod multos offendebat, & demoniacos, & alios a diversis infirmitatibus liberabat applicando nonnullas herbas, & similia. & post harum rerum applicationem, adorabat Luciferum Angelum majore, ab ea sic appellatum.

B Tertia. Quia naturaliter procedunt in dicto sepe costellationum effectus aptiores, & materie corporales magis dispositæ sunt ad operandum quidquid velint Malefici: quia Dæmones nõ sunt necessitati uti maleficiis ad cruciandos homines, sed hoc faciunt, ut jam dixi, ad eorum perditionem, quam sequuntur. Nunc cum supra in hac & prima Doctrina satis dictum sit ad rem, huic secundæ Doctrinæ autoritate Job, c. 41, dicentis. Non est super terram potestas, quæ valeat ei, hoc est, Dæmoni comparari, finem facio.

DE PERMISSIONE DIVINA

DOCTRINA TERTIA,

C **M**ulti Idiotæ, nescientes quomodo Deus permittat, quòd Dæmones corpora humana, ad Creatoris imaginem, & similitudinem creata, & Sacramentis

mentis munita, cruciari valeant, mirantur, & dolent. Ad extirpandas ergo à cordibus Simplicium has ignorantia, & lamentationum radices, ne de Deo obloquatur: Sciendum est, quòd permissio est signum voluntatis Divinæ, non respectu mali, quod Deus permittit, sed respectu boni, quod ex modo permissio, Deus elicit. Deus enim est author omnium bonorum, & non malorū. Teste Evang. Joan. dicente, (scilicet bona) per ipsum facta sunt: & authorem malorum esse negat, dicens: & sine ipso factum est nihil, id est malum. Quàm melius ergo sit, modum esse, quàm malum nullum esse permittere, probatur ratione, autoritate, & exemplo. Ratione quidem, videlicet, Deus malum permittit, ergo malum esse, bonum est, aliter ab omnipotēti bono, non permittetur, quia summus est. Adverte tñ, quòd mala, in quantum mala sunt, non sunt bona: Nam si aliter esset utiq; Deus author fuisse mali, quod falsum est, ut non solum sint bona, sed etiam, & mala, quia de malo bonum elicit Deus. Thomas in prima par. q. 49. artic. 3. & q. 109. artic. Bonum inveniri potest sine malo, sed malum, non potest inveniri sine bono. Ita quòd si Deus malum aliquod permittit, hoc fit, pro aliquo bono. Provisor universalis est Deus, & quia multa bona elicere potest, ex particularibus malis, idè non impedit omnia mala particularia, ut universo contingant multa bona. Item malum esse propter admirabilem perfectionem universi, bonum est: Nam, si Deus non permitteret malum, in bono non esset pulchritudo, per malum enim bonum clarius elucescit, laudabiliusque est, & magis placet. Teste Aug. in Enchir. Ex omnibus bonis, & malis consistit universitatis admirabilis pulchritudo. Autoritate verò probatur per August. ibidem, melius judicavit Deus de malis bona facere, quàm mala nulla esse, permittere. Idem August. super Joan. Tract. 28. Sicut enim iniqui malè utuntur bonis operibus Dei, sic è contra, Deus benè utitur malis operibus iniquorum. Idem de Trinit. Profunt mala, vel ad delenda peccata, vel ad exercendam, probādamq; justitiam

riam, vel ad demonstrandam hujus vitæ miseriam. Sanctus Tho. Prima p. sum. q. 109. art. 4. Divina sapientia permittit aliqua mala fieri, per malos Angelos, & homines propter bona, quæ ex eis elicit. Tandem probatur exemplo, Permisisit, n. Deus Petrum negare Christum, ut inde humilior, & sapientior fieret. Permisisit etiam Christum crucifigi, ut inde sequeretur redemptio: permisisit persecutiones, & mortem Sanctis Martyribus, ut inde sequerentur miracula ad conversionem gentium, & corroborationem multorum. Et tandem permittit Hæreticos Naviculam Piscatoris perturbare, ut magis fidei nostræ veritas clarescat, & sic de singulis. eadem ratione permisisit corpora humana à Dæmonibus vexari,

C multiplici de causa. primò ut Peripateticæ opinionis Sectatores sciât, Dæmones esse & ab ipsis affligi posse juxta illud Jo. 4. Nisi signa videritis, non creditis. Secundum, ut quis propter ejus obstinationem in peccatis puniatur in hoc, & in futuro seculo, ut nobis exemplum fuit Rex Antiochus. Tertiò. Propter poenam peccatorum, in hoc tantum seculo puniendorum. Quarto Ut castigatus à Dæmone, à culpis futuris declinet. Paulus enim fuit obcæcatus, ut de persecutore Prædicator evaderet. Quintò, Propter peccata Parentum Exod. 20. Ego sum Dominus Deus tuus fortis Zelotes, visitans iniquitatē Patrum in filios in tertiam, & quartā generationē. Sexto Propter culpam alicujus peccati gravis puniendi, ut de Saule Rege legitur. 1 Reg. 16. Septimò. Ne quis in gratia constitutus, ab ea declinet. Paulus. 2. Cor. 12. Et ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi Angelus Sathanæ, qui me colaphizet: propter quod ter Dominum rogavi, ut auferet à me, & dixit. Sufficit tibi gratia mea. Octavò. Ad aliquorum conversionem, nā multi peccatores, infestationes aliorum videntes, territi, relinquunt vias suas pessimas. Nondò. Ut Divina potentia simul, & misericordia manifestetur: ut de conconato Joan. 9. Neq; hic, neq; Parentes ejus peccaverunt: sed. ut manifestetur gloria Dei in illo. Decimò. Ad ostendendā alicujus vitæ sanctitatē: ut de discipulo

Anto.

Antonii fugante dæmonem, non volente Magistro. Undecimò. Propter alcujus corporis Sancti manifestationē, ut de SS. Martyribus Joanne, & Paulo. Duodecimò. Ad meritōrum augmentatiōē. Decimotertiò. Ut De^o suos prober electos, tamquā aurum in fornace: ut de Tobia, nā dixit Angelus, quia acceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te. Decimoquartò. ut Dæmō nostrā quærens perditionem, ipse confusus existat, ut in Job. Et ut unico verbo concludam. Judicia Dei Abyssus multa. Permittit etiā Deus magicas artes ad fallendū fallaces, sicut Aegyptios, & ipsos Magos. Exo. 7. Itē ad monendū fideles, ne tale quid faciant, ne eis accidat, ut Aegyptiis. Permittit postremò Deus Dæmonem in formam boni Angeli se transmutare, juxta illud Apost. Transformat se in Angelum lucis, & in diversis formis apparere, quia sic homo fit callidior per experientiam inimici. At tamen verum est, quod non tantum malum permittit Deus super justos in charitate existentes, sicut super malos peccatores.

UTRUM DÆMONES VEXARE
possint corpora, & quomodo?

DOCTRINA QUARTA.

Quod Dæmones Corpora humana vexare possint, quamvis satis per allegata in Prima, & Secunda Doctrina ostensum est, cum sint substantiæ incorporeæ, & intellectuales, quibus corporeæ subduntur: ad majorē tamen declarationē ex sacra Scriptura, addubam^{us} auctoritates, & exempla, Luc. c. 4. 8. Mar. 1. 5. 9. Mat. 12. 17. & Sanctorum facta, in quibus innumerabiles Dæmones a corporibus humanis fugatos fuisse, legitur. Imò quā hæreticū sit, contrariū tenere, ex se patet, cū sit contra sacrum Evangelium: Quod sanè intelligendū est, scilicet, Deo permittente, & non aliter, ut dictū est, supra de Permissione Divina. Et August. in 3. de Tri. c. 78. cōfirmat, dicens, Diabolus, multa pōt virtute

D suæ naturæ, à quibus tamen prohibetur virtute Divina. Exemploq; probatur de Maleficis Pharaonis, qui per incantationes suas fecerunt Dracones, aquam in sanguinem verterunt, & ranas, sicuti fecerat Aaron servus Domini, sed non potuerunt facere Ciniphes, non quia, non potuissent, sicut & Ranas, & Dracones, & alia fecerant: sed quia, non permisit Deus, quòd quidem ipsi Malefici confessi sunt, dicentes, Digitus Dei est hic. Exod. 7. 8. Possunt ergo Dæmones ingredi corpora, Deo permittente, & ea vexare, aut plures unà sint, aut singulares, ut notatur, de spiritu surdo, & muto, & de legione.

A Sed sciendum, quòd duplex est ingressus Dæmonum in homines, primus est contra Animam, & hoc modo intrant, & implent cor, mentem, & sensum non substantia sua, cum hoc solum Deo conveniat, qui capax est suæ facturæ, juxta illud Bedæ super illud Petri ad Ananiam: Cur tentavit Sathanas cor tuum? dicit, Notandum, quòd mentem hominis juxta substantiam nihil implere potest, nisi creatrix Trinitas, quia tantummodo secundum operationem, & voluntatis instinctum, Anima de his, quæ sunt creata, impletur, sed fit per suggestionem, callida, & fraudulenta deceptione, venenum peccati in voluntate suggerens, & sic propter effectum malitiæ eorum, dicuntur dæmones intrare, & vexare ad exercitationem nostram, & meritum. Secundus ingressus est, contra corpora. Et licet Dæmonis voluntas intendat principaliter contra Animam, substantialiter tamen, ipsa Divina permissione concurrente, corpora intrat, & affligit, & hoc dupliciter, aut ab intra, aut extra: Ab extra, mutans fantasiam, & sensus corporeos, vel sumens corpus Aereū, ut supra doctrina Prima, & sic ostendit vexatis, serpentes, Tauros, Aves, homines armatos, & similia, eos occidere volentes, ut tales in aliquod periculum inducat, prout practicando inveni Puellam, cui apparebant Bubali, & homines evaginatiis gladiis eam occidere volentes, signo tamen Crucis facto, evanescebant, in ecclesia tamen ipsas apparitiones, non videbat. Ab intra, ut in Job legitur 2. & Saule, Regum. 1. 16. & prout

prout in multis, sacro Evangelio Teste, & experientia,
 quorum viscera, & interiora, cæteræq; partes corporis,
 diversimodè exagitantur, & cruciantur: Et hoc duplici
 modo esse potest, aut simpliciter per se, aut interveniē-
 te Maleficio. Unde dæmon ingrediēs corpora. cōsiderat
 eorū qualitates, & defectus, & præcipuè, in qua corpo-
 ris parte, effectus alicujus infirmitatis procedere possit,
 movendo virtutes, & potentias, & humores, & sic per-
 turbatis spiritibus, potentiis, & humoribus, apparent
 multæ imaginationes, faciuntq; homines mutos, sur-
 dos, claudos, cæcos, febricitantes, & diversas generant
 infirmitates, acutissimos dolores, & alia tormenta, quæ
 numerari non possunt: Cujus modi sunt ulcera pessima,
 ut in Job. Egressus Sathan à facie Domini: percussit Job
 ulcere pessimo, à planta pedis usq; ad verticē ejus. Exa-
 gitationē, ut in Rege Saule, quē Spiritus malus exagi-
 tabat. Facit insuper homines lunaticos, Mat. 17. Domi-
 ne miserere filio meo, quia lunaticus est, &c. Et dixit
 Dominus, afferte illum ad me, & increpavit illū Jesus,
 & exiit ab eo Dæmō, & curatus est Puer, ex illa hora.
 Unde Chrysost. hom. 58. dicit. Quod Dæmones hoc fa-
 ciunt propter duo, ut infament lunā, tanquā Dei crea-
 turā, & quia nō possunt operari, nisi mediantibus natu-
 ralibus virtutibus rerū. Itē generat cæcitātē, ut Mat. 12.
 Oblatus est ei Dæmoniū habens, cæcus. & mutus, & cu-
 ravit eū, ita, ut loqueret, & videret, Itē affert impedimē-
 tū ad loquendū. Mar. 9. Magister atruli filium meum ad-
 rē habentē Spiritum mutū, & Luc. 11. erat Jesus ejiciens
 Dæmonium, & illud erat mutū, non quia Dæmon esset
 mutus. sed respectu suæ operationis, dicebatur mutus,
 quia ipsum filium reddebat mutum. Inducit etiā surdi-
 tatem, stridorem dentium, dissipationem, dilaniationē,
 rabiem, febrim, & diversas infirmitates. Luc. & Marc.
 9. Item Luc. 13. Christus sanavit filiam, quam alligave-
 rat Sathanas detentā à spiritu infirmitatis annis decē
 & octo. Præcipuè verò experientia teste, Dæmones ve-
 xant Melancholicos, & hoc multiplici tatione. Primò,
 Quia hic humor melācholic⁹ difficiliter eradicatur, ga

ex sui natura inobediens, & rebellis dicitur evacuanti-
 bus: maxime, si ad aliqua causa, siue intrinseca, siue ex-
 trinseca sustentetur. Secundo, quia humor melancholi-
 cus aptior est ad generandas diversas infirmitates, & in-
 curabiles. Nam si supra modum exustus, & versetur circa
 substantiam & membranas cerebri furorē parit: Si circa
 ventriculos, Apoplexiam: Si circa ariginem, nervorum con-
 vulsionem: Si circa oculos, caecitatem. Unde Galenus,
 de loc. affect. c. 7. ubi in ipso cerebri corpore melanco-
 licus succus abundat, eam insaniam speciem, quam Graeci vo-
 cant melancholiam, efficit, quo fit, ut neque subito, neque
 affratim solvatur. Nam totius substantiae cerebri temperies
 mutatur, generatque rabie lupinam, & caninam, phrenesimque
 & Amorem insanum cum diversis affectibus. Occupat insur-
 per Melancholia potentias principales, & nobiliores: ut
 mentem obscurat intellectum, & memoriam, turbat
 rationem, & iudicium. Unde Avicenna sic, 3. Fen. 1. Tra.
 4. c. 18. Melancholia est mutatio existimationum, & cogi-
 tationum a cursu naturali ad corruptionem, & timo-
 rem, & ad malitiam, propter complexionem melanco-
 licam facientem pavidum, & tristem cerebri spiritum
 interius, & propter tenebras ipsius. Quia per has occupa-
 tiones latet iniquitas, & astutia Daemonis, quare sic
 vexatus a Deo, & sui ipsius cognitione decidit, & ad ea,
 quae ad salutem pertinent, sit piger, & immoritur. In me-
 lancholico humore commiscetur quia Daemonum na-
 turae sedes congrua est propter suam amaritudinem, tri-
 stitiam, & turbulentiam, qui humor si fuerit evacuatus
 Daemon cogitur recedere. Tertia ratio est, nam in dictis
 naturalibus infirmitatibus, damo quam sepius se oc-
 cultare solet. Et hoc, quia in dictis morbis solent con-
 currere signa, & accidentia similia, quae, & ipse daemon
 facere solet. Et sic Exorcista solet dubitare, an infirmi-
 tas sit diabolica, vel naturalis, & fallitur. Unde daemon
 aliquando, non cognita ab Exorcista ejus astutia, impunè
 evadit. Inducunt interdum daemones mortem, ut legitur
 Tob. 3. de septem viris Sath ab Asmodeo occisis. Im-
 pedit aliquando Daemon vim generativam, aut obstantem,
 ne unam

ne unâ seipſos conjuges conjungant: prout ego vidi Mulierē maleficiatā quæ morſu, unguibus & eo pejori modo, quo poterat, erigebat ſe contra Maritum, dum eam ad conſumationē matrimonii invitaret. Et tandē poſt aņos tres obdormivit in Dño: Aut reprimendo ejectionē membri, aut obſtruendo vias, ne ſemē emittatur, aut emiſſo ſemine ne recipiatur, aut ipſum ſemen ſurripiendo, aut applicando, vel inducendo aliqua naturalia contraria ad ſemina deſtruenda. Inclinat quoq; ad Amorem, vel odium inordinatum. Et licet dæmon non ſit cauſa illius ordinati Amoris directē, arctādo hominis voluntatē, quia hoc illi ſoli poſſibile eſt, qui eā creavit, ut ſupra diximus, ſed operatur in potentias corporis, ſive corpori alligatas: Nā videntur quidem homines, per motionem ſpirituum & humorum magis proni ad paſſiones, id eſt, ad irā, & concupiſcentiā, & ſic de ejuſmodi, quæ inſurgentes diſponunt hominem ad conſenſum. Sic ergo dæmon, cognoscens has paſſiones illis magis ſubdere, facilius poteſt, & fortius perſuadet ad talem Amorem vel odium, & movendo paſſiones, diſponit imprimis in imaginatione rem amatam, tum præcipuē, cum Amans in tali cogitatione delectabilius, & diutius perſiſtit. Transmutat etiā aliquando, & membra, & corpus in beſtiales formas, unde ſecūdo rei veritatē, ſciendū eſt, quōd transmutationes rerum corporalium, quæ virtute naturali fieri non poſſunt, nullo pariter modo, virtute Dæmonum transmutari valent, ut mutetur corpus humanū in beſtiam, & e contra, vel quōd mortuum corpus reviviſcat, & ſimilia, quōd probat Auguſt. 18. de civit. Dei. Tom. 5. Nec corpus quidem humanum, nulla ratione crediderim Dæmonum arte, vel poteſtate in membra beſtialia converti poſſe, ſed quæ mortales ſenſus per phantaſmata decipiunt, quæ vera non ſunt, nobis vera videntur: & hoc dupliciter contingit. Primo modo, dictum eſt in Doctrina prima. Et hæc eſt operatio naturalis, cum Angel⁹ virtute ſuæ naturæ poſſit movere imaginationē hominis per modum localem ſpirituum, & humorum, & apparitiones imaginariæ cauſantur in nobis, ex dicta

locali mutatione spirituum, & humorum. Quapropter Arist. in lib. de som. & vigil. c. 3. assignat causam apparitionis somniorum, dicas. Quod cum Animal dormit, descendente plurimo sanguine ad principium sensitivum, simul descendunt motus, id est impressiones relictæ ex motibus sensibilibus, quæ in Spiritibus sensualibus conservantur, & movent principium sensitivum, ita ut fiat apparitio quædam, ac si tunc principium sensitivum à rebus ipsis exterioribus mutaretur, tantusq; esse potest Spirituum, & humorum concursus, quod hujusmodi apparitiones etiam vigilantibus fiunt, ut patet in freneticis, dicentibus multa se videre, quæ realiter non sunt, & sic hæc omnia possunt fieri virtute Angeli moventis dictos Spiritus corporales, & humores. Secundo modo fit, quando visibiliter apparet in quavis figura, sumens corpus ex Aëre, & eadem ratione potest circumponere cuicumque rei corporeæ quamcunque formam, & figuram. Inducunt quoque Dæmones fructus, & animalia ad sterilitatem, vel ad mortem. Generant insuper Animalia minuta, & volatilia, & terrestria, quæ fructus dissipant. Generant etiam tempestates, coagulatis frigidissimis humoribus, unde legitur Apoc. 7. Quod Angelus Dei clamavit quatuor Angelis, quibus datum est nocere Terræ, & Mari, dicens. Nolite nocere Terræ, neque Mari, neque arboribus quoad usque signemus servos Dei in frontibus eorum. Quandoq; etiam faciunt se Succubos, & Incubos assumpto corpore Aëreo. Vexant præterea hominum habitacula, & omnes habitatores perurbant, ac terrent diversimodè. Possunt tandem vexare parvulos materna ubera lactantes. Teste Aug. lib. 21. de civit. Dei. Item Hier. ad Paulam. Et possunt nocere hominibus Sanctis ut est, de Job, & de Sancto Antonio.

DE SIGNIS, QUIBUS CO-
gnoscitur Dæmoniacus, & Male-
ficiatus.

DOCTRINA QUINTA,

Aliquem esse Dæmoniacum duobus modis acci-
dere potest, vel potest esse Dæmoniacus simpli-
citer, vel cum Maleficio. Tunc dicitur simplici-
ter, quando Dæmon vexat aliquam creaturam, non in-
terveniente maleficio, & tunc, non semper essentialiter
adesit, quia, ut superius dixi, Dæmon adesse dicitur per
vexationem, & abesse per quietem. Cum maleficio ve-
rò, cum Dæmon assistit, per aliquod maleficium factū,
& tunc sine intervallo creaturam affligit, plus, & minus
secundum Divinam permissionem. Si autem certò co-
gnoscere volueris. An sit Dæmoniacus simpliciter, an
cum maleficio, notato quæ sequuntur.

SIGNA DÆMONIACI,

Primum, linguam tumidam, & nigram, multoties
Dæmoniacus, de ore præter naturam profert, vel
inflatur guttur, vel distringitur angustè, ita ut vi-
deatur velle strangulari, sed tamen in suum pristinum
statum redit.

- 2 Plorant, nescientes quid plorent, Dæmoniaci.
- 3 Cum ira, & contumacia respondent, interrogan-
tibus.
- 4 Quandoque etiam coacti, ut loquantur, nolunt
loqui.
- 5 Claudunt dentes, & nolunt comedere.
- 6 Odio homines prosequuntur.
- 7 Multa dicunt, ex quibus minimè dignoscitur quid
velint innuere.
- 8 Opprimuntur sopore gravi.
- 9 Remanent tanquam sensibus destituti.
- 10 Seipso pugnīs percutiunt, ac vestes lacerant, & ca-
pillos.
- 11 Terribiles habent oculos, & horribiles.
- 12 Terrore repentino afficiuntur, & confestim terror
ille recedit.

- 13 Diversorum Animalium voces imitantur, & sic audiuntur rugitus Leonum, balatus Ovium, Bouum mugitus, latratus Canum, Porcorum grunnitus, & similia.
- 14 Strident dentibus, spumant, ac signa alia ostendunt tanquam Canes rabidi.
- 15 Multoties exponunt se præcipitiis.
- 16 Discurret aliquando per eorum corpora igneus, vel giacialis vapor.
- 17 Sentiunt per corpus signa, tanquã formicas discurrentes, Ranas saltantes, Viperas, Serpentes, Pisces natantes, Muscas volantes, & similia.
- 18 Varia præter naturam vident, & audiunt.
- 19 Sentiunt sub manu Sacra capiti superposita, vel ex Sacra lectione quid frigidissimum, vel grave.
- 20 Clamant, cum aliquas Sanctorum reliquias capiti superponas, etiam occultè, & dicunt. auferte has à me, quoniam malè olent, vel sunt nimis graves: aut efflant, aut circumvolvunt caput, aut ipsas reliquias projicere student, aut contra Ministrum, & Astantes se iratos ostendunt, & similia.
- 21 Omnia spiritualia odio habent, à facie Sacerdotum, & præcipuè Exorcistarum fugiunt, in Ecclesiam ingredi nolunt, & si ingrediuntur, ab ea statim fugere procurant, vel Corone, vel spiritualium librorum, tædet: cuncta benedicta sanctorumq; imagines, & maximè Crucifixi, nolunt inspicere, nec deosculari, imò, projiciunt, & in hæc omnia conspuunt.
- 22 Sacra verba proferre negligunt, qualia sunt. Misere-re mei Deus: Qui habitat in adjutorio altissimi: Magnificat anima mea Dominum. In principio erat verbū, & similia. Et si ea pronunciarint, balbutire student, vel verba corrumpunt, tedium gra-ye demonstrant, tandem ea perficere non possunt. Ita ut palàm se Dæmoniacos ostendant.
- D 23 Sentiunt in aliqua sui corporis parte dolorem, & si super eum signū Sanctæ Crucis feceris, statim per corpo-

corporis membra fugiet, sed si eidem dolori locū præcisum assignaveris, in ea corporis parte, in qua volueris signo Sanctæ Crucis † patientia, & perseverantia arctabis.

- 24 Cum super Dzmoniacus Evangelia, Passionem Jesu Christi, conjurationes, & similia legeris, conturbantur, sensus occupabunt, intollerabiles etiam in illis anxietates, ac inflationes, vel guttas sudoris defluentes, conspicias: Insuper stridores ad Cœlum usque mittent, prosternent se, & similia facient.
- 25 Cum audieris Idioras, & Literarum ignaros, interpretari difficilia, aliorum manifestare secreta, pulsare, vel musicaliter canere, aliqua prædicere, loqui variis linguis, & (ut verbo concludam) supernaturalia facere: absque dubio, signum erit Diabolicae præsentia.

Advertendum tamen, quòd supradicta signa possunt etiam concurrere in Maleficiato.

SIGNA MALEFICIATI.

- 1 **P**rimum: Maleficiati cibos pessimos appetunt, & super cibus substantialibus stomachantur.
- 2 Cibum sumptum retinere non possunt, a continuo vomitu molestati.
- 3 Alii semper sunt indigesti, sentiuntq; onus grave super stomachum.
- 4 Sentiant nonnulli bolum à stomacho sæpe ascendens ad guttur, quod evomere videntur, & tamen ad pristinum locum descendit.
- 5 Quandoque aliquibus oris ventriculi morsus accidit.
- 6 Alii frequentem pulsationem in collo, vel dolorem in senibus sentiunt.
- 7 Quibusdam sæpe fiunt Sincopæ. Et præcipuè una, & eadem hora.
- 8 Aliquibus, præter naturam inest continuus dolor in capite, vel cerebro, propter quod videntur gravari, perfrangi, & perforari.

- 9 Maleficiati affligitur cor, ira quòd videtur lacerari à Canibus, à Serpentibus morderi, vel clavo, seu acu transfigi, constringi, vel suffocari.
- 10 Nonnullis accidunt subitanei dolores frequentes, quos dum nesciunt exprimere, emittunt clamores, & quandoque ab iisdem doloribus interficiuntur.
- 11 Aliis, extenuatur corpus, & ad nihilum redigitur.
- 12 Aliquando membra videntur flagellata, constricta, & lacerata.
- 13 Nonnullis viscera torquentur, & venter valde, ac repente inflatur, aut per interanea, ac si essent vacua, discurrit ventus.
- 14 Gravantur mulci Maleficiati à melancholico humore, quorum alii ad eò infirmantur, ut, nec loqui, nec cum hominibus conversari velint.
- 15 Signum notissimum Maleficii est, quando medicamenta applicata, Maleficiatos non juvant.
- Concurrunt tandem diversi effectus, & signa, secundum Malefici intentione, & juxta genus Maleficii facti, ut patet per exemplum. Romæ accidit, ut quidam Fullo maleficiatus venerit ad me, ad petendum auxilium, cujus domum ego una cum ejus familiaribus ingressus, subvertissem, inveni in quodam tincturæ vase fece pleno, figuram ceream, clavo ferreo, à capite usque ad anum transfixam, brachia, crura, ac totum denique corpus, clavibus refectum: qui clavibus, ipsum Maleficiatum in cunctis partibus affligebant, eo modo, quo in figura cerea collocata erant. Advertendum insuper, quòd sunt etiam alia signa in Maleficiatis aliquibus, quæ quando haberi non possunt, nisi ex circumstantiis, & suspitionibus, ut est in Maleficiis ad odium, vel ad amorem, ad sterilitate, aut ad tempestates, vel circa vim generativam, aut insuper bestias perpetratis. Sciendum quoque quòd in parvulis non habentibus usum loquelæ, non de facili cognoscitur infirmitas maleficialis, eo quòd exprimere non possunt dolores suos, nec circumstantias, sed diligentissime inquiratur lectuli eorum, & si aliqua signa maleficialia inveni-

venientur, poterit Exorcista inditium inferre. Advertat etiam Exorcista, quòd in aliquibus maleficiis Dæmones non loquuntur, licet, dent signa præsentis suæ.

Illud etiam animadversione dignum est, quòd prudēs Exorcista, antequam ad remedia deveniat, cognoscere debet, an infirmitas Diabolica sit, nec ne. nam infirmitatibus melancholicis, & matricilibus, difficilis est cognitio, concurrentibus signis multis, & accidentibus supradictis. Quapropter, ad hujus cognitionem attendendum est, quòd si duodecimum, decimum tertium, aut decimum quartum signum, superius descriptum in signis Dæmoniaci simplicis concurrerit, vel si Medicorum applicata medicamenta, non juvabunt, ut in fine de signis Maleficiati, dixi, proculdubio Diabolicæ præsentis signum erit. Nonnulli enim opinantur, se Dæmoniacos, & Maleficiatos esse, & talē opinionem in mente imprimunt, ita ut nulla ratione ab hac sententiā dimoveri possint. Romæ, quidam juvenis, Ecclesiam Sanctæ Mariæ in montibus, ubi per me conjurabantur Dæmones, frequentabat: quadam autem die, dicit se Dæmoniacum esse, & Maleficiatum, ostendebatq; nonnulla, ac si verè Dæmoniacus fuisset, qui tamen rogabat sæpius, ut sibi auxiliū darem. Ego cognita ejus insania, illum vocavi intra Aedes Sancti Clementis, præsentibus fratribus ordinis mei, & dum fingerem eum conjurare, dixit ille, est spiritus unus in aure dextera, qui offendit se velle fugere. Tunc ego dixi, nè dubites, esto bono animo. Fratribus tamen circumstantibus subridentibus, & clamantibus Domine miserere illi, vas aquæ benedictæ plenum, quod in promptu habebam, totum in ejus aurē, & caput projecit, quòd factum est, ut ille assereret, sic confirmantibus fratribus, quòd Dæmon recessisset, & sic curatus est ab insania sua.

DE CONTEMPTU, ET TACITURNITATE Dæmoni imponenda.

DOCTRINA SEXTA.

Inter Cætera, taciturnitas Dæmoni imponenda est, quia arma potentissima Dæmonis sunt loquutiones illius,

illius, quibus, & Exorcistam, & Dæmoniacum, & astantes seducit, ac in diversos errores inducit. Diabolus enim, non gladio accinctus, nec gladio armatus, sed verbo malum seminavit, & primum hominem interfecit, quare silentium illi est imponendum, etiam si vera fateretur. Hoc autem probatur ratione, exemplo, & autoritate.

B Probatur. Primò, ratione, nam, quod quæris à Dæmone, vel notum est, vel occultum: Si notum, frustra curiosè te extendis, cum August. dicat super Joan de curiositate quantum potest, nos tentat, quia opus diabolicum est: Si occultum est, cur à Patre mendacii vis doceri? Eo magis, cum nunquam certum sit tibi dicturus, nunquam enim intendit hominis intellectum illuminare, sed ejus rationem obtenebrare, cum bene noverit, quem mœrore conturbet, quem gaudio fallat, quem metu opprimat, quemq; admiratione seducat. Et tandem, nunquam verum fateretur, nisi cognoverit sub specie veritatis, pestiferi aliquid ad hominum perditionem plantare posse: & ad propositum est illud Apost. 2. Co 11. Non enim desinit hostis antiquus figuram sumere. Angelorum lucis, laqueos ubiq; prædicens: & Cyprianus Trac. 4. de Idolorum vanitate, ait, quod Dæmones falsa veris, semper involvunt.

C Probatur exemplo Luc. 4. Christus imposuit Diabolo silentium, licet veritatem fateretur, dicente illo, quid nobis, & tibi Jesu Nazarene, venisti perdere nos? Scio te, q; Sanctus es Dei. Et increpavit illum Jesus, dicens: Obmutesce, & exi ab eo. Unde Marc. 1 & Luc. 4. concludunt dicentes, Jesus non sinebat Dæmonia loqui: quare si Dominus veritatem farentibus silentium imposuit, quantò, magis nos idem studere debemus? Nec est dicendum, quòd huic veritati obstat illud Mar. 5. de Christo interrogante, quòd nomen est tibi? quia si responsum Dæmonis consideremus, dicentis: est mihi nomen legio factum (favente Deo) aperiemus: sed quia quæcunque scripta sunt, ut ait Apostolus ad nostram doctrinam scripta sunt, ob id Christus, Dæmonem interrogavit, non, ut ignarus, sed duabus potissimum de

caulis,

causis. Primò, ut ipse confiteretur suam pestem. Secundo, hoc fecit ad nostram doctrinam, quia si Christo méritus est (ipso permittente) sciendum nobis est, quòd, & nos sua malicia decipiet. Quòd autem Dæmonis respòsio, dicentis, est mihi nomen legio, falsa sit, probatur: quia, aut respondit secundum nomen suæ naturæ, aut sui officii. Primò modo, falsum est, cum sub nomine naturæ, omnes spiritus vocentur. Secundò modo, certum est, quòd ab officio divissimodè nominantur, & tunc dicuntur Angeli, id est, Missi.

Ad propositum ergò, Dæmon respondens Christo, est mihi nomen legio, non respondit veritati, cum legio sit multitudo Spirituum, quæ in se non habet nomen, sed multitudinis, officium enim est, quòd, quemque pro conditione suæ personæ, facere decet, observata locorum, temporum, & personarum ratione. Sancti tandè omnes, non loquutione, sed fide, & charitate Dæmones calcarunt.

Probatum ultimò autoritate Augusti. Dæmon, qui semper intendit hominum perditionem, aliquando vera dicit, ut assuescat homines ad credendum, in damnationem animarum suarum, & sic currentes ad Dæmones, vel eis fidem præbentes, non habent potestatem præservari à fallacia maledicti. Cum Deus derelinquat eos in manu inimici, ad quem confugere consueverunt. Orig. super Ezech. Serpens est hostis contrarius veritati. Athan. & Chrysostr. Conc. 2. de Lazaro, prohibuit Christus Dæmones loqui, & compescebat eorù sermones, quamvis vera faterentur, tum propter exemplum, ut nos etiam assuefaceret, non curare talia, quamvis vera loqui videantur, tum etiam quia, non oportebat eos surripere officii Apostolici gloriam, cum non sit speciosa laus in ore peccatoris.

Notent igitur Exorcistæ, qui per Dæmones student veritatem inquirere, sacra exponere, & divina loqui. Potest tamen aliquid inquire à Dæmone sponte occurrente, per modum transeuntis, & hoc ad imminentem utilitatè proximi, vel forte ex speciali revelatione Divina ad-

na advenit, & tunc semper hostiliter se habere debet. Advertendum tamen, & certò sciendum, quòd, & si Dæmon licita, & vera fateatur, nihilominus tamen ejus voluntati non est adhaerendum, nihilq; faciendum de his, quæ nobis suadet, imò Dæmonis voluntas est contemnenda. Et hoc docemur à Jesu Christo, qui in deserto à Dæmone suasus, ut de lapidibus panem faceret, ejus voluntatem contempsit. Ut nos doceret Dæmonis voluntati non esse obtemperandum. August. de verbis Domini, Serm. 11. super Joan. probat sic dicens. Non fecit

D Jesus panem de lapidibus, ut voluntatem contemneret tentatoris: aliter enim non vincitur tentator, nisi contemnatur. Et ad hoc pugnat Imperator, ut milites discant. Nec obstat illud Marc. 5. Quando Dominus, Dæmonibus petentibus, permisit intrare Porcos, quia, ut ait Chrysostr. in homil. 29. in Matth. permisit Dæmones ire in porcos, non persuasus ab eis, sed primò, ut instruat magnitudinem nocimenti Dæmonum, qui nobis insidiantur. Secundo, ut omnes discerent, quòd, nec adversus porcos audent aliquid facere, nisi ipse consensisset, ac permisisset. Tertiò, quia graviora essent operati, nisi Divina providentia illos prohibuisset, teste etiam experientia rerum magistra, quia astutissimus ille Serpens (mihi credite fratres) reassumit vires, & lætatur in Exorcistarum deceptione, & cum permittunt eum loqui, loquutione sua plurimos decipit Exorcistas, & ad peccata multos inducit. Cum ergo nulla temporalis utilitas comparari possit detrimento spiritualis salutis, quæ imminet ex loquutione, & inquisitione, præcipue occultorum, per Dæmones silentium est illis imponendum.

A Tamen, norandum est, quòd si Dæmon potest astringi in nomine Jesu ad fugam parandam à fortiori eadem virtute, & potestate potest astringi ad veritatem confitendã. Et sic restrictivè concedendum est Exorcistam postpositis curiositatibus in fide, & humilitate tantummodo interrogare posse Dæmonem de tribus. Primò, ubi sit caput maleficij quando adest Maleficium, & ad dictam veritatem habendã opus arduum mihi viderur.

Secur-

Secundò per cuius Sancti merita, & in quo loco sacro sic
 exiturus, Tertiò, interroget de die sui exitus & hora, &
 tunc Exorcista perseveranter arctare tenetur dæmonem
 præceptis ad extorquendâ veritatem. Cum verò Dæ-
 mon dixerit se velle tali die præcisè exire, maledictus il-
 le positus manibus super Crucifixum juret secundum
 formâ ascriptam; tunc Exorcista omni mora postposita
 ineamabit Dæmoni primû peremptorium. Altera verò
 die Spiritus ratificet juramentû ante Sanctis. Sacramen-
 tû Euchar. positus manib. super tabernaculû, & circa qua
 ratificatione facta, statî habeat ignè habeat, & fumiga-
 tionè benedictâ ad torquendos Dæmones, & denuo ser-
 pens in tormentis illud ratificabit: Tertiavè die, quæ
 erit dies exitus, per tres horas saltè ante horâ præcisâ
 sui exitus Exorcista Dæmonem affligat Exorcismis
 efficacissimis appropinquâte autè hora, faciat illi tertiû
 peremptorium. ante Sanctis. Euchar. cû Exorcismis
 bitem notatis, a omnia sequatur, ut suo loco, &c.

DE ASTUTIIS DÆMONUM præcipuis.

DOCTRINA SEPTIMA.

DÆMON, Qui insidiis sèper novus est, ante, & post
 conjurationem, imò in ipsius actu, multis utitur
 calliditatibus, Primò, Ubi Dominus permisit illi
 alienus corporis ingressum, ne ibi esse cognoscatur, sæ-
 pissimè morbos inducit, signaque, & accidentia illius
 morbi dat, ita ut Medici ipsi decipiantur, credentes i-
 psam infirmitatem verè meram naturalem, & non dia-
 bolicam esse. Item, creaturam vexatam, sacra, oratio-
 nes, signum Crucis, actusq; virtutem, humiliter devo-
 tionis, & similia aliquando facere permittit; Imò, q
 magis est, ipse astutus aliqua Sancta dicit, & sic ovina
 pelle indutus, non cognoscitur, attamen in ea perseve-
 rare non potest. Insuper, cum Exorcista eum esse Dia-
 bolum

bolum cognoscit, familiares, & amicos Dæmoniaci, ne illi cura adhibeatur, inducit ad credendum in illo humorem potius, quam Diabolum esse. Simulat etiam se fatuum, & ignarum, & ab actionibus supernaturalibus se abstinere, ne cognoscatur. Cum autem omnibus notum est, ipsum adesse, ne remedia applicentur, & ne ad conjurationem adducatur, procurat impedimenta diversa. In conjuratione, diversas causas affert, ut Exorcistam inducat ad eum interrogandum, interrogatus verò, respondere recusat, vel simulat veritatem fateri non posse, & verba dat Exorciste, ut teneat eum in spe veritatis habendæ, quapropter, sæpe sic impudè evadit. Aliquando Dæmon veritatē narrare, vel aliqua facere videtur, coactus propter Exorcistæ vitæ bonitatem, ad hoc, ut eum inani gloria inflat. Interiori suggestionē sæpe Dæmones dicunt Dæmoniaci, quid sunt facturi, & ostendunt se habituros ipsius corporis curam, & defensionem, ut paulatim se credibilem præbeat. In conjuratione sæpe fingat se nullum sentire dolorem, nec dant signa terroris, licet affligantur, & tacendo demonstrant se admodum fortes, ut affligant animum Exorcistæ, qui demisso animo fit trepidus, & quandoque, quæ ipsi Dæmones minus metunt, valde pertimescere fingunt. Accidit aliquando, ut creaturam obsessam agitent, ac prosternant. Ut eam crucient, & Exorcistam à conjuratione amoveant, ut ipsi creaturæ opem præstent. Stridores emittunt, ut impellant conjurantem, vel jocantur, multa que jocatoria proponunt ut concitent risum, & tunc, quando ad blandiuntur, sunt magis cavendi. Divinam scripturam exponunt, ut hæreticorum fautores, & de ea loquuntur, dicente Divo Patre Ambrosio, super Luc. Quod de ipsis divinis scripturis laqueos fidelibus parant, non ut doceant, sed ut decipiant. Quandoque latitant, & creaturam tanquam liberam relinquunt, ad hoc, ut Exorcista conjurationi finem imponat.

Quando Exorcismis torquentur, promittunt, & jurant in crastinum velle exire, data hora, & signo, ita quod inducunt Exorcistam, ad terminandam conjurationem.

Item

Item rursus dicunt, & Exorcistam, & affantes infamant, A
 ut Exorici, ulterius curam de vexato, non habeant, sæpe
 etiam aliquam personam de tali maleficio ream faciunt,
 & dant signa aliqua, ut inducant ad credendum, & hoc
 fit, ut inde scandala deveniant. Somnum in vexato in-
 ducunt, in quo aliquam visionem sanctam ostendunt, ac
 dicunt esse liberatum, & tamen ipsi Dæmones latitant,
 Male loquuntur de Catholica fide, dicentes, se esse ani-
 mas aliquorum errantes, ut confirmet errorem Genti-
 lium, sicut in Simone Mago, qui illudebatur à Dæmo-
 ne, credentes suas Magicas operationes fieri per animã
 pueri ab eo interfecit, aut quod ardebat amore inter Se-
 raphim, vel quod Christus eos fugere non potest: vel lu-
 gent, dicentes: Dolemus de peccatis commissis, & non
 parcat nobis Deus, eo quia injustus est, ac alia similia, &
 ut affantes credant eos deprecantur, & supplicant, ut
 ornet, & elemosinas erogent, quibus etiam apparentibus
 rationibus ornant proposita, ut in mente supplicium
 permaneat. Sed tunc Exorcista, affantibus ipsorum
 falsitatem detegat, & quidquid sancta Catholica Eccle-
 sia sentit aperiat, & declaret. Aliquando videntur ma-
 nibus Exorcistam percutere, licet eum, non attingant,
 & dicunt, est nobis concessa facultas super te, ut in ali-
 quibus iudicium aliquod perpetrent. Lascivè intuentur
 Exorcistam, & jungere dexteram dexteræ, vel pedem
 pedi, procurant, & alios huiusmodi actus faciunt, ut eum
 ad impudica incitent. Ante Sanctissimam Eucharisti-
 am quiescunt, ut hæc de re admirati affantes, dicant, il-
 los quietos stare ante Christum, sed è contra, accidit,
 quia signum est timoris, nam famulus ante Regem, &
 Dominum suum, etiam invito, eum timer, & colit.
 Post conjurationem, multoties delectabilia, & curiosa
 familiaribus proponunt, & ad invicem facta, tam propria,
 quam aliena communicanda inducunt, & sic familia-
 res facti, Dæmoniacum, prout volunt, regunt, ac ipsi
 dominantur, loquentes per os ejus sæpissimè: Subvertunt
 domum, ac volunt sibi obedientiam præstari. Quare
 multa mala evenire solent inque mentè Dæmoniaci, &

familiarium inducunt, aliter liberari non posse, nisi per Maleficos. Et ut uno verbo concludam, inficitis (ut vine cant, & animas perdant) utuntur astutiis, quas practicando in dies cognoscere licebit.

DE QUALITATIBUS EXORCISTÆ, & de necessariis in Conjuracione.

DOCTRINA OCTAVA.

A

Dæmonum Fugatio à corporibus obsessis miraculum est, quia fit præter ordinem totius nature creatæ, & non ab alio, quam à solo Deo fieri potest. Quocirca bellator Exorcista se ipsum cognoscere infirmum, & debilem, Pugnatuum cum antiquo hoste forti, & astuto, & ideo, non ferro, sed fide debet esse munitus, virtutum etiam munimine, & mandatorum Dei observatione, nec in semetipso, sed in Altissimi misericordia, & in virtute, & potestate Christi, habere debet, docente Petro Act. Apost. viri Israelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid in ueremini, quasi nostra virtute, aut potestate fecerimus hunc ambulare: sed in nomine Jesu Christi Nazareni. Exorcista nihil dat de

B

suo, sed simplex est Minister, juxta illud Apost. 1. Cor. 3. Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit, neque qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus. Juxta, ergo potestatem datam à Christo. Luc. 10. dedi vobis calcandi supra serpentes, & Scorpiones, & supra omnem virtutem inimici. Exorcista Dæmones conjurante in nomine Jesu Christi, ac Sanctæ Ecclesiæ, ne ipsi nobis noceant spiritaliter, nec corporaliter, ipso etiam orante per custodiam Angelorum, assistentium, & per auxilium Divinæ gratiæ, ab aliquo Angelo à Deo missio, fugatur Dæmon. Tob. cap. 8. ad fugandum Dæmonem, Tobias protulit de cassidii suo partem jecoris, posuitque eam super carbones vivos, tunc decit scriptura. Raphael Angelus apprehendit Dæmonium, & reliquit illud in deserto superioris Agypti.

C

Exorcista,

Exorcista sit Sacerdos, quia Dæmones dignitatem ipsam valde abhorrent, & sæpe timentes fugiunt. Sit præterea jejuniis, & orationi, tam vocali, quam mentali assidue deditus. Nam legitur, quod tanta est eorum virtus, ut quod facere non potuerunt Apostoli, factum est per jejunium, & orationem, dicente Christo. Hoc genus Dæmoniorum, non ejicitur, nisi in jejunio, & oratione. Sed sciendum est, quod jejunium, ut ait Ven. Beda, non intelligitur solum abstinentia ciborum, sed & cunctarum illicebiarum carnalium, & omnium vitiorum. August. ad Eremitas, serm. de jejunio, jejunium est debita satisfactio cunctorum membrorum.

Sic etiam de Oratione exponit Beda. Non in verbis solum est Oratio, quibus divinam Clementiam invocamus, verum etiam in omnibus, quæ in obsequium nostri Conditoris fidei devotione gerimus. Sit præterea Exorcista in disciplinis, & cilicis sollicitus. David Psal. 34. Ego autem, cum mihi molesti essent (hoc est Diaboli) inducibam me Cilicio, Sit in humilitate profundus, nam maledictus ille in superbia, & astutiis pugnat: & in humilitate, & simplicitate vince, quia contraria contrariis curant. Sit ad Dæmonis levitates, & cogitationes constantissimus, non curiosus, non personarum acceptor, ut potius Mulierem quam virum juvenem, quam Senem, divitem, quam pauperem, speciosum, quam deformem exorcizare velit. Non sit inanis gloriæ cupidus, ne (sicut Pharisei) magis hominum, quam Dei gloriam quærat: Quia de eo dicetur, recepisti mercedem tuam: Sed more Christi quærentis gloriam ejus, qui eum miserat, sic exorcista ejus quærat gloriam, à quo habet dignitatem, & gratiam. Nulla causa moveatur, nisi propter Dei gloriam, & proximi salutem, & dicat: Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Affirmante Christo, nolite gaudere, quia Dæmonia subjiciuntur vobis, sed gaudere, quia nomina vestra scripta sunt in Coelis. Unde, quia Petrus dixit, etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo, per solum sui amoris studium, non adhibito

Domini auxilio, stare non potuit, quapropter in tanti miraculi consummatione, nobis opus est divino auxilio, cum ipse Dñs Jo. 15. dicat. Sine me nihil potest facere.

Sic etiam Exorcisto coactus mente, & in cunctis sensibus mortificatus præcipue vero in duplici fide radicatus, & primo, in indubitata, & integra Catholica fide, sine qua, nec in hoc seculo quidquam justificationis, nec in futuro vitam possidebit æternam. Nemo igitur à fide aberrans exorcizet, nec cum Dæmonibus jocetur, ne ei eveniat sicut exorcistis Judæis, inter quos exiliens homo, qui habebat Dæmonium pessimum, invaluit Dæmon contra eos, ita & nudi, & vulnerati effugerunt. Act. Apost. 19. Secundo, habeat fidem, quæ confidentia dicitur, de qua ait Dominus Jesus, Mar. & Luc. 17. Si habueritis tantam fidem quantum granum Sina-
C
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D
D

venalis: Qui ergo in corde suo qualemcumq; favillam avaritiæ comperit, Christo adjuvante, eradicet, quia aliter non reportabit de inimico triumphum. 1. Regum 8. Acceperunt munera, & perverterunt iudicium. Nam si munera acceperis, illi obligaris, ex quo multa mala exoriri consueverunt: Hoc potest confirmari exemplo, & auctoritate Tob. 12. Quando unâ cum filio voluit dare viro Sancto, id est, Angelo Raphaeli, medietatem de omnibus quæ tulerant pro Dæmonio fugato, & cæteris beneficiis, ille noluit accipere, sed dixit, Benedicite Deum Cœli, & coram omnibus viventibus confitemini illi, quia fecit vobiscum misericordiam suam. Confirmatur etiam auctoritate, quia docet Dominus, quando Discipulis suis dedit potestatem super Spiritus immundos, & omnem languorem, Matth. 10. dicens. Infirmos curate, Dæmones eicit, gratis accepistis, gratis date. Dominus autem, qui est omnium remunerator bonorum, centuplum retribuet in resurrectione iustorum.

Exorcista, non mente abstractus, non negotiis impeditus accedat, nec ipsum conjurare pigeat, nec conjurationem breviter, sed patienter terminet. Super omnia autem studeat, ne Dæmon aliquid obtineat, quia callidissimus Serpens, si victor semel extiterit, in cunctis victoriam reportabit. Nam, a quo quis superatur, ejus servus efficitur. Ecce, exemplum ad rem, non tacendum. In dicta Civitate Penarum, tempore conjurationis terminandæ, videbam Dæmones rebelles, nolentes Sacerdotibus cedere, & dum tantæ pravitatis, causam inquirerem, nephandum dictu inveni, nam aliqui Exorcistarum volentes Conjurationi finem imponere, deprecabantur Dæmones, ut crederent ipsi, videntes, quod victoriam de Exorcistis reportabant, nemini ultra in nomine Jesu præcipienti obediebant, quod quidem mihi ipsi accidit, dum in Ecclesia majori Dæmonem conjurarem, qui Mulierem quandam Isabellam nomine, affligebat, præsentem Reverendissimo Domina Joanne Baptista de Benedictis, Ophydani ipsius Civito-

D tis Episcopo, astante simul Clero, & populo. In fine con-
 jurationis ego præcipiens Dæmoni in nomine Jesu, ut
 in unguam mortiferam digiti parvi sinistri pedis des-
 scenderet, ut ipsa paupercula, libere sua naturalia exer-
 cere posset. Respondit Dæmon, hoc non faciam, nisi
 benignè postulaveris. Ego, his auditis, in nomine Je-
 su ille in superbia, simul cum contendentes, sperabacque-
 quissimus victoriã, addebat, n. afflicte Mulieri gravissi-
 mos cruciatus, & mihi post longum tempus, non pau-
 rum lassitudinis impartiebatur. Ego, qui re-
 tis fatigatus eram, cum horas duas, ut cederet, supra
 alias quinque pugnavissem, elevatis oculis ad Sanctissim-
 mum Sacramentum super Altare positum, Deo inspi-
 rante, Tabernaculum, in quo Sanctissima Eucharistia
 erat reposita, accepi, ponusque supra Dæmoniaci
 caput, firma fide, ac alte voce, multoties exclamavi,
A Misericordia Signore. Respondentibus iisdem Episcopo,
 Clericis, & Populo: Tandem summa omnium admi-
 ratione, cessit, ac obedientiam præbuit. Et sic, non vi-
 ctor, sed victus, succubuit.

Exorcista conjuraturus à Litaniis semper incipiat, vel
 multiplicatis intercessoribus, gratia largiatur. Quia
 efficacior, non legitur Conjuratio, quam Sanctissimæ
 Trinitatis, Beatæ Mariæ Virginis, ac omnium Sancto-
 rum invocatio. Repetat multoties illa præcipue, que
 scit Dæmonem abhorrere siye Sanctorum nominata siye
 Mysteria fuerint, & ne decipiatur, sciat, Quod ex aliqua
 de his tribus circûstantiis cognoscat an Dæmon timeat
B nec ne. Primò, si mirabilis virtutis erit Mysterium. Sec-
 cundò, si Sanctus nominatus sit particularis, advocatus,
 vel mirabilia pro Jesu Christi fide operatus fuerit, & ad
 fidelibus mirifice colatur.

Terriò, si de Dæmonis terrore certiore eum fece-
 rit Dæmoniacus. Nam ipse cognoscat Dæmonem pa-
 ventem, quia à timore compulsus, debilitatur, & per
 diversas partes corporis aufugit. Incendat Exorcistas
 conjurare Dæmones principales, & præsertim vexan-
 tes, & omnes simul auxilium præstantes, Cogat Dæ-
 monum

monum principalem ad dandum signum supernaturale de recessu suo pro signo liberationis, sine alicujus laesione. Et licet Dæmon possit dare signum, & tamen remanere in corpore. Justus nihilominus Deus non permittit, ut a Dæmone Ministri sui legitime certantes in aliquo decipiantur. Quoties hoc signum Crucis † invenerit, scriptum; in fronte signabit Dæmoniacum, nisi aliter faciendum legerit. Cum tamen foeminas erit signaturus, videat, ne eas tangat propter Dæmonis astutias, nam serpens ille, signum potius quàm tactum pertimescit. Non permittit Exorcista, dum conjurat alios accessisse Dæmoniacos. Nam mihi evenit in supradicta civitate Penarum, ut dum in Aedibus Sancti Francisci extra Urbis mœnia, Dæmoniacum conjurarem, illa Dæmonem, in summo rate lingua afflictum, viribusque evidenter fractum cognoscens; oculis ad Sanctissimam Eucharistiam super Altare positam, elevatis manibus extensis, cum lacrymis clamabat, Misere mei dulcissime Jesu; & dum repleti gaudio astantes devotissimè orarent, & ego in fide perseverarè; occurrerant alii Dæmoniaci; in quorum stridoribus resonabat Ecclesia, ac eorum unus proiciens, adoravit Maledictum, quem induellò tenebam; qua actione, illic cunctis cognoscens, Serpens vires reassumpsit. Est quoque advertendum, ut non adsint homines curiosi, & peccatores, hoc docente Christo. Marc. 7. Qui apprehendens hominem mutum, & surdum, ut eum liberaret, de Turba illum exivit. Sanaturus etiam, & resurrecturus Archisynagogi filiam mortuam, eiecit Turbam tumultuantem. Luc. 8. Idem fecit de aliis multis. Marc. 8. & hoc, quia Dæmones propter presentiam sanctorum sequacium, augent vires. Sed assistant potius homines credentes, devoti, & sine intermissione orantes, ut legitur, quod quando resuscitavit Archisynagogi filiam, introierunt solum cum Jesu, Petrus, Jacobus, & Joannes, Pater, & Mater filiae. Super omnia autè advertat Exorcista, nè quemquàm, & præcipuè Mulierè solam absq; ullo astante, conjuret.

conjuret, Non graviter percutiat Dæmoniacos, ut quidam imperiti Exorcistæ solent, imò levissime tangat, quòd si aliter fecerit, Exorcistæ unâ cum Diabolo ad perditionem corporum tendet. Nam Dæmon, cum sit incorporeus, ac naturâ nobilissimus, actus irrisorios, & non tactum timet: pari ratione dicendum est, de fumigationibus Sulphuris, Assæ fetidæ, & similium, quæ caput, oculos ac cerebrum maximè lædunt, morbos producere possunt, & ipsum Dæmoniacum valde affligunt, sed cum similes fumigationes exercere contigerit, ut Dæmonibus pena augeatur, representantes Tartari cruciatus, fiant procul studio veritatis extorquenda à Dæmone, & quæ sub naribus Dæmoniaci fieri contigerit, sint aromaticæ, quæ cor, & cætera membra corroboret, & humores purgent. Sit igitur Exorcistæ hæc omnia edoctus, quæ hoc opus edocet, ne incassum elaboret.

QUÆ SINT NECESSARIA EXORCISTÆ, tempore Conjuratiōnis.

CUM Conjuratiōnem incipere voluerit Exorcistæ habeat coadjutores, præcipuè Religiosos, & statim Missa expleta, Cotta, & Stola indutus, aliam habeat pro Dæmoniaco. Habeat etiam Sanctorum Reliquias, Librum Exorcismorum, Crucem, Aquam benedictam, cum asperforio, Virgas Olivarum benedictas, figurasq; Dæmonum, & eorum nominum schedulas inferius notatas. Habeat item materiã duplicis fumigationis, ut infra, ac aliam, quæ possit igne resolvi in guttas, ut puta tocinum porcorum, vel hujusmodi, ut ipsas imagines instillet suo loco, & tempore. Habeat insuper sedilia, ut ipsemet, & Dæmoniacus tempore debiti secedant. Tum lampadam accensam, cujus extinctionis signum detur Dæmoni, in judicium sui exitus: Possunt tamen similia signa dari arbitrio ipsius Exorcistæ sive publica, sive secreta fuerint. Sulphurata benedicta seculum cum teneat, ut si Serpens ille, in Dæmoniaco somnum induxerit arctum, & profundum, ea accensa, ponat sub naribus Dæmoniaci, ut à somno exciretur. Sint prætere-

rea omnia parata, quæ requiruntur, circa expositionem
Sanctissimæ Eucharistiæ, ut si opus fuerit, illam expo-
nere, ea sint sine strepitu, & tumultu in promptu.

DE QUALITATIBUS DEMO- NIACI, & quæ cura sit circa eum habenda.

DOCTRINA NONA.

Dæmoniacus, juxta illud Jesu Christi, Marc. 7.
A
Qui in liberatione Dæmoniaci, surdi, & muti
suscipiens, Coelum ingemuit: Non quia necessa-
rium haberet gemere, qui dabat quod postulabat, ut
ait Greg. Homil. 17. in Eze. Sed, ut nos coram eo ge-
meremus, qui Cælo præsidet, docuit: quærat libera-
tionem à Domino Deo nostro, ut inveniat, petat: ut
accipiat: putesse, ut aperiat. Ipse vero Pater celestis,
qui ad correctionem flagellat, & non ad damnationem,
juxta illius indigentiam, & salutem retribuet, & quod
dare vult multoties differet eum, quia, desideria dila-
tione crescant, tum etiam, ne vilescat cibus datum. Ad
hoc autem obrinendum, oportet renunciare pompas,
B
vanitates, & cuncta Sathanæ opera, ut proficiat de vir-
tute in virtutem, sicut dictum est de qualitatibus Exor-
cistæ. Super omnia autem habeat fidem, de qua legitur,
quod Dominus Jesus, in patria sua, nisi paucos curavit
infimos, & non poterat ibi aliquid virtutis operari pro-
pter incredulitatem eorum. Quod & Marc. 6. Matth.
17. & Luc. 9. probant, de Dæmone, hominem surdum,
mutum, & lunaticum reddente, quem Discipuli eji-
cere non potuerunt, propter vexatam incredulitatem.
C
Unde ad propositum dicite Ven. Beda, quod impossi-
bilis curandi, non ad imbecillitatem curantium, sed ad
eorum, qui curandi sunt fidem referatur. Idem cogno-
scitur ex verbis Domini, qui in cunctis curationibus di-
cebat, credis? Fiat tibi sicut credidisti, fides tua te salvã
fecit:

fecit: Magna est fides tua, & similia. Si forte Dæmon ad aliquod particulare vitium, vexatum inclinat, ipse apprehendat virtutem repugnantem, & vincat, excitet se ad amorem ardentem Jesu Christi cum humilitate, ut ipse imperet Diabolo in nomine Jesu Christi, ut obediat, & qui escat, eum contemnat, ejus actiones non timeat, & illi dominari in Christi potestate omnino procuret. Non delectetur, nec curet, sed doleat de loquutione, & motibus Dæmonis. Commertium cum curiosis & aliis Dæmoniis nequaquam habeat, sensus custodiat antequam ad conjurationem vadat, se reconciliet: & si Mulier est, deposito omni ornatu, se cooperiat. Dū conjuratur, mente ore Dæmoniacus, & si aliqua mysteria Dæmonum timere cognoverit, Exorcistam certiozem faciat, qui in applicandis remediis sit sollicitus. Quia si tanta diligentia utuntur Medici, & Parentes in alicujus infirmitate naturali, ut sanitatem ægrotus recipiat, ut diu noctuque pervigilent, sumptibus, ac laboribus non parentes, quanta in his Diabolicis infirmitatibus cura est habenda? Maledictus enim ille diversis obstaculis procurat, ut, conjurationes, & remedia non applicentur. Ideo pervigiles sint, & diligentissimi Exorcistæ, & Parentes in insidiis adversarii superaudis, ut sanitatem recipiat infirmus, præcipue vero familiares non dent verba Dæmoni, & aures, ac oculos ad ejus verba, & actiones claudant, ne eos, sicut Evam, seducat. Cum autem applicata fuerint remedia licita, & per triennium continuum sanitatem non obtinuerit, habetur infirmitas maleficiata pro perpetua, quia legitur in C. fin. de frigid. & malef. & ibi Rator, num. 1. Quod Honorius Tertius rescripsit, quod Maleficiatus, si cum ennio continuo habitaverit cum uxore, & non poterit consummare, ipsis conjugalibus, cum septima propinquorum manu firmantibus cum juramento, Matrimonium separatur, & tunc fiat Dæmoniacus, quod est expedit flagellari, juxta illud Apost. 2. Corin. 12. Datus est mihi stimulus carnis meæ Agelus Sathanæ, qui me colaphizet, propter quod ter Dominum rogavi, ut disceder

Cedere à me, & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea, & super hoc dicit August. Ergo scias, si non vult te sanare Deus, adhuc tibi expedit flagellari, ne à Leone devoreris. Interrogatus Petrus, cur Petronillam ejus filiam non sanaret, qui tantos curabat, Respondit, Quia sic expedit ei, dicens. Apost. virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. Sic, & Dæmoniacus sustinet disciplinam æterni Patris, cum omni patientia, ut non amittat Cœlestem hereditatem, & dicat cum Job. Si bona de manu Domini suscepimus, cur non & mala festinamus? Sic ut Domino placuit, ita factum est, Sic nomen Domini benedictum.

DESIGNIS DEMONSTRAN-

tibus Dæmonem recessisse, & Maleficium esse destructum.

DOCTRINA DECIMA.

Primo, Dæmon fugiens dat signum supernaturale ab Exorcista sibi assignatam, vel per extinctionem luminis, vel alicujus rei factionem, vel aliquid simile, ut legitur Mar. 7. de legione, quæ dum exivit ab homine, ingressa est porcos, sic permittente Domino, & in Mare suffocati sunt.

Secundo. Exit Dæmon per os, nares, vel aures, in similitudinem flammæ igneæ, vel venti frigidissimi, vel alicujus bestia. Apoc. 6. 16. Vidi de ore Draconis, & de ore bestia, & de ore Pseudophetæ spiritus tres immundos exire in modum ranarum.

Tertio. Evanescent Dæmones gradatim. Cyprian. Tract. 4. de Idolorum vanitate, vel exiliunt statim, vel evanescent gradatim, prout fides patientis adjuvat, aut gratia curantis aspirat.

Quarto. Dæmon per intestina circumit in similitudinem Pilæ, donec exit per secessum.

Quinto. Evomunt Dæmones, ut docet experientia, non solum humores melancholicos, sed & capillos, & majora: tamen maledicti ipsi multoties incautos Exorcistas decipiunt.

Sexto.

Sexto. Relinquitur hominem uti mortuum, ut habetur de Dæmoniaco surdo, & muto. Marc. 9. Exclamans, & multum discerpens eum exiit ab eo. Unde in Evangelio legitur, & factus est, sicut mortuus, ita ut multi dicerent, quia mortuus est. Quare Dæmon hoc modo multos incautos Exorcistas decipit. Idcirco animo, secundo, vel quinto signo, hoc sextum fuerit conjunctum, non erit Dæmoni credendum.

DE NONNULLIS NECESARIIS

obseruandis.

DOCTRINA UNDECIMA.

Primo. Medicinalia, seu sensibilia possunt Dæmoniis, & Maleficiis applicari. Et licet hæc res sensibiles, ut multoties dixi in substantias incorporas, scilicet Dæmones, naturaliter operari non possint, eorum tamen vexationem, vel leuiorem reddunt, vel si levis fuerit, auferuntur, non in Dæmonem, sed potius in vexatum operando. Quia hæc sensibilia adhibita se opponunt in dispositioni, per Dæmonem introductæ: vel dicendum, Quod sensibilia operantur in Spiritibus malis, propter aliqua mysteria, quæ continent in se, vel quia sic placuit Altissimo, ad maiorem Dæmonum confusionem, & poenam. Nam concensus David, expellebat Spiritum malum a Saule Rege. Fumus iecoris piscis Thobiz fugavit Almodeum. Sancti pariter Martinus, Pacomus, & Hospitius ad hoc usi sunt panem & oleo benedicto, & sancta Monegunda usa est folio pampini viridis, & sputo. Uterius, cum Dæmones in Maleficiis utantur his rebus, & mediis naturalibus, ut introducant infestationes quæ procedunt ab eisdem causis à quibus procedunt pariter, & ceteræ infestationes, & infirmitates naturales, licet maligniores sint, pari ratione, dicendum, Quod proculdubio possunt applicari alia naturalia ad destruendum morbum contraria, & ad recuperandam sanitatem valida, cum con-

traria

traria contrariis curentur, eo magis, cum virtutem curandis his naturalibus dederit Deus.

Secundò. Quia nonnulli Physici ab his nostris remediis dissentiunt frivolas rationes adducentes, legant Malleum Maleficarum, Problemata Jani Matthei Durantis Philosophi, qui circa hoc scripserunt. quare obsecro, ut rantorum virorum doctrinis merito assentiantur, eò magis, cum ipsimet in similibus suis curis. sæpius experti sint, ol. um, & operam perdere, licet remedia debita efficacissima præbeant infirmis: & hoc evenit, quia Dæmones non permittunt sortiri talium medicamentorum effectus, tum quia humores, & morbos refovent, & causas augent, tum etiam, quia cum homines, & hæc insensibilia sint inferioris virtutis Spirituū. Propterea non possunt destruere infirmitates has Diabolicas virtute sua naturali nisi talia dent Exorcistis, ut in eis infundant virtutem supernaturalem, videlicet, benedictiones, & sic retinent foriter virtutem medicamentorum, ut suum sortiantur effectum, suisq; Exorcismis, & benedictionibus Diabolicam coarctent potentiam.

Tertiò. Cum non sit ponenda manus in Messe aliena, ideo Exorcistæ omnino observent, ne infra scripta, nec alia medicamenta corporalia alicui tribuant inconsulto Physico, cujus proprium est cognoscere morbum, & ejus speciem, robur, debilitatem, temperiem naturalem, ætatem, mores, situm, magnitudinem, intentionemque, sensuum proprietatem, & externa omnia, quæ hominem affligunt, ut tempus, regionem, medicamentorum diversitatem, ac cætera; Idcirco pro cura horum morborum: Exorcista, & Medicus ejusdem sint sententiæ, ut eorum alter remediis naturalibus, alter spiritualibus, id est benedictionibus, & exorcismis amoveant Maleficia, & Dæmones expellant, Quod si aliter fuerit, Exorcista absq; dubio periclitabitur, ut ipse vidi aliquos Exorcistas sine consilio Physicorum homines occidisse, in eorū conscientiæ maximū detrimentū.

Quartò.

Quartò Sciunt Exorcistæ, quòd sicut Christus instituit Sacramenta, & Ecclesia sancta constituit, ut unumquodq; Sacramentum constet ex materia, forma, & intentione Ministri, sic Diabolus, qui ab initio studuit se Deo æquiparare, & ipsi Ecclesiæ Sanctæ, suisque institutis semper repugnare intendit, ex diverso Diabolicas artes suas, ex materia forma, & intentione Ministri instituit: Pro materia utitur his rebus corporalibus: pro forma, verbis, & invocationibus à Malefico prolatis: pro Ministro, ipsismet Maleficis, quorū intentio est, hominibus detrimentum inferre, secundum eorum intentionem, Et sicut Deus in Sanctissimis Sacramentis infundit gratiam, sic è contra Diabolus perditionem: que omnia ad perpetrandum Maleficium sunt sub quadam constellatione, propter quòd hoc observatione dignum adjudicavi, ut ipsa creatura vexata diligentissime interrogetur de die & hora, qua sensit se male habere, & cum veritas ex his pullulaverit, istum Exorcistæ perquirat, & cognoscat, qua nam Constellatio tunc temporis regnaret, cum quo signo se conjungeret, & an foret crescente Luna, nec ne, cum cæteris concurrentiis, & cum ipsa Constellatio devoluta fuerit ad eundem cursum, dentur tunc præcipuè Maleficiatis dicta, & cætera remedia: instrumentaque maleficalia, & qua in leætis, & extra inveniuntur: Eodem tempore inventa comburantur: Nam aliqua Maleficia, licet non omnia, contra vim generativam facta, sic edoctus destruxi, regnante signo Martis, crescente Luna, sed cum decursu, & constellationum effectu nihil apud me sit, secundum indigentias, & occurrentes necessitates,

Consule Mathematicos, ubi rectè
concludendum censet.

DE RE-

DE REMEDIIS UNICUIQUE

vexato admodum necessa-
riis.

DOCTRINA DUODECIMA.

Quomodo sanabuntur pauperes Dæmoniacy & Maleficiacy, cum permissiones Divinæ justæ sint, & peccata nostra in dies crescant nimis? Cum fides, & religiosa pietas (heu miseros) in Exorcistis præcipue, & Energumenis his nostris temporibus valde frigescat, & in remediis aggregandis, ita inertes sint Parentes? Unde non mirum, si oleum, & opperam perdunt, affictantibus Thom. & Bonavent. sic. Maleficium ita est perpetuum, quod non potest habere humanum remedium, quia propter, duo notantur.

Primum. Quod liberatio in manu Dei consistit, his verbis. Non potest habere humanum remedium. **Secundum.** Quod sit infirmitas incurabilis, ibi, perpetuum: & hoc, quia non solum refrigescit fides, & charitas, sed etiam, quia Dæmoniacy ad præcantatores, ad sortilegos recurrunt, & vanitatis remedia, ut plurimum applicant, & miscentes Christi signum cum Diabolo dicunt: Non liberat nos Christus nescientes, quod Dominus, non vult communionem, nec Diaboli consortium, sed solus possidere vult, quod pretioso ejus sanguine redemit, & sic iratus Deus, totum Diabolo relinquit, ut teneat quod habet. Hæc igitur est potissima causa, quod Dæmoniacy & Maleficiacy non liberantur, nihilominus tamen Deo adjuvante, bono, & constanti animo esse debent, quia duo sunt medicamento- rum genera eodem tempore applicanda, spiritualia, scilicet, & corporalia. Et quia Dæmones sunt inimici spirituales, sic principaliter modo subsequenti sunt expugnandi.

Primum ergo universale remedium est contritio, & ideo Dæmoniacus doleat de omnibus peccatis commissis, & amaro fletu sæpe lavet maculas animæ suæ, ut

ait David Psal. 6. Lavabo per singulas noctes, hoc est, per singula peccata lectum meum, hoc est, conscientiam, lachrymis meis stratum meum rigabo.

D Secundum. Est Sacramentalis confessio, quare confiteatur integrè omnia peccata sua, generali confessione, in qua est adhibenda diligentia, & præcipue circa censuras, superstitiones, & circa aliquod inveteratum peccatum, vel alicujus peccati non confessio.

Tertium est resectio Sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ, quæ dari debet omnibus Dæmoniis (modo sint rationes capaces, juxta Sacrorum Canonum dispositionem, & Ecclesiæ Sanctæ usum) toties quoties in Domini nostri Jesu Christi amore succenti fuerint, ita ut, non solum Sacramentum, sed & Sacramenti virtutem sint recepturi, præsertim diebus, in quibus Dæmoniaci conjurantur, in fine tamen conjurationis, & hoc propter tria. Primò, quia in conjuratione, & spûta, & vomitus sæpe accidere solent. Secundo, quia Dæmon lassus conjuratione præmissa, superveniente resectione corporis Domini nostri Jesu Christi aufugit.

A Tertio, quia in conjuratione Dæmoniacus a Dæmone agnatus, per resectionem Sanctissimi Eucharistiæ restauratur, & consolatur. Advertat tamen prudens Exorcista, ne hunc cibum divinum tradat his, qui a Dæmone, pro aliquo proprio peccato torquetur, vel a multitudinem peccatorum gravantur, vel his qui de facili redituri sunt ad vomitum.

B Quartum est, continuum jejunium, & Oratio, de jejunio legitur, quòd ejus saliva fugat Serpentem, & Sanctus jejunans totam Quadragesimam ejecit Dæmonem, quem prius fugare non poterat, & (ut superius dixi) Tanta est Jejunii virtus, ut quòd facere non potuerunt Apostoli, erat facturum jejunium, & oratio similiter, dicente Domino. Hoc genus Dæmoniorum non eicitur nisi in jejunio, & oratione. Jejunet igitur Dæmoniacus quantum valetudo permittit, & ipse Exorcista. Fiant quoque orationes, & jejunia à familiaribus, & personis devotis, & humilibus, præsertim à Religiosis,

ita quod quotidie aliquis sit jejunans. Humilium enim, & mansuetorum semper Deo placuit deprecatio, & jejunium, orabunt autem duplici oratione: mentali, scilicet, & vocali, pro mentali oratione, semel saltem in die meditentur, quanta bona triumpho omnipotens Deus nobis contulerit. Nam nos ad imaginem, & similitudinem suam creavit, & ut de Diaboli Tyrannide nos eriperet, homo factus est nobiscum conversatus prædicans, & Evangelizans Regnum Dei, & tandem captus, illusus, consputus, flagellatus, spinis coronatus, & pro nobis peccatoribus inominose est cruci affixus. Hoc idem docebat Sanctus Antonius, qui docens Discipulos suos, quibus armis vinceretur Dæmon: Mihi credite (dicebat) fratres, pertimescit Dæmon Piorum vigiliis, orationes, jejunia, voluntariam paupertatem, misericordiam, & humilitatem, maxime verò ardentem amorem in Christum Dominum, cujus unico Sanctissimæ Crucis signo debilitatus, aufugit. Pro vocali verò oratione quotidie orent secundum uniuscujusq; devotionem Beatam Mariam Virginem, advocatum suum, ut multiplicatis intercessoribus accipiant, quod petunt, elemosynas erogent, & alia id generis opera conficiant.

Quintum est: Locorum, & Sanctorum corporum visitatio, Sunt igitur diversa devota loca, & Sanctorum reliquiarum, & corpora visitanda, & ubi Dæmon cognoscitur expavescere, illa assidue sunt frequentanda.

Sextum est: Reliquiarum, vel alicujus rei benedictarum, & orationis superpositio. Nam Dæmones virtutem sentientes, ex sacris, vel ex Sanctorum corporibus emanantem, pavidi ab eorum conspectu fugiunt, ut legitur ab hoc accidisse in vita Machabeorum. Et Sanctus Stephanus Presbyter Constantinopolitanus, per impositionem Sanctissimæ Eucharistiæ capiti cuiusdam Mulieris, fugavit Dæmonem proptervum, illam vexantem. Legitur etiam de S. Bernhardo, quod non potuit liberare hominem vexatum, nisi applicationem unius orationis, nam Spiritus ille maledictus non poterat sufferre

Spectum Bernhardi, & inde aufugiebat, sed revertebatur, Sanctus tamen id animadvertens, applicuit Dæmoniaco orationem, & sic ulterius Dæmon non est reversus. Impositio quoque manuum sacrarum cum benedictione, non solum fugat Dæmonem, sed quod magis est, ponit obicem, ne egressus Dæmon iterum redire possit: ut patet de Muliere habente Spiritum infirmitatis per annos decem, & octo. Luc. 13. quem cum vidisset Jesus imposuit illi manus, & confecta erecta est, & glorificabat Deum.

B

Septimum est, inquisitio: diligentissime enim sunt inquirenda ostium liminaria, & omnes anguli domus, & præcipue loci, in quibus senserit Dæmoniaco se magis gravari, Inter cætera verò diligentissime cribrentur plumæ lectulorum, paleæ, & obstragula, & quæ Exorcistæ iudicio inventa fuerint suspecta, igne benedicto, comburantur in Cæmetrio, vel in alio loco sacro, & unà cū maleficialib. instrumentis comburantur aliqua benedicta, ut rami Olivarum, Ruta, Ypericon, Incensum, vel similia. Eodemvè tempore pulsetur aliqua Campana, & dicatur Psal. Exurgat Deus, ut suo loco perseveranter donec fuerint totaliter consumpta. Hæc autem inquisitio, & combustio sapius esset repetenda, quia solent Malefici, sua reiterare maleficia, tamen his peractis benedicantur plumæ, vel lanæ, & in ipsis plumis, vel lanis collocentur herbæ benedictæ, ut puta, Ruta, Ypericon, Oliva benedicta, Thus, cera benedicta Virginis Mariæ, cerei Paschalis, & cera Papalis, nomina Dei, Evangelia, vel orationes scriptæ in charta benedicta, prout infra, benedictione Thori, hæc erit frustratorium, in his collocare figuram, vel mensuram alicujus Crucifixi, quia sic alii liberati sunt. Si instrumentum maleficii inveniretur, tunc Exorcistæ eum destruat servata forma præscripta in fine ultimæ partis, quæ est validissimum remedium ad maleficiam destruendam.

C

D

Octavum est, permutatio, si fieri potest domus: lectus vestes, indumentaque omnia mutantur, in quibus solent Maleficia latere. Hoc docet Raguel contra Asmodeum

deum Dæmonem in matrimonio Tobiz Tob 7. Vocavitque Raguel ad se Annam uxorem suam, & præcepit ei, ut præpararet alterum cubiculum, & intro duxit illuc Saram filiam suam.

Nonum est, continua benedictio, quia cuncta comestibilia, potabilia, indumenta medicinalia, & cætera ad usum interiorem, vel exteriorem, sunt quotidie benedicenda, tum domus, & ipsa Creatura, & ea, quæ in præcedentibus capitulis sunt assignata, benedictionibus sunt munienda, ut docet Sanctus Antonius Abbas

Decimum est, exultatio, & aquæ benedictæ aspersio: exultatio, more Jesu Christi, denorat Dæmonis expulsionem: qua in cunctis Exorcismis, Ecclesia Sancta utitur ad fugandam Dæmonum virtutem: aqua benedicta aspersa, infestationem exteriorem, sed potata, interiorem fugat.

Undecimum est Contemptus, quia de rebus vilissimis domanda est Dæmonum superbia, videlicet, verbis contumeliosis, irrisorijs, sputis, pedum conculcationibus, flagellis, vel alijs similibus, quæ afflictorum renovant memoriam. Nec contradicit illud Judæ in sua Epist. Can. Cum Michael Archangelus, cum Diabolo disputans, altercaretur de Moyse corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemix, sed dixit. Imperet tibi Dominus quia hoc loco, loquitur Apostolus de Diabolo uti Creatura Dei, & ego loquor de illo, tanquam de Dei inimico. Nam Dominus Pharaonem, Populumque suum superbum poterat domare Ursibus, Leonibus, & Serpencibus: immisit tamen Ciniphes, Muscas, & Ranas: Sic Superbus Dæmon à vilibus domandus est, qui aliqua sibi fieri conspiciens, vel dici contra suam inanem gloriam, ambitionem, & naturæ suæ ingentem magnitudinem tristatur, & fugit. Ut narrat Greg. in lib. Dialogorum, dicens. Quod Darius Mediolan. Episcopus Corinthi domum quandam ad quiescendum ingressus, in qua malignus Spiritus habitabat, dum rugitus Leonum, Pecudum, Serpentium sibilos, Porcorum & unius, murium stridores audisset, contra antiquum

C vit, dicens, Vere tibi venit miser, ut jam dixi, quando per superbiam elatus, ausus es proferre illa verba, Ascendam in Cœlum, ponam Solium meum Aquilonem, & ero similis Altissimo. Ecce quomodo per superbiam tuam porcis, serpentibus, muribus, & bestis similis factus es & qui indignè Deum imitari voluisti, nunc ut indignus bestias imitaris, & illis compararis, & tunc malignus Spiritus aufugit, nec dictam domum ulterius est ingressus.

D Duodecimum est: Dæmoniacy Exorcizatio, & Dæmonis conjuratio, quæ in Ecclesia per approbatos Exorcismos, non quotidie, sed in solemnitatibus Domini nostri Jesu Christi, Beatæ Virginis Mariæ, Apostolorum, Antonii Abbatis, & Advocatorum, in hebdomata Sancta, & hujusmodi: & quoties Dæmon superbiert, fiat. Fiar autem Conjuratio manè post Missam, ut superius docuimus, per horas saltem quatuor, vel quinque.

Decimum tertium est: Exorcitarum mutatio, quia debent à diversis Exorcistis, & in diversis Ecclesiis conjurari, sicut legitur, quod Sanctus Antonius, & si tam formidolosus esset Dæmonibus, quod multi per Aegyptum à Dæmonibus agitati, invocato tantum Antonii nomine liberabantur, non potuit tamen quendam Dæmonium fugare, quem Paulinus ejus Discipulus fugavit. Et hoc disponente Deo, ut Paulini Sanctitas, & curationum gratia cognosceretur, & quia aliquando gratiam potius uni, quàm alteri dat.

R E M E D I A

C O R P O R A L I A.

H I C E T Omnes maleficiati non liberentur propter malignitatem malefici: tum quia renovantur incantationes: vel propter notabilem negligentiam in applicandis remediis: aut hic disponente divina voluntate: attamen copiosa hic describuntur remedia efficacissima, & experta medicamina ad destruenda quæcunque male-

maleficia: & à maleficorum incantationibus unicuique præservativa: præmissis, tamen rem edis spiritualibus, & benedictionibus, quæ semper pro repetitis intendendo in omni medicamento corpore.

DE REMEDIIS PRÆSERVATIVIS.

Primum, sit homo versatus in remediis spiritualibus superscriptis: vel saltem sit aliqua devotione continua munitus.

Secundum, intermissivè ferat orationem in parte secunda notatam, & in benedictione chartæ, atramenti descriptam cum suis ingredientibus, prout ibidem notatur.

Tertium, Sardus lapis portatus, ab incantationibus, & maleficiis tuetur.

Quartum, Jaspis viridi coloris, maleficiis, & incantationibus resistit.

Quintum Antistites lapis præservat à maleficiis.

REMEDIA COMMUNIA OMNIBUS MALEFICIATIS OPPORTUNA.

Gagates lapis in Gagante flumine in Sicilia reperiunt, ac portatus destruit maleficia, Phantasmas, ac dæmonum vexationes nocturnas.

Chrysolitus terret, & fugat dæmones, & præcipuè melancholiam depellit.

Theriaca, vel Meridatum drac. i. in potu cum vino optimo sumptum.

Semen herbæ paris in pulverem redactum, & quotidie drac una per spatium viginti dierum cum aliquantulum vini sumptum optimum est remedium.

Lectura Exorcismorum, & conjurationum est necessarissima.

Benedictiones, Uctiones, Fumigationes aromaticæ, Balnea, & odorabilia omnibus maleficiis sunt opportuna remedia.

FORMA OLEI

Reci. Rutæ captariæ.

Rutæ domesticæ.

Herbæ paris.

Ypericonis.

Salviæ.

Majoranæ.

Abfinthii.

Foliorum perficiæ.

Sabinæ.

Abrotani.

Formiculariæ.

Meu.

Aneri.

Artemisiæ.

Appii.

Celidoniæ.

Juniperi.

Foliorum papaveris.

Sinapis.

Baccarum lauri.

Nucum cupressi.

Radicum esulæ.

Mori.

Cardamomi.

Dirami.

Thuris.

Sandrachæ.

Myrihæ.

Sandalorum alborum.

Citrinorum.

Incidantur incidenda, & contundantur contundenda, & bulliant in libras decem olei antiqui; & tunc accipe

Garioflorum.

Cinamomi.

Nuci musc.

Et in tela lineæ, prius contusa, ligentur, & in ipso oleo

An. pug.

Unc. i.

num. xij.

An. unc. i.

An. unc. i.

An. unc. 5.

An. unc. i.

Ponantur, ut sic omnia bulliant usque ad consummationem humiditatis, postea exprimantur: & addantur olei de spica odoriferi drac. tres: & cum frigidum fuerit adde grana quatuordecim musci electi, & in vase vitreo collocato in fimo ponatur in putrefactione per dies quadraginta: Deinde benedicatur propria benedictione, & ex dicto oleo quotidie sacerdos ungat pulsus capitis, manuum, ac pedum: nec non oculos, aures, nares, labia, ac patres cruciatus maleficiati (dum honestè fieri possit) absolvens maleficium: prout in secunda parte in fine benedictionis ipsius olei.

FORMA FUMIGATIONIS

Aromaticæ.

Reci. Storacis calam. drac. i. cum dimidia.
 Belgiuvini. drac. i.
 Nucis musc. }
 Gariofilorum. } An. drac. i. cum dimidia.
 Ligni Aloes. } Scrup. i.
 Ambræ grise. gra. i.
 Musci electi. gra. ij.
 Laudani ping. drac. ij.

Pulverizentur pulverizanda S. A. & cū modico draganti infusi, & moliti in aqua rosarum fiat massa, & fermentur ad formam troscisci, & benedicantur, & ex dicta fumigatione fumigetur maleficiatus pluries in die, vestimenta que, & domus: &c.

FORMA BALNEI.

Reci. Spicæ Nardi. pug. medium.
 Origani. }
 Majoranæ. } An. pug. me-
 Calamenti montani. } dium.
 Timo. }
 Sticados. }
 Giunchi odorati. }
 Calami Aromatici. }
 Dictami cretici. } An. pug. medium.
 Hyssopi montani. }

Ecc 5

Rosa-

Rosarum rubearum, manip. i.

Florum squinanti, pug. i.

Rutz.

Ypericonis, } An. pug. medium.

Salviae, }

Quæ omnia in aqua benedicta bulliant ad consummationem tertiae partis, deinde balneum benedicatur: & abluat se maleficiatus semel in die.

SUFFUMIGIUM AD TORQUENDOS DÆMONES.

Rec. Caro, vel limatura unguis Asini. un. i.

Stercoris canis, unc. ij.

Stercoris diaboli, unc. i.

Sulphuris.

Ypericonis, } An. unc. iij.

Rutz.

Misce, & fiat suffumigium.

FORMA ODORABILIIUM.

Recipe Majoranz.

Mentæ, } An. scrup. i.

Citri.

Melissæ, } an. scrup. i.

Florum Antos.

Squinanti.

Calendulæ } An. scrup. ij.

Lambruscæ }

Seminis citri.

Merlilotum, }

Juniperi.

Carrami, } an. scrup. i.

Cubebarum, }

Ligni Aloes.

Sandalorum citri.

Iridis, } an. scrup. i. s.

Zedouariae,

Ciperi.

- | | | |
|-----------------|---|----------------|
| Ciperi. | | |
| Galangæ. | | |
| Calamenti odor. | } | an. scrup. 5. |
| Dictami Cret. | | |
| Nucis musc. | | |
| Macis. | } | an. gran. xij. |
| Cinamomi. | | |
| Garic florum. | | |
| Croci. | } | an. gra. iij. |
| Ambra. | | |
| Musci electi. | | |
| Boli ar. | } | an. gra. ij. |
| Coralorū rub. | | |
| Specierum Dia. | } | an. gra. vj. |
| Ambra. | | |
| Dia musci. | | |
| Galie musc. | | |
| Mef. | | |
| Storacis calam. | } | an. drac. i. |
| Laudani. | | |

Pulverizentur pulverizanda subtiliter, & cum aqua
 florum citri, & rosarum, & parum olei de spica fiat pasta
 addendo terebinti, ex Cypro quantum sufficit, forme-
 turque in modum pilulæ cum foramine in medio.

REMEDIA PARTICULARIA

Particularibus maleficiorum infesta-
 tionibus necessaria.

Maleficia diversas inducunt infirmitates rationibus
 deductis in doctrina quarta, & licet plures partes
 corporis affligant: hoc per concomitantiam eve-
 nire potest, itaque principali parte curata cæteræ sanitati
 restituntur.

Si maleficium vexaverit os stomachi ponderositate
 quadam reddens omnia indigesta, & cum bolo ascendē-
 te in gutture, & descendente, potest curari, vel per vo-
 mitoria, vel per secessum tribuens medicamina infra
 scripta,

PER

PER VOMITORIA

Rec. Assari non exquisitè triti drac. ij. vel iij. infundatur in sufficienti quantitate seri lactis, vel jure pulli, vel hydromelle, & bulliant, & facta forti expressione, & colatura patienti exhibeatur.

ALIUD VOMITORIUM.

Rec. Antimonii electi preparati gra. ij. iij. iij. v. vj. pro arate, & viribus zuchari rosati drac. ij. vel iij. vel Buglossati, & fiat bolus.

ALIUD VOMITORIUM.

Rec. Antimonii electi preparati gra. iij. v. vj. pro arate, & viribus, & infundatur unciis tribus vini albi per noctem, & facta colatura solum vinum exhibeatur.

ALIUD VOMITORIUM.

Rec. Ellebori albi drac. i. cum dimidia in frustra incisi, & posito in pomo decoquatur sub cineribus, & ejectis frustis pomum solum exhibeatur ad manducandum.

ALIUD VOMITORIUM.

Rec. Ellebori albi drac. i. Cinamomi electi scrop. medium. infundantur in unciis duabus vini albi optimi per noctem, & facta diligenti colatura cum modico zuchari patienti exhibeatur: vel addantur juris pinguis unc. viij.

EVACUATIO PER SECESSUM.

Rec. Syr. ros. solutivi, Infusionis Senæ, } An. unc. ij. iij. & cum dim. pro arate, & viribus.

Diaprunis solutivi, Conf. Lamech. } An. drac. i. ij. pro arate circa.

Misce, & fiat potio.

Rec. Syr. de Pomis.

De Cicoria.

De duabus radicibus,

Decoct. Absinthii.

Agremonii.

Acetosæ.

Boraginis.

} An. unc. ij. iij. iij. pro arate, &c.

Cicho

Cichoreæ.

Fumiterræ.

Cardi sancti.

Passularum.

An. unc. ij. iij. iiij.
pro ætate.

Misce pro Syr. nu. v. vel. vij.

R. Syr. de Polipodio ma-
gistrali.

Rosari solutivi cum

Rahab.

An. unc. i. ij & cum
dimidia pro æta-
te, &c.

Diaprunis solut.

Conf. Lamech.

Solutiois Senæ.

Misce, & fiat potio.

An. drac. i. ij, pro æta-
te &c.Unc. ij. iij. iiij. pro ætate,
(& viribus.ALIA EVACUATIO PER SE-
cessum.

Reci. Ellebori nigri præparati.

Foliorum Senæ.

Seminum citri.

Cinamomi.

Fiat infusio in sero caprino, & facta expressione.

Adde.

Syr. ros. solutivi.

Elect. linitivi.

Misce, & fiat potio.

Reci. Syrup. de pomis compositi. unc. i. s.

Decicoria Nicolai. unc. mediam.

Decoct. fumiterræ.

Lupulorum.

Agrimoniz.

Cerrach.

Radicum caparorum.

Misce pro syrupo numero v. vel. vij.

Reci. Rhaubarbari elect. drac. i. s.

Infundatur cum suis correctivis per noctem in aqua
boraginis S. A. & facta diligenti expressione, & co-
latura.

Adde syr. de pomis compositi. unc. iiij.

Conf. Annæ. drac. iiij.

Misce

Misce, fiat potus.

PRO PARALYSI EX MALE-

ficio præcipue illata, pro prima

Medicina.

Reci. Diafiniconis. drac. iij.

Sirup. ros. solur. unc. iij.

Cum aqueiue q. s. fiat potio.

Rec. Sir de Betonicæ.

Sticados.

Matricariæ.

Aqueiue

Tomarie.

Boraginis.

Misce pro sirupo.

an. unc. med.

an. unc. i.

PRO SECUNDA MEDICINA.

Rec. Sir. ros. solur. unc. iij.

Diafiniconis. drac. iij.

cum Decoct cord. q. s. fiat potio.

UNGUENTUM.

Reci. Olei vulpini.

Iriui.

Lombricorum.

Misce.

an. unc. med.

ALIA EVACUATIO PER

Secessum.

Reci. Extracti Ellebori. Scrup. ij.

Fiant pillulæ tres, & propincentur infirmo, quando
petit ire stratum.

UNGUENTUM PRO STO-

macho.

Rec. Gariofilorum præparat.

Cinamoni electi.

Nucis musc.

Zedouaria.

Ligni Aloes.

Masticis.

Olei Gariofilorum.

an. scrup. i.

serup. ij.

unc. med.

Et pul-

Et pulverizatis pulverizandis, & cum modico ceræ fiat unguentam S. A. & per horam saltem ante prandium, & cœnam unge os stomachi superposito panno calido.

REMEDIA CONTRA MALE-
ficia cordis.

Alia sunt ab intra, & alia ab extra,

AB INTRA.

Reci, Electuarium laxificans rasis. drac. 1.

Et exhibeatur patienti per vices interpellatas.

VEL.

Reci, Theriacæ, vel Mitridati. drac. 1. cum Specierum cord. calido scrup. 1. & formentur pillulæ num. v. & aureentur.

AB EXTRA.

Reci, Specierum cord. Montagn. drac. med.

Olei scorpionum Martioli. scrup. unum.

Unguenti rosati Mesuræ. unc. mediam.

Et fiat unguentum, quo inungatur regio cordis.

VEL ALIUD.

Reci, Olei nenufarini. unc. unam.

Ceræ albæ. Drac. ij.

Sandalorum rub.

Citrinorum.

Ligni Aloes.

Semen Acetosæ.

Coralorum rub.

An. scrup. medium.

Margaritarum. } gra. sex.

Canforæ. } an. gra. iij.

Croci.

Misceantur secundum A. & fiat unguentum.

REMEDIA PRO DOLORE-

capitis.

Reci, Specierum Hyeræ simp. Galeni. drac. 1. cum dimidia.

Trocisci mirabolanorum citrinorum. drac. ij.

Arabicarum. serup. iij.

Rebuar-

Reubarbari, ————— scrop. iiij.
 Rosarum rubearum, ——— drac. mediam.
 Misce, & cum syrupo violato fiat mass. pro pill.

LIXIVIA PRO ABLUTIONE

Capitis.

Rec. Lixiviæ ex cineribus radicum arundinis quantum vis, & bulliant foetiorum.

Bethonicæ,
 Absinthii. } An. pug. i.
 Abrotani.
 Capillorum veneris.

Stricados.
 Spice Nardi. } An. pug. medium,

Seminis Nasturci.
 Agarici: } An. unc. i.
 Laudani, } unc. mediam.

Florum camomillæ. Manip. medium.

FORMA SAPONIS AD IPSIUS
capitis ablutioem.

Reci. Aloes,
 Myrrhæ,
 Zedouariæ. } An. drac. i.
 Spice Nardi,
 Saponis Veneti. unc. iiij.

Et fiat pulvis subtilis, & cum sapone fiat massa.

COLLYRIUM PRO OCULIS.

Reci. Aquæ rosæ. unc. iiij.
 Zuchari cond. pul. drac. mediam.
 Albuminis ovi conq. numero ij.

Et omnia misce pro collyrio oculorum.

VEL.

Reci. Aquæ rutæ.
 Cardi benedicti.
 Bethonicæ,
 Sum. rubi. } An. unc. i.
 Eufragiæ.
 Appii.
 Rosarum.

Tuciz.

Tucia præp. }
 Sief albis, opio. } drac, i.
 Sarocolla nutritæ in lacte asinino. drac. ij.
 Opii scrup. i.
 Misce, & fiat collyrium addendo sachari fi-
 ni. drac. ij.

PRO DOLORE COLICO,
 & inflatione ventris.

Rec. Specierum elefchoph. scrup. iiij.
 Et exhibeatur cum jure pulli.

PRO CLISTERIO AD IDEM.

Rec. Florum Camomilla. }
 Meliloti. }
 Aneti. } An. manip. i.
 Pulegii. }
 Calamenti. }
 Seminis lini. }
 Aniforum. }
 Feni græci. } An. drac. iiij.
 Feniculi. }

Misce, & bulliant ad consummationem tertiæ partis, de
 quo recipe lib. unam, & Adde.

Hyere logodionis. }
 Benedictæ. } An. drac. ij.
 Olei rutæ ii. } Unc. iiij.
 Salis communis. } Unc. i. cam dimid.
ALIUD CLISTERIUM.

Rec. Rorismarini.
 Salvia.
 Mentæ.
 Feniculi.
 & bulliant levi bulitione in aqua feniculi, & factæ
 expressione. Adde

Olei Camomillæ. }
 Spicci. } an. unc. ij.
 Olei aniforum. } drac. i.
 Sachari rub. }
 Mellis rosacci. } an. unc. ij.

Fff

Salis

Salis gemmæ. } drac. ij.

Misce pro clisterio.

PRO IMPOTENTIA CONSUM-
mationis matrimonii ex malefi-
cio proveniens.

Unge maleficiati renes oleo benedicto, maleficiatæ
 verò umbilicum modo supracitato. Et adde re-
 media infra scripta.

Reci. Stinchi marini. numero iij.

Pistacharum incisarum.

Penearum eodem modo. } an. unc. i. 5.

Seminis urticæ.

Basiliconis. } drac. ij.

Musci electi.

Ambra. } gra. v.

Sachari fini dissoluti in aqua.

Rosarum. unc. ij.

Et S. A. fiant morselli octo, quorum manè ante præ-
 dium sumat unum, & alterum post cœnam ante-
 quam eat cubitum per horam.

ALIUD REMEDIUM.

Reci. Olei recent, nucum pinarum.

Semen eruz.

Musci electi.

Vinum malvaticum.

Unc. ij.

scrup. 5.

gra. iij.

unc. ij.

Et exhibeatur per horam ante cœnam.

Pro Maleficiatis pueris non habentibus usum rationis
 inter cætera remedia communia unge oleo, & ablu-
 eos balneo, præcipuè eorum partes extremas.

Pro incubis, & succubis ultra remedia communia, ut
 suis locis, optimum remedium est mutatio loci, &
 ejus continuata benedictio: maledictionisvè, & ex-
 communicationis contra dæmonem quotidiana sen-
 tentia.

Pro bestiis maleficiatis stallæ continuata benedictio
 commistibilem vè, & potionum ablutioque jumen-
 ti, & fumigatio.

Finis Prima Partis.

COM-